Thomæ Erpenii Grammatica Arabica cum fabulis Lokmani, etc. Accedunt excerpta anthologiae veterum Arabiae poetarum quæ inscribitur Hamasa abi Temmam, ex mss. Biblioth. Academ. batavæ, edita, conversa et notis illustrata ab Alberto Schultens / Praefatio imaginariam linguam, scriptionem, et lineam sanctam Judaeorum confutat.

Contributors

Erpenius, Thomas, 1584-1624.
Luqmān.
Schultens, Albert, 1686-1750.
Golius, Jacobus, 1596-1667.
Abū Tammām Ḥabīb ibn Aws al-Ṭā'ī, active 808-842.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Apud S. et J. Luchtmans, 1767.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/gpdw7yjz

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



21795/B

21795/B

THOMÆ ERPENII GRAMMATICA ARABICA

CUM

FABULIS LOKMANI ETC.

ACCEDUNT

EXCERPTA ANTHOLOGIÆ

VETERUM ARABIÆ POETARUM

QUÆ INSCRIBITUR

HAMASA ABI TEMMAM

Ex MSS. Biblioth. Academ. Batavæ

EDITA, CONVERSA

Et NOTIS ILLUSTRATA

AB

ALBERTO SCHULTENS.

PRÆFATIO

Imaginariam *Linguam*, *Scriptionem*, & *Lineam Sanctam Judæorum* confutat.

Editio Secunda cum Indice locupletiore.



LUGDUNI BATAVORUM

Apud SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS

Academiæ Typographos. MDCCLXVII.

74117



PERILLUSTRI. ET. EXCELLENTISSIMO.

VIRO.

WILHELMO.

COMITI. DE. BENTINK.

DOMINO.

IN. ROON. PENDRECHT.

ET. DOREWAERDT.

ETC. ETC. ETC.

OR-

ORDINIS. EQUESTRIS.

HOLLANDIÆ.

MEMBRO. SPLENDIDISSIMO.

CELSO. AC. PRÆPOTENTI.

CONSESSUI.

FOEDERATI. BELGII.

ADSCRIPTO.

AD. CONGRESSUM.

PACIFICATIONIS.

AQUISGRANENSIS.

CUM. MAXIME.

SOCIATÆ. REIPUBLICÆ.

LEGATO.

ACADEMIÆ. BATAVÆ.

CURATORI. PRIMO.

ETC. ETC. ETC.

A. SCHULTENS.

PERILLUSTRIS

AC

EXCELLENTISSIME

COMES.

Infausto Marte diffracta jacebant Fœderati *Belgii* repagula. Jam Reipublicæ fines persultabat Bellum formidolosissimum. Jam non erepto, sed surrepto invictissimo propugnaculo, quod ulteriorem impressionem depulsurum sperabatur, commune omnium Civita-

itum Tutamen ac præſidium immanis fragor circumtonabat; quum, ecce! inſperata tantis in tenebris ſerenitas diffulſit, atque lætiſſima Pacis auſpicia ſeſe necopinato extulere.

Incredibilis miraculo eventus erectæ omnium civium mentes deſtrictum in Salutem *Belgii* brachium Supremi Numinis adorant.

Venerantur Redivivum in GULIELMO QUARTO, PRINCIPE PIO, FELICI, AUGUSTO, Genium Heroum, qui Rempublicam hancce ſanguine ſuo fundarunt, & ad præluſtre in *Europa* culmen evexerunt: atque *Halcyonias* haſce cum Fauſtiſſimo communis Patriæ SIDERE e Cœlo demiſſas agnoſcunt, perſentiſcunt.

Tuam quoque ILLUSTRISSIME VIR, in auſpicatiſſima hacce converſione Rerum ematuranda conſummatiſſimam Prudentiam, Præſentiam conſilii, firmitatem, & exaggeratam pectoris altitudinem, qua ſemper in Republica eminuiſti, incolumitati publicæ invigilans, venerabundi ſuſpiciunt, atque ſummis laudibus vehunt.

Non

DEDICATIO.

Non tempero mihi, quin Illuſtris *Legationis* Membro ſplendidiſſimo, communis Patriæ voce, omina & pignora Prærogativa gratuler Tranquillitatis, cuncta per *Europam* compoſituræ; atque huncce immortalibus Tuis in Rempublicam meritis cumulum impoſitum privatim quoque læter, atque triumphem.

Donabis interim homini umbram amanti, ut, ſuo ſe modulo ac pede metiens, Soli ſeſe non committat, in ſplendoremque tantæ Rei geſtæ ſe immittere reformidet.

Idem me ſenſus tenuitatis attinet, ne in ampliſſimum me permittam Campum reliquorum, quibus præfulges, ornamentorum Generis, Fortunæ, Vitæ, omnis Doctrinæ quoque omnisque Elegantioris Humanitatis ac Literaturæ, quæ te & Patronum Fautoremque Generoſum, & fidum firmumque Cultorem conſalutant; atque ex Contubernio Tuo dignitatem, nitorem, animos reſumunt.

Non diffitebor quoque, quum Tibi, VIR EXCELLENTISSIME, ad Congreſſum Pa-

ci-

cificatorium abituro *Muſas* haſce *Arabicas* deſtinarem, longe alium mihi curſum obverſatum, unde ne nunc quidem deflectendum exiſtimo.

Intereſt univerſi orbis Literati; intereſt Academiæ *Batavæ*; intereſt illuſtris Collegii, quod ſplendori Ejus amplificando pervigili Cura excubat, ut *Natales* hujus *Grammaticæ Erpenianæ*, per quam *Literatura Orientalis* ſeculo præcedente lætiſſime enituit, in conſpectum publicum educantur, ut quantum veſtro Conſeſſui in *Arabicis* quoque *ſtudiis* fovendis & animandis debeatur, univerſus Orbis Eruditus, qua late patet, intelligat, atque agnoſcat.

Sub finem Seculi decimi ſexti, quo *Res Hebræa*, per *Dialectum Aramæam*, (quæ *Chaldaicam* & *Syriacam* ditione ſua amplectitur) ſuffulta, cum emendatis Sacris caput erigebat, etiam notitia aliqua *Dialecti Arabicæ* adlucere cœperat; atque admirationem hominibus Eruditis commovebat, cum ob reliquas opportunitates, quæ inde ad *Hiſtoriam Ara-*

Arabiæ, ad rem & religionem *Muhammedanam Alcorano* ſuo ſuperbam, ad Imperium *Saracenicum* & alia *Orientis* Regna, ad ſtudia ingenioſæ gentis ante, & poſt *Muhammedem* ſub *Chalyphis*, ſtrenue exculta, propius fideliusque cognoſcenda redundare poſſent; tum ob ſummam Ejusdem cum *Hebræa* affinitatem, ſimulque opulentiam, quæ luctanti multas inter tenebras ac difficultates *Literaturæ Hebraicæ* uberrimam lucis acceſſionem promittebat.

Sic certe habet Judicium, & Decretum, quod a Generoſis Viris, qui *Rem Academicam* procurant, conditum, quum *Orientalem Spartam*, inde a primordiis per *Druſium*, *Raphelengium*, *Junium*, *Coddæum*, cum dignitate ſuſtentatam, (quod cum *Hebraicis* jam tum *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica* ſociaſſent,) congeminarunt, atque *Arabicæ* quoque *Linguæ Profeſſionem* ordinariam, hac in *Alma* erexerunt, ut ita univerſum *Orbem Chriſtianum* patefacto velut *Novo Orbe* demererentur, atque ſimul *Literaturæ Hebraicæ*

pulcherrimum præſidium ac decus circumdarent.

Nempe huic Bonæ Mentis *Sacrario* id obtigerat Felicitatis, ut in contubernium Ejus immiſſo *Joſ. Scaligero* omnes cum eo *Muſæ* huc immigraſſe, etiam *Arabicæ*, (in quibus, pro ratione temporum eminebat quoque) perpetuamque inter Nos *ſedem* ſibi *optaſſe* viderentur: hortatu & exemplo ſimul *Theologis* ac *Philologis* eximiis, quos laudavi, omnibusque adeo, quibus *Sacra Hebræa* cordi, accenſis ad familiare cum iis commercium colendum.

Tam felici tempore in *Academiæ* hujus ſpatia ingreſſus noſter *Erpenius*, in lucem editus *Goricomii Batavorum* A°. MDLXXXIV. atque benigno *Muſarum*, quæ hunc ſibi *Helicona* delegerant, ſinu educatus formatusque, quum ſibi per decennium tum Doctrinarum reliquarum, tum *Orientalium Linguarum*, atque in primis *Arabicæ*, incredibiles Theſauros conſtipaſſet, *novæ Provinciæ*, qui unus Eam implere poterat, ſapientiſſimo Proce-

cerum conſilio eſt impoſitus, A°. XIII. ſeculi prægreſſi; atque ultra vota ſpes de ſe commotas explevit.

Arctiſſimo nempe vitæ & Muneris curriculo, terris negatus A°. ætatis XL. ea naſcenti ſtudio ſubjecit fundamenta, ea firmamenta circumdedit, ut per *decennium* ſeculi Opus conſummaſſe cenſeri queat.

Nec mirum: undique enim Regionum ac Gentium ad *Erpenium* tanquam ad commune *Europæ Palladium* concurrebatur; nobilis ſui ardoris non ſolum *Theologiæ*, verum etiam ceteris *Diſciplinis Scientiisque* addictos impleturum ſtudentium choros, atteſtante *G. J. Voſſio*, qui Summi Viri *Manibus* parentavit, quique magna ſane, & multa, quæ primus hac in *Profeſſione* amplificanda exhauſit; majora adhuc, & luculentiora, quæ moliebatur, atque, ſi Fata ſiviſſent, exantlaturus fuiſſet, concelebravit.

Modum proinde, & modeſtiam, non ſupergrediar, ſi dixero, *Erpenio* deberi, quicquid vigente Seculo XVII. in *Literatura O-*

rientali enituit tam ſplendide, tam magnifice, ut nullum unquam ſeculum gloriam iſtam æquaturum eſſe videatur. Ea ſane tum Monumenta exacta ſunt, quæ *Regalem* ſitum & magnificentiam *Pyramidum* exſuperantia omnis poſteritas admirabitur; *Biblia Polyglotta Pariſienſia*, *Londinenſia*: *Lexica Harmonica*, omnium *Dialectorum Orientalium* Clavim, & concordiam, porrigentia: *Lexica* item *Chaldaica*, *Syriaca*, *Samaritana*, *Æthiopica*, ac præſertim *Arabica* a *Giggejo* ex *Camuſo*; a *Golio* noſtro ex *Gjeubario* infinito labore in dias luminis oras expromta: innumera his ex Fontibus ſummo florentium ingeniorum ſtudio in egregium publicum *Orbis Literati*, & *Eccleſiæ Chriſtianæ*, congeſta atque accumulata.

In *Belgio* noſtro præſertim eo faſtigii *Literatura Orientalis* educta viſebatur, ut lætiora usque & usque incrementa oſtentaret, quum ecce! medio in curſu magnum Opus ſufflaminari, atque ſenſim ſine ſenſu eo relabi, ut pro culmine Meridiei, quod tam felix

lix Aurora promiſerat, ſpiſſiores quam antea tenebræ *Rem Hebræam* cooperuerint: quæ Titulo *Linguæ Sanctæ* graſſantes, atque novam foventes *Babyloniam*, *Reformationis* Lumen & Decus extinguerent profecto, niſi Radiis *Orientalis Literaturæ* denuo diſcuſſæ, revictæ, depulſæ, eo tandem in perpetuum ablegarentur, unde infauſtiſſime proruperunt. Huc *Præfatio* hujus *Operis Erpeniani*, alteram *Proverbiis Salomonis* præmiſſam continuans, directa. Quantum ſub illis *Linguæ*, *Scriptionis*, & *Lineæ Sanctæ* Vittis infulisque ſuperbiſſimis, lateat puris & veneni *Judaici*, ex craſſiſſimis *Perfidiæ* ac *Rebellionis* fæcibus concreti, & *Chriſto*, atque univerſo Nomini *Chriſtiano*, inſultantis, enudavi, atque in omnium oculis mentibusque defixi. Mandatam & mihi *Provinciam*, ILLUSTRISSIME CURATOR, Ampliſſimum *Conſeſſum*, cui præſides, in te ſimul venerans, ac compellans, poſt *Erpenium*, *Goliumque*, quorum in veſtigia inſiſto, ſuſtinui, atque porro ſuſtinebo, neque

committam, ut Muneri mihi credito defuiſſe reperiar. Vos illud Quadrigemino mihi Titulo injunctum, ſanctiſſimeque adſtrictum, ut tuemini, ita tueri pergetis. Summa votorum eſt, ut Te, VIR GENEROSISSIME, ſoſpite *Republica*, Summum ſoſpitet Numen. Dabam *Lugduni in Batavis* ipſis *Idibus Majis* A°. MDCCXLVIII.

AL-

ALBERTI SCHULTENS

PRÆFATIO.

Illuſtres ſunt, & elegantiore penicillo ductæ tabellæ, quas *Polybiſtor Solinus* in deſcriptione *Judææ Cap.* XXXV. delineavit: *In hac Terra balſamum naſcitur, quæ ſylva intra terminos viginti jugerum usque ad victoriam noſtram fuit:* at *cum Judæa potiti ſumus, ita loci illi propagati ſunt, ut jam nobis latiſſimi colles ſudent balſama. Similes vitibus ſtirpes habent; malleolis digeruntur; raſtris niteſcunt; aqua gaudent; amant amputari; tenacibus foliis ſempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro ſine mora emoritur; ea propter aut vitro, aut cultellis oſſeis, ſed in ſolo cortice, artifici plaga vulneratur;*

ex

ex qua eximiæ ſuavitatis gutta manat. Poſt lacrymam ſecundum in pretiis locum poma obtinent; cortex tertium; ultimus honos ligno.

Lætiſſimæ huic & ridenti faciei, alteram ſubnectit, qua nil dirius, feraliusque: *Longo ab Hieroſolymis receſſu triſtis ſinus panditur, quem de cœlo tactum teſtatur humus nigra, & in pulverem ſoluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrum, apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet ſpecimen maturitatis, mandi tamen non poteſt: nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantum externæ cutis cohibet; quæ vel levi preſſa tactu fumum exhalat, & fatiſcit in vagum pulverem.*

Utraque imago opportunam mihi præbet anſam diſcutiendis *materiis*, quæ cum *evictione* graviſſimarum veritatum, quam *Commentario in Proverbia* præſtruxi, intime connexæ, iisdem pleniorem adhuc lucem adfundent; atque *perfidiam*, ac contumaciſſimam *perduellionem*, *Synagogæ Judaicæ*, in *Euangelio gloriæ*, per veſana *dogmata* circa *linguam Hebræam*, obſcurando, *Eccleſiæ Chriſti*, atque univerſo *orbi Erudito*, palpandam dabunt.

In eam *Gentem*, ac *Synagogam* exempla civitatum divinitus exuſtarum fore renovanda, ſacri *Vates* pari ac conſona voce præcinuerunt.

Moſes præſertim in *Cantico*, quo præfractiſſimam *Nationis* indolem, & ſeveriſſima Dei judicia, in eam ulti-

ultimis temporibus incubitura, expinxit, huncce tæterrimum pandit conſpectum, *Deut.* XXXII: 32, 33. *Nam ex vite Sodomæ, vitis eorum eſt; & ex agris peruſtis* (id valet שדמות ex *origine*) *Gomorræ: uvæ ipſorum uvæ venenatæ ſunt; & botri amarulentiſſimi illis. Virus peſtiferum draconum vinum eorum; & venenum aſpidum truculentiſſimum.*

De *Eccleſia Judaica* hæc prædici, *Sadducæismo* hinc, illinc *Phariſaismo* corrumpenda, atque eo prolapſura, ut *Meſſiam* ſuum, *rupem Iſraëlis*, *cum œconomia gratiæ Euangelicæ* ejuraret, atque ſacrilegas manus ſanguine *Domini* conſceleraret, univerſa ſeries pervincit.

De cœlo tacta propterea, fulminibus iræ divinæ cum *Templo*, *Urbe*, *Terra Sancta* olim, deflagrare meruit; atque per omnem ſeculorum decurſum *triſte* jacet *dirumque Bidental;* cujus *odor ſulfureus*, qua late terrarum patet orbis, adhuc *fumat*, juſtiſſimamque Numinis vindictam teſtificatur.

Exciſa hunc in modum rebellis natio, atque a *fide* Patrum, & *viva ſpe Iſraëlis*, *deſciſcens;* quum *plantata fuiſſet* שורק *vitis ſucco vigens generoſo*, in כורי נפן נכריה *palmites retorridos vitis peregrinæ degeneravit*, *Jer.* II: 21. Ex שדמות *ſideratis agris*, ex *humo nigra*, *in pulveremque ſoluta*, *Sodomæ* ac *Gomorræ*, proſerpſit *vitis* illa *adultera*, luxurioſos mox palmites diffundens, atque ſibi titulos

gentis electæ, *regalis ſacerdotii*, *populi ſancti*, עם סגלה *nationis Deo in æternum peculium aſſignatæ*, qui *ſpirituali ſemini Abrahami*, & *eccleſiæ Chriſti* competunt, mediis in ſignis maledictionis & reprobationis divinæ, arrogans, faſtoſeque circumdans.

Fovebant nempe eam, *fumoque* ac *fuligine favillacea* opplebant, & ſufflabant, ventoſiſſimi *traditionum Magiſtri*, *Phariſæi*, quorum *ſpiritu* animata, mox nova in germina turgeſcere cœpit, in *decreta ſcilicet*, & *dogmata peſtilentiſſima fidei*, omni *felle* & *veneno* adverſus *Chriſtum* & *nomen Chriſtianum* imbuta.

Hinc illæ *uvæ*, illi *botryones*, omnis *amaritudinis* & *virulentiæ pleni*, de quibus *Moſes* vaticinabatur, proruperunt, unde *vinum* quoque exſtillat, quod ut *cœtibus* ſuis miſcuerunt olim *Rabbini*, eorum animos hilaraturi, atque meliores in ſpes erecturi, ita etiamnum infundere ac propinare non ceſſant, *vinum Sodomorum auram exhalans*, atque *præſentiſſima peſte* potores *adflans*; cujus vel *guttula* in venas transfuſa, *eos inebriare*, *faſcinare*, *dementare* valeat.

Quænam illa *vina peſtifera?* quænam *dogmata venenatiſſima?* innumera ſane, quæ ſi hic percenſere aggrederer, univerſa mihi *Theologia Judaica*, cum profundis *Satanæ* ſub ea reconditis, enudanda atque expromenda foret.

Præ-

Præcipua tantum, quæque ad ſcopum noſtrum collineant, ſummis faſtigiis delibabo.

Sanxere videlicet *Magiſtri*, *legem Moſis* eſſe *æternæ durationis*, etiam pro *œconomia Ceremoniali*, quæ *nec debeat*, *nec poſſit aboleri*. *Jeſum Chriſtum* ergo, cum *Apoſtolis*, qui eam *abrogatam*, & per *Euangelium gloriæ abolitam*, atque in *ſpiritu* ac *veritate impletam* docuere, fuiſſe *impoſtores*.

Non promiſſum *Iſraëli Meſſiam*, qui *per paſſiones conſumaretur*; atque *regnum* conderet *Spirituale*; ſed qui *Regem ageret terrenum*, ſuper *ſolio Davidis* in *terra ſancta reſeſſurum*, atque *cunctas gentes ſub pedes Judæorum ſubjunctarum*.

Ejus *adventum* proinde, quantumvis longa in ſecula protractum, patienter *expectandum eſſe* a *Gente* SANCTA, SANCTÆ LINGUÆ *peculio donata*, & *circumciſionis ſignaculo ſacro-ſancto diſtincta*, in quibus *prærogativam* poſſideat & *pignus* recuperandæ tandem *terræ ſanctæ* cum *Templo*, univerſoque *cultu Moſaico*.

Hanc *ſpem*, hanc *fidem*, hanc ipſam *perſuaſionem*, cum *obſervantia decretorum* quæ in *Thalmude* conſignata, efficere ſolidiſſimum *fundamentum juſtitiæ*, *quod omnibus omnia jura filiorum Dei cumulatiſſime oppignerare queat*.

Hic vero patentiores ſeſe aperiunt campi, toto nomine & omine שרמות *peſtifero vapore præfocati*

& *exuſti agri*; utrumque *Thalmud Hieroſolymitanum*, & *Babylonicum*. Poſterius præſertim, *meditullium* conſtituit *doctrinæ Phariſaicæ*, ſimulque *arcem* infenſiſſimi veritatis hoſtes, ſtatim poſt exſcidium Urbis & Templi per *Romanos*, commoliri occœperunt.

Iſtius *turris* vere *Babylonicæ*, fundamenta *Rabbi Jehuda Hakkadoſch*, ſive *Sanctus*, ſeculo II æræ noſtræ, concinnata & edita *Miſchna* Δευτερώσις, ſive *compendio legis oralis*, jactavit: atque deinceps in eadem per *Gemaram*, id eſt *complementum Miſchnæ*, exædificanda, atque in cœlum usque educenda; ultra *quingentos annos*, in *Academiis Babyloniæ*, conſpiratis animis *Præſulum Synagogæ*, eſt elaboratum.

Hæc eſt decantata illa תורה שבעל פה *lex ſuper ore conſervanda*, ac *tradenda*, quam opponere ſolent תורה שבכתב *legi ſcripto comprehenſæ*; tanto eandem *auctoritate* & *dignitate* exſuperans, quanto *medulla corticem* atque *putamina*, *anima corpus*, aut *ſol lunam* antecellit.

Ut *blaſphemias* haſce, & *manifeſtiſſimas legis Moſaicæ violationes*, incruſtarent, atque ſpecioſo illinerent tectorio Architecti *traditionum*, commenti ſunt utramque & *ſcripto conſignandam*, & *ſuper ore tradendam* ac *propagandam legem*, ſimul cœlo demiſſam, *Moſique* in monte *Sinai* commendatam fuiſſe: ita ut *ſcripto mandanda* exhiberet tantum *literam cœleſtium veritatum*; altera autem illa, eminentior quam ut

Scri-

Scriptura includi poſſet, *ſpiritualem* prioris illius *potentiam*, *verosque* ac *genuinos ſenſus* declararet; quippe quæ *clavis* eſſet *cognitionis*, & *myſteriorum fidei*, penes *ſolos Antiſtites* deponenda, eorundemque fidæ cuſtodiæ committenda.

Rem & ſeriem *traditionis*, paucis comprehendit hocce effatum, *Tractatui* אבות פרקי *capitula*, ſive, *ſcite dicta Patrum* inſcripto, præſtructum. *Moſes accepit oralem legem* קבל התורה *e Sinai*; & מסרה *tradidit eam Joſuæ. Joſua Senioribus. Seniores Prophetis. Prophetæ tradiderunt eam viris Synagogæ magnæ.*

Quantum ſibi in audaciſſimo figmento exornando, & infucando, permiſerint *Synagogæ Statores*, operæ pretium fuerit planiorem ſub conſpectum dediſſe.

Audiamus ergo *Maimoniden* univerſi *Thalmudis* atria aperientem in *præfatione Miſchnæ: Scias legis præcepta, quæ ad Moſen divinitus demiſſa ſunt, ad eum demiſſa eſſe una cum ſua interpretatione; Deo textum quidem primo ei enunciante; ac deinde explanationem; & quid ſenſuum authenticus ille textus comprehenderet.*

Quum autem Moſes ſe e monte Sinai in tentorium recepiſſet, primus ad eum acceſſit Aaron; cui textum e Cœlo demiſſum ſemel recitavit; adjuncta ejusdem illa interpretatione. Ad dextram Moſis deinde conſtituto Aarone, intrarunt Eleazar & Ithamar, qui-

bus Moſes eadem omnia edidit, quemadmodum Aaroni dicta erant. Tum & illis hinc & hinc latera Moſis & Aaronis claudentibus, ingreſſi ſunt LXX Seniores, quos Moſes eodem modo omnia edocuit. Inde porro admiſſo cœtu promiſcuo omnium eorum, quibus lex cordi, iisdem cuncta repetiit. Sic Aaron quater, Filii ejus ter, LXX Seniores bis; populus ſemel omnia audivit. Digreſſo dein Moſe, Aaron quoque ea, quæ quater audiverat a Moſe, memoriter cunctis iterum enarravit. Tum & eo digreſſo, ejusdem Filii, qui & ipſi jam quater omnia audiverant, coram conventu repetitione conſimili inſtituta, diſceſſerunt. Sic factum eſt ut etiam LXX Seniores, lege quater audita, eandem reliquo cœtui potuerint inculcare: atque omnes qui in tentorio adfuerant quaternis vicibus cuncta auribus perceperint. Dimiſſi dehinc omnes totum Iſraëlem eadem edocuerunt; usque dum memoria tenerent textum ejusque lectionem. Adjecerunt quoque ejusdem interpretationem; a Deo demiſſam, quæ ſenſus occultiores reſeraret. Sanxerunt autem, ut textus quidem conſcriberetur; interpretatio vero ejusdem non literis, ſed memoriæ mandaretur; atque ore tantum tradi poſſet: eſtque hoc, quod Sapientes voluere, Legem Scriptam & Legem Oralem diſtinguentes.

Quam male confuta ſit fabula, omni ex parte hians, nemo non ultro intelligit. Sed non omnes forte

forte eodem oculi conjectu penetrant ad vafrum illud, & fraudulentum, quo pannus hicce contextus.

Scilicet pulchrum hocce exordium eo directum, ut inſinuetur, *populum* quidem admitti poſſe ad *legem ſcriptam*, atque ad aliquam partem *legis* etiam *oralis*, ut inde demum & *auctoritatem* ac *dignitatem*, & *lucem* ac *vitam*, illa per ſe *obſcura*, atque adeo *mortua*, *litera* recipiat; ſed non aliunde iſtam *explanationem* hauriri poſſe, quam *ex ore* eorum, qui *in cathedra ſedent Moſis*; quibusque *clavis* illa *cognitionis* commiſſa.

Huc tendebat proceſſus ille a *Moſe* per *Aaronem*, & *Filios ejus*, *deſcendens ad LXX Seniores*; (quibus *infallibilem auctoritatem* arrogant, per omnem ſeculorum decurſum *magno* in *Synedrio* propagandam) inde porro *productus* ad *legis ſtudioſiores*: atque ab iis demum ſe *ad* univerſum *populum diffundens*; cui religioſiſſime pendendum ſit ab *ore Magni Synedrii*, *falli neſcio ſpiritu gaudentis*, & *Scribarum*, ac *Legisperitorum*; in quos *Sancti Patres* auctoritatis ſuæ particulam derivarint.

Quanta autem *legis oralis* cura *Moſi* ſederit, enarratore *Maimonide*, ſubjunxiſſe non abs re fuerit. *Fine anni quadrageſimi*, ita pergit, *initio menſis Schebat* (*Januarii* circiter) *convocavit Moſes populum*, *eique dixit*; *imminet jam mortis meæ tempus*; *ſi quis ergo traditionis alicujus a me acceptæ fuerit obli-*

oblitus, accedat, ut eam ipſi declarem; aut ſi quæſtio aliqua nodoſior videatur, ut eam ipſi explanem. Hoc eſt quod Deut. 1: 5. *innuitur* הואיל משה לבאר את התורה הזאת לאמר *animum induxit Moſes ad declarandum legem hancce, dicendo* &c.

Hoc ita exponendum, ſecundum Sapientes: ſi quis oblitus fuerit conſtitutionis alicujus, veniat, ut eam denuo audiat &c. &c. *Sic ergo traditionum veritatem denuo didicere; atque legis ſcriptæ explanationes acceperunt toto illo tempore, quod inter initium menſis Schebat, & inter diem ſeptimum menſis Adar (Februarii) interceſſit* &c. &c. &c.

Violenta enimvero torſio verborum *Deut.* 1: 5. quæ palam pertinent ad *repetitionem* & *explanationem legis*, quæ *libro Deuteronomii* conſignata eſt: quod *conſarcinatores traditionum* ad *ſuam Miſchnæ* משנה Δευτέρωσιν trahere auſi; ut oculos vulgi injecto hoc pulvere opplerent.

Reliqua non minus cruda, atque violenta. *Verebatur*, inquit, *ne quis oblitus fuiſſet legis, auribus tantum acceptæ.* Juſtus ille metus; fluxa re, memoria; & *lex* illi tantum inſcripta, *lex* haberi nequit. Cur ergo & eam non *exarari* curavit ſapientiſſimus Legislator? *Sanctior* erat, inquiunt, & *eminentior*, quam ut *literis* includeretur.

Nempe, ut *Gemariſtæ* ſanciunt, *lex ſcripta ſimi-*

lis

lis eſt aquæ: Miſchna vino; Gemara autem קונדיטון *conditum, ſive aromaticum eſt vinum.*

En *poma Sodomæa!* En *uvas*; en *botros Gomorræos! unde* hoc *vinum Aromatites* deſtillatum.

Sed reprimo me, & ad *Maimoniden* referor. Is jam ante quoque inſinuarat, *ſancitum fuiſſe*, ut poſterior hæcce *lex* non conſcriberetur. Virulentior hic anguis deliteſcit. Eum in lucem protraham verbis *Moſis Kotzenſis*, in *Libro magno præceptorum*; *Quia prævidebat Deus*, inquit, *gentes Mundi XXIV. libris ſacris, Lege, Prophetis, & Hagiographis, abuſuras in hæreſes, atque impietates; expoſitionem ejus oralem Moſi tradidit. Neque a Deo permiſſum fuit ut literis mandaretur, donec Idumæorum* (i. e. *Chriſtianorum*) & *Iſmaëlitarum* (i. e. *Muhammedanorum*) ſectæ *exorirentur, ne forte & a gentibus corrumperetur, atque in malos uſus, ut Legi ſcriptæ contigerat, depravaretur. In futuro autem ſeculo interrogabit Deus, quinam filii ſui ſint? Tum vero gentes juxta cum Iſraëlitis Legem ſcriptam proferent, atque ſe filios Dei, æque ac Iſraëlitæ, ferent. At Deus denuo omnes interrogabit, penes quos ſit expoſitio oralis, quam in monte Sinai tradiderit? Ibi tum gentes obmutefactæ, Iſraëlitis gloriam cognitionis iſtius relinquere cogentur.*

Miſerabilis enimvero nænia! in qua ſoricem mihi audire videor, qui ſemet prodat, ac confodiendum

præbeat: *non permiſſum a Deo, ut literis mandaretur Lex Oralis, donec* IDUMÆORUM *&* ISMAELITARUM *ſectæ exorirentur* &c. Iſti *Iſmaëlitæ* minuendæ tantum invidiæ adjecti, nam *Muhammedanismus* caput demum extulit ſeculo VIII quum opus *Thalmudicum* jam ſeculo VI fuerit protruſum. Soli proinde reſtant IDUMÆI, id eſt, ſtylo *Rabbinico*, CHRISTIANI, ad quorum usque exortum *Theſaurus* ille *inexhauſtus ſapientiæ Divinæ* debuerit recondi, atque paucis tantum *cuſtodibus & clavigeris* commendari, ipſo *ſancto populo* ad iſta penetralia non admiſſo, quum *Reſp. Hebræa* floreret; ſed illuc tantum intromittendo, quum *Chriſtus*, & *nomen Chriſtianum*, in orbe emerſiſſent.

Apertis verbis enudavit homo, quod alii *Rabbini* utcumque circumvelant, quum paſſim inſinuant, ideo *ſanctiſſimum* illud *corpus traditionum:* exciſis per *Romanos Hieroſolymis*, exarandum, & evulgandum fuiſſe, ne disjecta quaquaverſum natione *clavis* illa *cognitionis* intercideret, atque *Lex Oralis* ex memoria penitus deleretur.

Atque jam antea quoque per captivitatem *Aſſyriacam*, ac dein *Babylonicam*, extra ſedes patrias diſperſæ fuerant XII Tribus. Sub *Antiocho Epiphane* ſævior adhuc tempeſtas incubuit, & ad ultimam deſperationis lineam res fuit redacta.

Iſtis in ruinis jacta fundamenta *Regni Phariſaici*; quod

quod deinceps miris machinis altius eductum, & puriore parte *Judæorum*, qui *Karæi*, ſive *Scripturarii*, vocitabantur per contemtum, fruſtra reclamante, ad culmen ſuum provectum: *myſteria* tamen *iniquitatis* ſuæ aperire, atque in publicum emittere non ſuſtinuit ante, quam *Meſſia* in crucem acto, *Templum*, cum *Urbe* & *Terra Sancta*, rogus conſediſſet irarum ac dirarum cœleſtium, atque *nomen Chriſtianum* de *Judaismo* triumphare vidiſſent.

Tum vero ringi oſores *Euangelii*; tum ilia perduellibus iſtis diſrumpi, atque poſt immane incendium ſeditionis, quo totus orbis *Romanus*, imperante *Hadriano* concuſſus, *Face* & *Tuba Pſeudo-Meſſia* illo *Bar Cozyba*, per *diluvium ſanguinis Judaici* mox extinguendum, *moles* illa *traditionum Chriſtianismo* invaleſcenti objecta fuit; conflata, in *Syſtemaque* ſatis concinnum redacta, ut præmonui, *Miſchna*, quæ pro *aqua Legis & Prophetarum* largis hauſtibus *vinum* daret bibendum, quod dejectas mentes *Synagogæ* paululum erigeret; acceſſuro deinceps ex deſtillationibus *Gemaricorum aromatum* mirificentiſſimo vigore, unde plenis poculis ora proluere, & pectora exhilarare poſſent.

Feliciſſimam, ſcilicet! mediis in calamitatibus ſuis *Synagogam*, & *Gentem Judaicam*, quæ meruerit hocce generoſiſſimo *Thalmudis* potu jugiter inebriari, quum *veterem Eccleſiam* tenuis tantum ejusdem aura

afflaverit: quando tunc temporis has *cellas* atque *apothecas ſublimiorum* cœleſtiorumque *veritatum*, quæ ex *Kabbala* emanant, *clauſas* voluerit Deus; ſolum *legis corticem* ſcribi permittens, *medulla* illis potiſſimum *Judæis* reſervata, qui poſt *Chriſtum*, & *nomen Chriſtianum*, in dias luminis oras ederentur.

Hæc plebi faſcinandæ, atque in ſpiritualem ſuperbiam, veſaniamque, magis ac magis implicandæ, excogitata, nemo non mecum agnoſcit.

Eſt aliud adhuc, quo non minus hodierna *Synagoga* gloriatur, atque ſupra ipſos Patres, miniſterio *Moſis* & *Prophetarum* honoratos, caput inter nubila condit. Hi ſcilicet quamvis *Linguam Sanctam* poſſiderent; necdum tamen *ſancto* & *myſtico charactere* gaudere potuerunt antiquis illis temporibus: quum *unus* tantum *Codex Authenticus*, ſecundum *Thalmudiſtas*, conſcriptus fuerit *charactere quadrato*, & *ſanctitatis* ac *divinitatis fulgorem* exerente; is ipſe, qui *ad Arcam depoſitus:* reliqua *exemplaria* autem *Lingua* quidem *Sancta* fuerint exarata, *charactere* tamen, ſive *ſcriptura profana* tantum, & *civili* illa, qua vulgus utebatur; id eſt, *literis Samaritanis*, nihil *ſancti*, nihil *divini*, in ſe continentibus. Nunc autem *profano* iſto *charactere* abrogato per *Ezram*, univerſo *Iſraëlis* jus comparatum, ut cum *Lingua Sancta* ſeſe omnes oblectent; atque & hocce *vinum aromaticum* ex recluſis fontibus omnis *ſanctitatis* in viſcera ac medullas infundant.

Ad

Ad hæc *Myſteria Phariſaismi* digitum intendit *Maimonides* in *præfatione* ſui *Deuteronomii*, ſive *legis oralis*, quam יד חזקה *manum fortem* inſcripſit; ubi iterum hocce ſtruit exordium. *Omnia præcepta, quæ Moſi data ſunt in monte Sinai; cum explanatione eorum data ſunt, prout dictum eſt Exod.* XXIV: 13. ואתנה לך את לחות האבן והתורה והמצוה *& dabo tibi* TABULAS LAPIDEAS, *&* LEGEM; *&* PRÆCEPTUM. *Per* LEGEM *deſignat illam, quæ* CONSCRIPTA: *per* PRÆCEPTUM, *ejusdem* EXPLANATIONEM NON SCRIBENDAM; *injunxitque nobis Moſes ut* התורה LEGEM *præſtaremus* על פי המצוה *ad os* PRÆCEPTI, *id eſt, ad directionem illam non ſcriptam; quæ vocatur Lex Oralis. Univerſam* התורה LEGEM *ſcripſit Moſes ante, quam moreretur, ſuamet manu; atque unicuique Tribui exemplum ejusdem tradidit;* UNUM *vero exemplar ad Arcam depoſuit: ſed* המצוה PRÆCEPTUM, *id eſt,* EXPLANATIONEM *Legis, non conſcripſit. Eam LXX Senioribus & Joſuæ, itemque cœtui Iſraëlis injungens; quemadmodum ſcriptum eſt; omne* VERBUM *quod ego hodie* PRÆCIPIO *vobis, illud obſervabitis ad faciendum.* &c. &c.

Reliqua in quibus *Lineam Sanctam* pertexit eorum *Antiſtitum*, qui inde a *Joſua*, usque ad R. *Juda Hakkadosh*, ſerie nunquam interrupta, ſacratiſſimum

hocce depoſitum pio pectore clauſum, pio ac falli neſcio ore promtum geſſere, hic non adſcribo: quum longe aliud mihi propoſitum ſit in præſenti, quam illud תהו ובהו *vaſtum & ſtupendum Chaos traditionum Thalmudicarum* introſpiciendum dare, atque ad radios, & lucidiſſima tela veritatis, profunda *Satanæ* denudare.

Eadem de cauſa tramittam quoque *pudendas* illas *diſtorſiones verborum*, ex quibus *geminam* iſtam *legem* exſculpere conatus fuit.

Ad ſcopum, quem mihi nunc præfixi, id *unum* ex contextu illo *Maimonidis* enotaſſe ſuffecerit, quod inſinuet, quum *Moſes* ita תורה שבעל פה *legem ſuper ore* tantum *propagandam fidis* ejusdem *cuſtodibus tradidiſſet;* eum *legis ſcripta aſſervandæ tredecim exemplaria ſuamet manu exaraſſe;* quorum *unum depoſuerit ad Arcam*, reliqua *duodecim Tribubus aſſignarit cuſtodienda.*

Nihil hic, prima fronte, quod vel minimam *fraudis* ſuſpicionem commovere queat. Omnia ſpecioſa & religioſiſſima *Legislatoris Magni* curam ſpirantia; ſed hæc ipſa *centrum* conſtituunt, & *meditullium Phariſaismi;* atque tantam vim *veneni* includunt, ut ſi compreſſeris hæcce *commenta*, non jam *poma* ſint *Sodomæ*, non *uvæ Gomorræ;* ſed *ova Baſiliſci;* ad imaginem *Jeſ.* LIX: 5.

Ut hoc *orbi Chriſtiano* adſpiciendum præbeam, atque

que cum *demonſtratione perfidiæ & audaciæ Judaicæ* omnium in oculis mentibusque defigam, ſciri velim, *traditionum* vaferrimos illos *ſutores* ac *ſartores* cum LINGUA SANCTA excogitaſſe etiam CHARACTEREM SANCTUM, ſive DUCTUM *ſcribendi* SANCTIOREM, *ſublimioris Sapientiæ*, ac *myſteriorum legis*, unice *capacem*, atque *ſacrario & cathedræ dicatum;* oppoſitum *profanæ*, ſeu *communi ſcriptioni*, quæ vel in *civilibus rebus*, vel etiam in *privatis*, etiamſi *ſacris & eccleſiaſticis*, conſtanter adhibita, & uſurpata fuerit.

Hoc diſcrimen jam inde ab *Adamo*, & *primo* illo *exordio* LINEÆ SANCTÆ, cui *oracula primæva* concredita fuere, obtinuiſſe tradunt; *communicanda* quidem cum vulgo, quoad *literam* & *ſenſum externum;* ſed neutiquam quoad *ſpiritum* & *ſenſum internum* enudanda: quippe quem *ſancti eminentioris ordinis & gradus* tantum, ut capere apti, ita recipere, atque puro pectore recondere, digni forent.

Ad hanc *primævam* inſtitutionem & ordinationem Dei ſeſe componens *Moſes*, ut quidem *Thalmudici* fancivere, *unum exemplar legis*, ad *Arcam* deponendum, *exaravit cœleſtiore* illo *charactere myſtico*, & *divino;* reliquos autem, inter *duodecim Tribus* diſpertitos, *charactere vulgari* & *communiore* tantum, qui *occultos legis theſauros* nec recipere ipſe poterat, nec *lectoribus* proin pandere atque revelare.

San-

Sanctiorem illum *characterem*, omni *cœlesti virtute fœtum*, ac *præfulgentem*, appellitant כתיבה אשורית *scriptionem beatam*, vel *beatificatam*, secundum plurimos; aliis tamen *Assyriacam* reddentibus; quod *Ezras* eam jam *obliteratam* ex *Assyria* reduxerit per miraculum. *Profaniorem* alteram vocitant כתיבה ליבונאה *scriptionem libaniticam*, id est, *Phœniciam*, itemque כותית *Cuthæam*, sive *Samaritanam;* nec non עברית, quam *transfluvialem* alii vertere amant, (quæ *Abrahami* fuerit *communior* & *vernacula*, quum in *Mesopotamia* adhuc degeret;) alii *Hebræam*, quod ab *Hebero* jam tum ad *privatos* & *vulgares* usus adhibita sit: *quadrato* i. e. *sancto charactere*, pro *sanctissima domus* ejus *disciplina*, soli *doctrina cœlesti* inviolabiliter assignata, ac dedicata.

Fidem omnem superscandit, in quæ præcipitia, quasque in voragines *cæci cæcorum Ductores*, odio *Christi* & *Christianorum* instincti, se per Principem tenebrarum siverint auferri.

Testentur ergo de se ipsi, atque *mysteria systematis Pharisaici* suismet verbis sub conspectum ferant.

Agmen ducet *Rabbi Gedaljah* in *catena Kabbalæ*, hæcce genti suæ propinans. *Lex data fuit ea scriptura, qua nos hodie librum legis exaramus, quæ vocatur* אשורית *Assyriaca. Hæc vero* FIGURA *scriptionis fuit custodita & conservata penes magnates Israëlis, eodem modo quo* & התורה שבעל פה

LEX

LEX ORALIS. *Etenim* המון *multitudo, ſive vulgus, ſcribebant tantum figura literarum* עבריות *transfluvialium. Quum autem veniſſet Ezras, & licitum feciſſet promiſcue deſcribere* תורה שבכתב *Legem Scriptam, ne illa ex Iſraële oblivioni daretur, licitum quoque ipſis fecit, ut eadem* FIGURA LITERARUM *uterentur, quibus Lex primitus data fuit: eamque appellitarunt* אשורית *Aſſyriacam, quia Magnates Iſraëlis eam adduxerunt ex Aſſyria: namque erat in manu eorum* בקבלה *per Kabbalam*, ſive *traditionem myſticam*, וגנוזה *eamque recondebant ut ſacrum depoſitum* להיותה כתיבה קדושה *propterea quod* SCRIPTIO *iſta foret* SANCTA.

Non excurram in hoc *Kabbalæ* utriusque *thalmudicæ* per *Legem Oralem*, & *hieroglyphicæ* per *arcana literarum ſanctarum*, fundamentum & firmamentum ſimul, compendioſiſſime expreſſum. *Quintam* tantum *eſſentiam* occulti veneni ſubodorandam dabo.

Teneatur ergo, a *fanaticis* iſtis hominibus inculcari, *Kabbalam* iſtam geminam ante conditum Mundum *conformatam* eſſe, atque ut *peculium Iſraëlis conſignatam* in *Academia cœleſti*, ut eſſent *veritatum* & *virtutum divinarum* lucidiſſima *ſpecula;* vel per *æterni Luminis reflexionem;* vel, quod tamen *Epoptis* tantum introſpicere datum fuit, *emanationem.*

Inculcant item, utramque non niſi *lingua ſancta*, & *caractere ſancto* ſimul, comprehendi, atque exprimi potuiſſe.

Inſinuant porro, hujus *linguæ* & *ſcriptionis ſanctæ* pariter, *arcanis* vel *radiationibus*, vel *effluviis*, *univerſitatem* rerum productam eſſe, atque etiamnum potentiſſime ſuſtentari, ita ut ſi vel *una literula* loco moveretur, totus *Mundus collabaſceret*, atque ad *Chaos redire* deberet.

Hanc *Linguam*, & *Literam ſupernaturalem*, cum *imagine Dei*, impreſſam *Adamo*, fontem præſtare omnis *ſapientiæ*, *juſtitiæ*, *ſanctitatis*, *beatitudinis*, & *gloriæ*, in Terris, in Cœlis, percipiendæ.

Sic e cœlo demiſſam ſacram *Kabbalam*, cum *cœleſtibus* & *myſticis* ſuis *figuris*, jam inde ab exordio rerum *Adamo* fuiſſe creditam, ut eam in *ſolam lineam ſanctam* derivaret; atque iſtum per canalem transmitteret ad *Heberum*, *Abrahamum*, *Moſen* deinceps; ut ſub eo *Legislatore* lectiſſimum *Dei peculium*, *Populus Iſraëlis*, tanti *theſauri poſſeſſione* præ reliquis gentibus in æternum bearetur.

Necdum tamen *univerſum Populum* tempore *Moſis* vel *capacem* fuiſſe, vel *dignum* habitum, qui in *plenum* ejusdem *uſum fructumque* immitteretur; ac propterea utramque *Kabbalam*, *hieroglyphicam*, & *thalmudicam*, adhuc debuiſſe *recondi*, atque apud *Antiſtites* reponi: ſola *lege ſcripta* in vulgi manus tradenda;

da; & quidem *ſcriptione profana* illa & *privata*, quæ עברית *transfluvialis* vocabatur; non autem *divina* & *ſancta*, qua *Tabulæ*, itemque *Volumen Legis* ad *Arcam*, exarari debuerint, donec *Ezras* univerſæ genti *copiam faceret ſancti* illius & *religioſe occultati caracteris*, veteri expulſo penitus, & *Samaritanis* relicto: utraque *Kabbala* tamen neutiquam adhuc *literis mandata*, ſed apud *Synedrium Magnum* & *Præſules* concluſa: usque dum *Chriſti nomine*, & *cultu*, per orbem diſſeminato, conſultius judicarint *Sancti* illi *Synedritæ*, cum *R. Jehuda Hakkadosh*, de *culmine auctoritatis* ſe paululum demittere, & *myſteria ſacroſancta* expromere, atque provulgare potius, quam ut *Synagogam* ſub ruinis *Hieroſolymorum* ſepeliri, atque a *nomine Chriſtiano* triumphari paterentur.

Hæc jam *ſcriptio cœleſtior* & *myſtica*, a R. *Gedalja* appellabatur, ut ſupra viſum, אשורית *Aſſyriaca*, quod *Magnates Iſraëlis* cum *Ezra* eam ex *Aſſyria* ſecum reduxiſſent. Sed aliam indigitamenti iſtius rationem reddit *Maimonides* ad *Cod. Jadaim Cap.* IV. *par.* 5. ubi quum *Miſchna* diſtinxiſſet inter כתב עברי *Scripturam Hebræam* & אשורי *Aſſyriam*; ita commentatur: עברי *veniens* a עברים *Hebræis*, *eſt ſcriptura Hebræa; illa in qua Lex populi*, (i. e. *a vulgo legenda*) *conſcribi ſolebat: ſcriptura autem iſta, in qua Deus Legem conſcripſit; ſcriptura voca-*

tur Aſſyriaca, propter continentiam ejus, a voce אשרי *beatitudines ſignante, quaſi* SCRIPTURAM BEATAM *dicas; eo quod illa nunquam mutetur* &c. &c. Quorſum poſtrema collineent, infra pateſcet. Nunc *Maimoniden* ex *Maimonide* explicans, ſubſumo, eum in textu ſupra adducto *pag.* XV inſinuare voluiſſe, *unum exemplar* illud, quod apud *Arcam fuit depoſitum* SCRIPTURA אשורית BEATA & SANCTA conſignatum: reliqua *duodecim*, pro totidem *Tribubus;* tantum *ſcriptura* עברית *Hebræa;* quæ & חול *communis, profana*, fuiſſe exarata; ne videlicet ſacratiſſima arcana *Kabbalæ* utriusque, *vulgi* manibus contrita, attaminarentur, atque *Traditionis Majeſtas* evileſceret.

En aliud teſtimoninm, quo hujus *ſcripturæ beatæ* regalem eminentiam ſancivere *Thalmudici* in *Cod. Menachot fol.* 29. 2. *Dixit Raf Jehuda, ea hora qua Moſes ad Deum adſcendit in montem Sinai, invenit Deum ſedentem, & coronulas literis alligantem ſeptem* שגזטבעץ, *quæ opus habent apicibus diſtingui. Tum Moſes, Domine Mundi, inquit, quod detinet manum tuam? (quo minus & reliquis literis apices appingas?) Reſpondit Deus, venturus eſt Homo unicus multa poſt ſecula, cui nomen erit Akiba Ben Joſeph; commentaturus ſuper unumquemque apicem cumulos cumulatiſſimos conſtitutionum.*

Gran-

Grandiora adhuc ſonat תנא דבי אליהו *Traditio Domus Eliæ*, Liber *Thalmudi* æquævus fere: in eo habetur: *Antequam Mundus crearetur, ſedit Deus Benedictus; conſideravit, ſcrutatus eſt, probavitque Legem Univerſam, (ſcribendam* nempe, & *ore tradendam;) eamque ratione ſcriptionis, & literarum omnium, vicibus ducentis & quadraginta octo, (quot membra in homine,) conflavit; atque poſtea demum protulit, unumquodque verbum ex ore ſuo, quoad linguam; legique ſuæ inſeruit, ſicut dictum in Pſalmo: eloquia Domini ſunt eloquia pura. Si ergo vel unum verbum, quod Legi inſeruit, vel & unica litera, ex Lege recederet, totus Mundus evaſtaretur.*

Pro ſpecimine *ſublimioris* hujus *ſapientiæ*, quam in *Academia* cœleſti conflatam, *Legique* infuſam dictitant; habeatur ex ערוגת הבשם *Areola Aromatum*, quibus *R. Samuel Arcuvolti* populares ſuos permulſit. *Generatim accepimus a ſtantibus in ſecreto Domini* (i.e. *Kabbaliſtis*) *in* LITERIS SANCTIS, *tam quoad* FIGURAM, *quam quoad* NOMINA, *ineſſe* SPIRITUALITATEM, & VITAM *quandam* OCCULTAM; & LUCEM PRETIOSISSIMAM, *ab ipſa* SUBSTANTIA *cœleſtium delibatam, ac catenata ſerie transmiſſam. Qui in eas ſtudioſe ſe immiſcuerit ac immerſerit, quique merebitur, id exploratiſſimum poterit habere.*

Pergit deinceps. *Ex ipſa illarum* LITERARUM

FIGURA *relucere* SANCTITATEM, *ito & diſcito a Litera* א *Aleph; quæ indicium dat de unitate nominis Dei Benedicti; conflata quippe eſt ex jod, vaw, & jod* יוי; *quæ literæ colligunt & conficiunt numerum Nominis Tetragrammatici* יהוה (ſcilicet 26.) *jod autem ſuperius rectum, & jod inferius inverſum in* א *indicium eſt lucis rectæ, & lucis redeuntis* i. e. *reflexæ, quæ in unum convergunt, quod ſummum eſt miraculum.*

Suaviſſima enimvero *aromata*, quæ *pulverem* referunt *pomorum Sodomæ* ac *Gomorræ*, & *fuligine favillacea* cuncta ſuffocant.

Eſt guttula ex immenſo Mari, & univerſum *Kabbalam Hieroglyphicam* hoc e *fumo Abyſſi* ſua ſibi *lumina* captaſſe, ac procudiſſe, vix quisquam eſt, qui ignoret.

In longiore etiam, qui emetiendus reſtat, curſu, interiore mihi gyro contrahenda ſpatia ſunt, ut metam, quam intendo, contingere queam.

Claudat ergo agmen, atque omnium inſtar nobis nunc ſit, idem *Arcuvolti*, in *præfat.* iſtius *Areolæ Aromatum*, ubi grande illud *Phariſaismi* arcanum de *ſcriptione ſancta*, & *profana*, ſive *communi*, cum omnibus ſuis phaleris, recluſit atque funditus pertentandum præbuit. LINGUA SANCTA *Iſraëlitæ Legem accipere meruerunt per manus Moſis*, וכתב & כתב האלהים הוא & SCRIPTURA, SCRIPTU-

RA

RA *erat* DEI. *Ut ergo* המוני האומה הנבחרת *turbæ populi electi non prævaricarentur* בכתב המקדש הזה *in* SCRIPTIONEM *hancce* SANCTIFICATAM, לחשתמש בו דרך חול *eandem usurpando more profano, idcirco data & promulgata est ab initio Lex* אל ההמון *ad Turbam populi* בכתב עבר הנהר כתב ליבונאה ולשון הקדש *in* SCRIPTURA TRANSFLUVIALI, SCRIPTURA LIBANÆA (i. e. *Samaritana* vel *Phœnicia*) & LINGUA SANCTA. *Ast* SCRIPTURAM *illam* BEATIFICAM כתב המאושר, (quam *Thalmudici* אשורית *Assyriam* indigetant) האיר על הלוחות וספר התורה בלבד המונחים *resplendere fecit Deus* SOLUMMODO *super* TABULIS, & LIBRO LEGIS, *in Arca deponendis; usque dum ea* Arca *recondita fuit in diebus Josiæ. Sic tractu temporum ferme oblivioni data fuit hæc* SCRIPTURA אשורית BEATA, *neque superstes remansit nisi in memoria* קצת מאצילי בני ישראל *exiguæ partis lectissimorum Israëlis Antistitum, qui in Assyriam deportati fuere, atque in Terra* (X *Tribuum* illa) כתב עבר הנהר *scripturam transfluvialem reliquerunt apud Cuthæos, aliosque; cujus forma ad* כתב הקדש SCRIPTIONEM SANCTAM *est tanquam Simiæ ad faciem Hominis.*

Plena

Plena omnia *cæcitatis*, & *vertiginis*, qua perduelles *Euangelii* contemtores divinitus percuſſi. Quot *commata*, tot *carcinomata Doctrinæ*. Primum, *Iſraëlitæ meruerunt Legem accipere in ſcriptione* plane *divina*, i. e. *divinis virtutibus & perfectionibus radiante*, etiam pro *literis* ipſis.

Secundum, *populus* tamen *ad iſtam diviniorem ſcripturam* non fuit admiſſus, quantumvis de cetero *pietati* ac *religioni* ſtuderent.

Nempe, tertio, *periculum erat*, *ne* SCRIPTIONE *hac* SACROSANCTA *abuterentur* דרך חול *more profano*. Juſtus profecto metus! nam per *Nomen Tetragrammaton*, ejusque *pronuntiationem* ad *genuinas* vocales, omne genus *miraculorum* patrari, quin *univerſitas hæcce creari* & *deſtrui* poteſt.

Prudentiſſime, & religioſiſſime proinde, quarto, *Moſes exemplaria Legis* XII *Tribubus quidem deſcripſit* LINGUA SANCTA, ſed LITERAM SANCTAM iisdem *credere* auſus non eſt, ne videlicet *fidelis* ille adminiſter in *domo Dei*, nimis preſſe mandata *Domini* exequendo de *Lege*, prout eam acceperat, *omnibus tradenda*, damnum iſti *Domui* daret, eamque nimio *fulgore*, qui *ex literis præradiabat*, compleret.

Sub *modio* ergo, quinto, ac *ſub lecto*, recondere maluit *Legislator Iſraëlis* illud *Luminare*; & *ſcriptione*

ptione חול *profaniore*, *transfluviali* i. e. *Hebræa* quidem illa, ſed *Hebræa populari*, non capace *veri* & *vivi luminis cœleſtis*, occultare.

Sexto, *vivum* hocce & *verum lumen linguæ*, & *ſcriptionis* ſimul *Diviniſſimæ*, non fuiſit in *Eccleſia Judaica*, niſi tantum ſub *Archivis*, atque in *pectore Cuſtodum Kabbalæ*, ac *Legis Oralis*; ut univerſa *Lex Scripta* nil aliud eſſet quam *litera mortua*, quæ *vitam*, *lucem*, *auctoritatem*, & *veritatem* omnem demum hauriret ex ore *Magni Synedrii*, ac præſertim illorum inter eos *Antiſtitum*, qui *Traditionum Promi-Condi* fuiſſent conſtituti: qui ferme honor *Præſidibus Syncdrii*, ſecundum nugatores illos, fuerit delatus.

Septimo, tempeſtate Regis *Joſiæ* occultata *Arca* (ſic habet alia *traditio Thalmudica*; ne cum Templo jam jam a *Babyloniis* concremando periret, vel pro ſpolio optimo in triumphum iret) *hæcce* SCRIPTIO מאושרת omnis *beatitudinis referta*, una cum *Tabulis* & *Codice Archetypo Legis*, plane *intercepta* fuit; atque in perpetuum *extincta* fuiſſet, niſi *exigua lectiſſimorum Præſulum pars* eam *fida* & *firma memoria* aſſervaſſent.

Octavum denique, in quo lepidum ſe faciens, ſtolidiſſimum prodit mortalem, qui dum aliena ridet, ſuamet ſacra violat ac proſcindit, quum ait, *illos Præſules in Aſſyriam deportatos* SCRIPTURAM TRANSFLUVIALEM, *qua in Terra ſua ſemper uſi erant*,

Cuthæis, aliisque, (novis illis *Colonis regni Samariæ*) *reliquisse: quæ instar simiæ ad faciem sese hominis habent.*

Ridicularium profecto caput; & cachinnis explodendum: quum non senserit ictum in *Mosen* recidere, qui *universo Israëli* nil nisi *simias* obtrusisset; quando, ut ipse paulo ante inculcavit, *populo* non aliam *scriptionem impertivit*, quam illam *ipsam Transfluvialem;* in quam tam proterve nunc insultat.

Monstra in lucem tuli, & prodigia, solas in terras deportanda. Sequentur monstrosiora adhuc & portentosiora. Nam ita pergit *aromatum* & *pigmentorum* nundinator *Arcuvoltius. Hac scriptione* ipsis in possessionem abjecta a sanctissimis illis Antistitibus, *usi sunt illi populi, ad scribendas accusationes adversus Judæos apud Artachsastam; ut dicitur Ezr.* IV: 7. וכתב חנשתון *& scriptura Nischtevan. Nam Nischtevan* (arrigite aures *Geographi*) *est nomen Provinciæ in finibus* עבר הנהר *Transfluvialis regionis* &c. *Ea scriptura præsignis habita ab iis, qui istis in oris viverent; qua uti solebant ad Reges. Scriptura ergo fuit* נשתוני *Nischtevanica, Lingua Aramæa; quæ opus habebat explanatione, sicut dicit Ezras cap.* IV: 7. ומתורגם ארמית *& translatum Aramæe. Accidit autem, quum Rex Tyrannus cogitaret vasa Templi nostri glorioſi in convivio suo profanare, ut* SCRIPTURA SANCTA *resuscitaretur*

per-

per manum Angeli; mutantis in conſpectu multorum populorum, inter quos & Iſraëlitæ aderant, תמונת הכתב העברי *figuram ſcripturæ Transfluvialis, & ſcribentis* בכתב הקדש SCRIPTURA SANCTA מנא מנא תקל ופרסין MENE, MENE, TEKEL, UPHARSYN. *Dan.*v. *Ab iſto temporis articulo* חזרה לחלוחית הכתב המקודש להצמיח ציצין ופרחין בחמוני עמנו *reverſus eſt viror & vigor recens* SCRIPTURÆ SANCTIFICATÆ, *ut promicare faceret ſuos flores, & germina ſua, inter turbas Populi noſtri. Illi erexerunt turres ejus exploratorias* (i. e. *inſtaurarunt* ejus *collapſa decora & ornamenta*) *& vocarunt* לכתב העברי כתב שנשתנה *ſcripturam Hebræo-transfluvialem, ſcripturam quæ immutata eſt per manum Angeli; ſumſerunt que ſibi Rabbini noſtri pro indicio rei illud Ezr.* IV: 7. *Scriptura Niſchtevan, quippe quæ* נשתנה *Niſchtanna, immutata fuit* ולכתב המאושר קראו אשורי SCRIPTURAM *vero* BEATAM *vocitarunt Aſſchury. Inde dixere in Thalmude: quare* SCRIPTURA SANCTISSIMA *illa vocatur Aſſchury? eo quod cum iis ex Aſſyria adſcenderit. Quod autem hoc dictum ſit de ſcriptura ſanctificata, vel id abunde teſtari queat, quod de ſcriptura Aſſyriaca haud convenisſet interrogare, quare iſtoc nomine appellaretur?*

Quidni conveniſſet? non enim rogatur, *quare As-*

ſyriaca ſcriptio vocatur Aſſyriaca? quo *paralogismo* inſignes *Philologi* ſe præſtringi paſſi ſunt; ſed hæc mens ſciſcitantis *Rabbini* erat; *quare ſcriptura noſtra hodierna, ſive quadrata, vocatur* אשורית *Aſſyriaca?* Ad quod ſane appoſitiſſime reſpondetur: שעלה עמהם מאשור *quia cum iis adſcendit ex Aſſyria.* Merito nempe admirationem movebat iſti *interrogatori*, illam *ſcripturam*, qua *Codex Sacer* exarabatur ab omnibus *Judæis*, in *Scholis Rabbinicis* appellari אשורי *Aſſyriacam:* eſtque congruentiſſima reſponſio, *quia cum Ezra adſcendit ex Aſſyria.* Ad nugatoriam autem ſententiam iſtam, אשורי *Aſſchuri* valere מאושר *beatitudinis pleniſſimam*, ſi reſponſum fuiſſet; *quia adſcendit cum iis ex Aſſyria*, mera fuiſſet ludificatio. Video tamen quorſum tendat argutatiuncula noſtri *Aromatarii*, nempe *ſcripturam beatam* titulo אשורי *Aſſchury* ab *Antiſtitibus Synagogæ* inſignitam fuiſſe, tanquam in *memoriale* ſignum, quod per *Angelum*, *in pariete ſcribentem illud* MENE MENE &c. penitus *obliterata* iſta DIVINISSIMA SCRIPTIO *Tabularum* & *Codicis Authentici* revixiſſet, extinctumque *florem* ac *vigorem* recuperaſſet in *Aſſyria;* unde cum *Reducibus*, tanquam & *ipſa Redux*, adſcenderit denuo, atque *Sanctas* in *ſedes* poſtliminio *immiſſa*, ampliore quam antea ditione cœperit gaudere, *univerſoque populo ſancto* non ſolum *permiſſa*, ſed & *commiſſa* fuerit.

Huc

Huc ſcilicet omnia aurigabantur: eumque in finem ita concluditur ab *Arcuvoltio*. *Ezras ergo cor ſuum diſpoſuit, ad maceriam conſtituendam* לגדר גדר, *ne iterum oblivione deleretur* כתב הקדש SCRIPTIO SANCTA *ab ore Seminis ſui; ac propterea licentiam dedit omnibus illo* CHARACTERE *omnes libros Legis conſcribendi; ad illud Rabbinorum: reddita eſt ipſis Lex* בכתב אשורי SCRIPTURA ASSCHURY *in diebus Ezræ; poſt eum ergo omnes recti corde ſcripſerunt libros Sacros iſto tantum charactere* ע"י שרטוט *adhibita lineatione,* לקים תמונתו חקדושה *ut ejusdem* FIGURA SANCTA *recte ſtabiliri poſſet; quod in aliis libris non obſervatur* כי מרוב קדושתו ורוחניותו *nam propter* ABUNDANTIAM SANCTITATIS & SPIRITUALITATIS *ejus non licet ea uti in ſcriptionibus privatis.*

Quantum iſti שרטוט *lineationi* tribuant *Anteſignani Phariſæorum*, patet ex ſcrupuloſiſſimis ſanctionibus; qualis illa in *Cod. Thalm. Menach. fol.* 32. *Lineatio Mezuzæ*, i. e. *ſchedulæ poſtium, omnisque phylacterii, eſt traditio Moſis e monte Sinai:* Itemque hæc *Maimon. in Hilch. Tephill. cap.* 7. *Omnis* SCRIPTIO SANCTA *non exaratur, niſi adhibita lineatione, etiam ſuper charta. Tres voculæ* Sacri Codicis *ſine lineatione ſcriptæ, manent legitimæ; quod ultra procedit illegitimum & impurum.*

Tenemus univerſi *Phariſaismi* proram ac puppim; in LINGUA SANCTA non ſolum, ſed & in SCRIPTIONE SANCTA, omnisque SPIRITUALITATIS referta; in quam *infiniti* & *inexhauſti ſapientiæ Divinæ theſauri* ſint incluſi, atque in quibus potiſſimum *unctio* & *potentia illuminans* atque *ſanctificans* verbi cœleſtis reſideat.

Hoc eſt illud *peculium Iſraëlis*, ob quod & ipſi *Dei peculium* fiunt: quot enim LITERAS SANCTAS & ACCURATE LINEATAS poſſident, tot poſſident *ſignacula Fœderis* cum Deo; tot *pignora* favoris, tot honoris *inſignia*, tot *monumenta* amoris, tot *prærogativas* glorioſiſſimæ felicitatis in terris, in cœlis, obtinendæ.

Non *atria*, ſed ipſa *Luciferi*, in *Synagoga* præſidentis, *adyta* inſpectanda dedi. Quum autem & hic non exigua contagio imprudentiores *Chriſtianos* nimie multos afflarit, operæ pretium fuerit, rem infiniti ponderis in *cauſa Chriſti*, in *controverſiis Judaicis*, quin & in *literatura hebraica*, non aliunde magis obſcurata, & oppreſſa, quam per *fanatismum* huncce *Rabbinicum* circa SCRIPTIONEM & LINGUAM ſimul SANCTAM, ſub patentiorem conſpectum *orbis Eruditi* eduxiſſe.

Extat in *Thalm. Hieroſolym. Cod. Megill.* inſignis *traditio* ex ore magni illius *traditionum* omnium *Depoſitarii*, R. *Jehuda Hakkadoſch*, a Cl. *Buxtorf.* pro-

producta, *dissert.* IV. *de liter. hebr. genuina Antiquitate* p. 172. *Dixit sanctus ille:* אשורית נתנה תורה *scriptione Asschuryth data fuit lex. Cum vero peccarunt,* נהפך להם לרועץ *conversa est ipsis in fracturam;* וכשזכו *at quum promeruissent in diebus Ezræ,* per conversionem ab idololatria, נהפך אשורית לחזן *conversa est ipsis* denuo *Asschuryth, secundum hocce Zach.* IX: 12. *Etiam hodie* מגיד משנה אשיב לך *annuncio, me restituturum duplum Tibi: item ad illud; Deut.* XVII: 18. *& scribet sibi Rex* משנה *duplum legis hujus in Libro:* כתב שחוא עשוי להשתנות *scriptione scilicet quæ facta sit ad iterandum.*

Nulla capitalior *traditio:* circa quam infinitus pulvis in Scholis & Libris *Rabbinorum* commotus. Multus quoque *Philologorum* nostrorum circa eam æstus, & dissensus.

Nempe *Apollo* ille Λοξίας *flexiloquum* condidit *oraculum;* quod omnia secula exercere, & *vertiginem* cunctis offundere posset. Disputatur quid valeat *scriptio Asschuryth;* in qua *primitus data lex sit.* Quid item, *conversam eam in fracturam* לרועץ. Iterum, *quandonam, & quod ob peccatum?* Denique *quomodo* tandem *forma literarum prisca* illa, & *legitima, in diebus Ezræ fuerit restituta.*

Deciderunt *Synagogæ Antesignani* post longa certamina

tamina I. per *Aſſchuryth* non intelligi *Aſſyriacam Scriptionem*, ſed *beatam* & *beantem*, ab אשר *beatum reddidit*, & אשרי *O beatitudines!* II. Eam *converſam* לרועץ *in fracturam*, eſſe, vel *oblivione deletam*, vel *mutatam*, *ſubſtituta alia non ſancta; quam* appellitant עברית *Hebræam vulgarem*, *profanam*; vel *Transeuphratenſem.* III. *Quandonam*; & *quod ob peccatum? non definiri.* IV. *Tempore Ezræ* אשורית *diviniorem & beatiorem ſcripturam reſtitutam* eſſe *Iſraëli univerſo*, poſtquam *Angelus* ſcilicet in convivio *Beltzazaris* ejus obliteratam & extinctam memoriam renovaſſet. V. Hoc ipſum *beneficium*, par *Legislationi* per *Moſen*, intendiſſe *Zachariam Cap.* IX: 12. atque משענה ibi valere *ſcriptionem* אשורית *beatam* ac *beantem*; quæ *duplicanda*, *iteranda*, atque in *priſtinum vigorem reſtituenda* ſit.

Sunt hæc *decreta*, & *dogmata*, omni *veneno* adverſus *Chriſtum* Dominum pertincta: quibus *Magiſtri Synagogam* potionare ac faſcinare coguntur, ne forte tandem ex ſopore ſuo miſera gens emergat, & ad *Meſſiam* ſuum oculos erigere cœptet.

Quod autem *Num.* III negent *definiri poſſe*, *quodnam* illud ſit *peccatum*, in quod oculum intenderit R. *Jehuda Hakkadoſch*, & cujus ob *reatum* graviorem *ſcriptio ſanctiſſima Iſraëli verſa fuerit* לרועץ, vel merus

merus ſtupor eſt, vel dolus malus; nam *Syſtema Phariſaicum*, cui hancce *baſin* callidiſſime ſubſtravit ille *traditionum Parens*, omnino exigit, ut *peccatum in Vitulo Aureo commiſſum* intelligatur.

Hoc ſatis ſpecioſo colore ſcilicet fucavit illud *ſacrilegum commentum*, quo totus *Phariſaismus*, fulcitur, SCRIPTURAM extitiſſe GEMINAM, alteram SANCTAM קדושה, eandemque אשורית BEATAM, SPIRITUALEM, LUMINOSISSIMAM, omnes *veritates* & *virtutes Divinas repræſentare aptam*, per *figuram* ſuam *arcanam* & *hieroglyphicam*: alteram עברית *transfluvialem*, vel *Hebræam*: qua *Populus Hebræus* utebatur, quæque חול *profana* in ſe, *profanis*, id eſt, *communibus* ſive *privatis rebus*, *literis*, *ſcripturis*, adhibenda erat extra *Sanctuarium*.

Hinc illa vecors *traditio*, quam ex *Maimonide* ſupra retuli, *Moſen Tabulas* quidem & *Exemplar Authenticum*, ad *Arcam* conſecratum, *cuſtodiæque Sacerdotum* ac *Levitarum* commendatum, בכתב אשורי SCRIPTIONE BEATA exaraſſe: ſed reliqua *Exemplaria* XII *Tribubus* LINGUA quidem SANCTA, *at ſcriptione* חול *profana*, ac *privata*, tradidiſſe.

Hoc quum Religioni & Fidei *Moſis* directa fronte adverſari cerneret *Sarcinator*, conſuit *ænigmaticum* illud. *Quum vero peccaſſent* נהפך להם לרועץ

converſa eſt iis ſcriptura beata in fracturam. Cl. *Cocc.* in notis ad *Exc. Gemar. Sanhedr pag.* 196. vertit *in crucem:* in *Aruch* datur *ad dolorem;* pro לצער. Cl. *Buxtorf. in Lex. Thalm. ad confractionem.* Apud *Arabes* عصر eſt *conquaſſavit* & *conſternavit.* Eadem vis *Exod.* xv: 6. *Dextra tua* תרעץ אויב *conſternatum quaſſat inimicum.* Conſimiliter & alibi locorum. Reddatur ergo in *quaſſationem conſternantem.* Hoc eſt, inde a *reatu* per *Vitulum contracto meruerunt a* Beata Scriptura tanquam *Profanum Vulgus arceri;* donec *in diebus Ezræ* demum וכן *digni habiti ſunt* quibus iſta *Aſſchuryth*, Beata & Beans Scriptio, *luminibus cœleſtibus præfulgens, reſtitueretur;* atque in *peculium* per omnia ſecula *perennaturum* aſſignaretur: & quidem per alterum illum *Moſen*, ac *Legislatorem Iſraëlis*, *Ezram* cujus *juſſu* & *edicto abrogata* ſit in totum *ſcriptio* illa *vetus* חול *profanior;* atque *Chutæis;* id eſt, *Samaritanis* in perpetuam poſſeſſionem relicta.

Hunc cumulum proterviæ *Judaicæ*, qua dum *Samaritanis* inſultare geſtiunt, ipſi etiam *Moſi* inſultarent, ſi quicquam veri nugis & deliramentis hiſce ſubeſſet, hic apponam neceſſe eſt, ut *fraudes fraudibus contegi, ne perpluant*, appareat ab iis, qui adverſus *lucem Euangelii* rebellare auſi, in reprobam mentem a Deo tradi commeruere. Ex

Ex *Ein Iſraël fol.* 142. adducitur a Cl. *Buxt.* p. 236. contextus, quem in compendium mittam, tædio repetitionis: *quum dicitur in Thalmude* אשורית *Aſſchuryth dictam ſcriptionem, quæ cum iis adſcenderit ex Aſſyria; rogare poſſem ſarcaſtice: quis dedit ſacerdotem in loco ſepulchrorum? Dicere volo, quis tulit linguam ſanctam in Aſſyriam? Nodus facile ſolvitur. Sic dicta fuit, quod* נשתנה *innovata ſit,* vel *iterata, per manum Angeli. Etenim prior illa* SCRIPTIO, *neque Aſſyriis, neque ullis aliis populis, cognita fuit, niſi ſoli populo Iſraëlitico; qui eam didicere ex* SCRIPTURA TABULARUM, & LIBRI LEGIS, *in Arca depoſiti. Hi tamen ipſi non omnes promiſcue eam noverunt, ſed* PAUCI *tantum,* & SINGULARES *nonnulli; qualis erat Daniel. Ideo quum veniſſet Angelus & ſcripſiſſet in pariete Palatii Regii, ſcripſit* SCRIPTURA GLORIOSISSIMA, & *omnibus prorſus populis* ABSCONDITA, *ipſis etiam Iſraëlitis, excepto Daniele, ejusque ſimilibus* &c.

Deinde: *Daniel ergo iſta occaſione* SCRIPTURAM *hanc, ad ipſorum preces docuit Magnates Aſſyriæ; ac propterea denominata eſt Aſſyriaca. Ezras vero, qui peritiſſimus erat in iſta* SCRIPTURA, *docuit eam univerſum Iſraëlem. Atque hoc eſt, quod innuitur phraſi* נשתנה *immutata eſt; quia antea nemo ejus pretium cognoverat. Sic omnes Iſraëlitæ, poſtquam per Angelum revelata fuiſſet, & Daniel Magnates*

aque Antiſtites Regni edocuiſſet, eandem quoque addidicerunt; atque in ea exercitatiſſimi facti ſunt per Ezram: qui etiam totum Iſraëlem hac tantum SCRIPTIONE BEATA *univerſos legis codices exarare juſſerit; omni alia excluſa; etiam veteri illa, ſive* עברית *Hebræa*, vel *transfluviali; quæ Abrahamo, Hebero*, cunctis *Patriarchis*, fuerat *vernacula*; & *qua* ipſe *Moſes* ſuamet manu XII *exemplaria* deſcripſerat *legis*, in uſum totius *Eccleſiæ Iſraëliticæ.*

Huc tendit *encomium* illud, quo *Ezram* ipſi *Moſi* exæquant: quod החזיר עטרה ליושנה *redire fecerit coronam legis ad antiquum ſplendorem*; quippe qui *obliteratam* illam *ſcriptionem ſanctam*, & *beatam*, ab oblivione vindicarit non ſolum; ſed etiam univerſo *Iſraëli* ejus *divina lumina* dederit adſpicienda, uſurpanda, fruenda: ſanciens, ne ulla *legis volumina* alio quam *ſanctiſſimo* ac *quadrato charactere*, & quidem בשרטוט *lineatim* exararentur, ad *religioſiſſimam accurationem*, cum *coronulis*, *apicibus*, & *ornamentis* omnibus, quibus ipſa *Dei manus* cum *tabulas* ſculpſerat *Legis*; tum *volumen authenticum* conſignari a *Moſe* juſſerat: ſimulque edicens, ut *ſcriptio* illa עברית *Hebræo-transfluvialis*, qua & ipſi *Patriarchæ*, ſecundum illos, uſi fuerant, & *populus Iſraëliticus* omnes ſuos *codices ſacros* ante captivitatem *Babylonicam* debuerat exarare, tanquam חול

pro-

profanum quid, & *impurius*, extra *ſedes terræ ſanctæ* ablegaretur, atque *Samaritanorum* colluviei poſſidenda traderetur.

Stupenda enimvero *impudentia*, cum *vertigine* conjuncta, in quam examuſſim quadrat illud *Hoſeæ* IV: 14. עם לא יבין ילבט *populus intelligentia deſtitutus more luſcitioſi & deformiter claudi jumenti ruit.* Intelligere ſaltem & perſentire debuiſſent, quum tam ſupercilioſe tractant *ſcripturam vetuſtam Patrum Hebræorum*, ut ipſi dictitant, *ſcripturam* quoque ipſam *Moſis*, qua *codices Legis*, XII *Tribubus Iſraëlis*, eorumque *poſteritati* inſervituros, ſuamet manu deſcripſit; ſe *ſupercilia* ſua, atque adeo *calces*, in *Moſen* ſurrigere; ſi quicquam veri hiſce ſubeſſet: non ſolum, quod *beatam ſcripturam* populo detraxerit, verum etiam quod *Linguam Sanctam; & codices legis* omnes, uno tantum excepto, iſta *ſcriptione* חול *profana* exararit.

Sed bonum factum! Cuncta hæc eadem in *officina* ſunt conflata, in qua *Lex Oralis;* id eſt, *corpora Thalmudis*, & *Kabbalæ*, duo *axes regni tenebrarum;* ſimulque *poli Synagogæ*, effabricati fuere.

Ut huc proveherentur faſtus & arrogantiæ, qua dum nomen *Chriſtianum*, atque *Euangelium gloriæ* calcant, ſuam ipſi *legem* & *Legislatorem* proculcant, non ſine Numine factum: ut *ſacrilegium* illud, in

Meſſia patratum, novis identidem *ſacrilegiis* luerent: atque quum *Rupem profanaſſent Iſraëlis*, omnia ſua *ſacra* ſuismet manibus *contemerare* nunquam ceſſarent.

Hoc nemo, cui *Chriſti* nomen & gloria cordi, in dubium revocaverit: & jam quicumque mecum harum tædia diſcuſſionum devorare potuere, quovis pignore depoſito contendent, fieri non poſſe, ut quisquam extra *Synagogam* natus, & educatus, in talium *imaginationum*, & *præſtigiarum*, ſocietatem implicatus ſit.

Legitima eſt contentio: juſtiſſima depoſitio *Sacramenti*. Erat in LINGUÆ SANCTÆ titulo aliquid, quod fulgore ſuo oculos præſtringere poſſet: ſed quid tandem ſpeciei in SCRIPTIONE SANCTA; in SCRIPTIONE BEATA & BEANTE; omnibus *luminibus* a *patre luminum conſita* atque *diſtincta*, ad *cœleſtes* ejus *virtutes* ac *veritates* in ipſis *figuris literarum* exprimendas, atque repræſentandas? Hæc ſi *Judaicum* replere poſſint *cerebrum*, idque infinitis *phantaſiis* paſcere, ab ingenio utique, & genio, religionis noſtræ infinitum quantum abhorrent; atque hominem *Chriſtianum* ne attingere quidem, nedum afflare poſſe videntur.

Videamus tamen quam contagioſa ſint poma *Sodomæa*, ſi quis adverſus auram inde exhalantem ſeſe non bona *antidoto* communiat, dum ea in *Thalmude*, aliis-

aliisque *ſcriptis Rabbinicis*, multo ſtudio evolvendis, quotidie oculis, manibus, ſenſibus omnibus attrectat.

Ut & hoc oculis ſubjiciam, prima in acie ſtet *Poſtellus*, quam *Abyſſum Scientiæ* appellabant, ſub *Franciſco* I. *Pariſiis* in *Cathedram*, immiſſus, poſtquam a liberaliſſimo illo *cruditionis Altore* in *Orientem* miſſus, Mſſ. ingentem inde theſaurum revexiſſet. Is Linguarum plurimarum callens, vel, ut ipſe prædicabat, omnium quotquot in orbe terrarum viguiſſent, vigebantque, callentiſſimus in *Etruriæ Origin.* p. 249. hæc nobis propinat. *Ab initio duæ linguæ* (in *diſſ. Buxt. p.* 209. recte inſertum, *vult dicere duæ Scripturæ*) *erant, externa publicave, & ſacra. Sacra usque ad Ezram delituit. Externa, ſeu Samaritana, paucis Judæis in Oriente ſupereſt. Sed Samaritana* X *Tribus Iſraël, quibus factus eſt Meſſias Muhamedes Iſmaëlita*, cum *ſuo Alcorano Arabo-Chaldæo; hodie externæ illius Samaritanæ vices in Oriente & Meridie ſupplent* &c. *Ideo* MYSTERIA CABALISTICA *in ſola Hebraica, & Arabo-Chaldæa, tam* SANCTA *ſuperſunt, ut non certius ab ipſo cœlo, munditia & puritate Chriſtiana fretus; poſſis petere humanæ vitæ præſidia, quam ab illorum* CHARACTERUM VIRTUTE. *Sunt enim* ARABICI CHARACTERES *deducti per corruptam chirographiam ab* HEBRÆIS *veris; eo quod* SAMARITANORUM

RUM *uſus in ſe periit, & pro ſolo avitæ veritatis teſtimonio inter Moſicolas remanet. Grammaticam ab Oriente attuli eo charactere ſcriptam, & Arabice expoſitam; ut fidem noſtro orbi facerem verborum* Hieronymi, *de* Samaritanis *ſcribentis; & hanc originem primus orbi occiduo exponerem.*

Quo *ſpiritu* hæc ſcripſerit illud *Cymbalum Mundi*, ſatis declarat, quum *myſteria cabaliſtica* crepat, non ex *libro myſtico* & *magico* רזיאל *Raziel*, quem *Præceptorem* fuiſſe *Adami* fingunt *Kabbaliſtæ:* ſed ex ipſo *Angelo Raziele*, libri iſtius auctore, qui *Poſtelli* quoque *Præceptorem* agere non dedignatus, hauſta. Videtur interim prodigus *theſaurorum cœleſtium*, quod SACRA iſta SCRIPTIONE impertiat *Arabo-Chaldæos*, ad imitationem *Rabbinorum;* qui, quum *Angelus* in pariete *Beltzazaris* renovaſſet SCRIPTIONEM MYSTICAM *legis*, anſam inde datam tradunt, ut & *Chaldæi* in communionem *literæ quadratæ* illius, & *beatæ*, venirent.

Atqui *Arabes*, quantumvis *literis Alcorani* virtutes ac potentias mirificas vindicent, necdum tamen ad *hieroglyphicum* illud *faſtigium* ſe ſubvehere auſi ſunt, quo *Judæi* legis ſuæ *characteres* evexere.

Inſignitius adhuc, & enucleatius quid, dederat idem *Poſtell.* de *Etrur. Orig.* p. 113. *Quum in Tabulis Originum Linguarum jam tradiderimus, inter alias,*

alias, originem illius LINGUÆ SANCTÆ, *quæ vocales punctulis, accentus lineolis, literas prima ſuperficie, inſtar Mathematum, componit ex triangulo; quæ eſt prima Mundi ſuperficies; & in quam omnes figuræ reſolvuntur; quæ ea de re merito* SANCTA *vocetur; eo Lectorem remittemus. Satis enim heic fuerit noviſſe, illam fuiſſe* COELITUS DATAM ADAMO *&* MOYSI, ISRAELITISQUE; *ſed pro* MYSTERIO: *donec ex* MYSTICA *fecit* PUBLICAM *Ezras; unde jam ab ejus temporibus natæ ſunt ex ea tres præcipuæ,* ARABICA, *&* SYRIACA, *Chriſti temporibus uſitata; &* CHALDAICA; *quæ relictis priſcis characteribus, Hebraicum aſſumſit. In hac* UNA, *&* SOLA, *vera & recta nominum verborumque ratio deliteſcit; ideo opus fuit, illius uſum ſoli* RELIGIONI MYSTERIOSÆ *veræque relinqui. Alia erat ſcriptura* EXTERNA, *& omnibus communis, in qua Moſes Legem e Cœlo acceptam* SANCTO CHARACTERE, *transſcripſit. Hanc vocant* SAMARITANAM, *quam gens Samaritana tam mordicus conſervavit; ut nullo modo voluerit cæteros libros recipere, quod a Moſe non eſſent ſcripti. Curavit enim ſanctiſſimus Legislator, ut duodena Exemplaria; ſingula ſingulis Tribubus, transſcriberentur; & in hoc* CHARACTERE SAMARITANO *ſingularum Tribuum Ducibus darentur: uni autem Tribui Leviticæ, & LXX Seniorum cœtui, ad legis conſer-*

vationem electis, *daretur* UNICUM EXEMPLAR, *ſcriptum* SACROSANCTO DIALECTO & FIGURA &c. &c.

Habes purum putum *Synagogæ fanatismum*; quem ſupra expoſui: quamvis huic homini, ad quem *magiæ* præpoſitus *Raziel* ventitare ſolebat, non alio opus fuerit *Magiſtro*: quippe qui tam raro capiti tradiderat *clavim reconditorum a conſtitutione Mundi*; atque *candelabrum Moſis* in corde ejus accenderat; quibus *titulis libros* evulgavit.

Hujus ſcholæ *Angelicæ* ſpecimen tertium in *Origin.* hocce. *Duobus argumentis certiſſimi reddimur hujus veritatis. Primum eſt a dicto Chriſti*, *Matth.* v. 17, 18. *Jota unum aut apex unus non tranſibit a lege &c. Si de verbis Euclidis* (*lineis* voluit) *nil poteſt ſine veri diſpendio perire*, *multo minus de lege Dei* &c. *ſi quidem* LITERARUM DIVINARUM *virtus ſuperior eſt Cœlo. Sed non tantum minimam literulam* JOTA *eſt impoſſible fraudari ſuo effectu; legalique conſideratione; verum ipſos* APICULOS TRES, *quibus conſtat. Ad* APICULOS *enim usque tam literæ* JOTA, *quam* CÆTERARUM, *quæ* OMNES *ex* EA *compoſitæ*, APICES, *Spiritus Sanctus* SUMMA VERITATIS ÆTERNÆ VESTIGIA & DEMONSTRATIONES PRIMAS *dedit*, *ut in Zohare*, *& tota doctrina Patrum patet. Cujus rei argumentum unum vel maximum videas in hoc*, *quod Patres*,

Spi-

Spiritu Moſis illuminati, ajunt, tres APICES *eſſe circa* UNITATEM *ipſius* JOD *tanquam tres* PATRES *in* UNITATE. *Sic enim vocant, quas nos* PERSONAS *dicimus.*

Sic per APICES *&* JOD *videtur prima Divinæ Eſſentiæ expreſſio in una Eſſentia; quæ unitatis, veritatis, bonitatisque apicibus, per* TRES PERSONAS *inconfuſibiles & inſeparabiles exprimitur* &c. *Neceſſe ergo eſt, ut illa ſit* ÆTERNA LINGUA *&* CHARACTER &c. &c.

En illud, quod ſupra inſinuabam non ab omnibus *Kabbalæ Myſtis*, ſed tantum ab *Epoptis*, videri: in quod excurrere haud vacat.

His follibus concluſas auras efflavit quoque *Joh. Boulæſius* in præf. *Alphab. Hebr.* a Cl. *Buxtorf.* citatus *Diſſ.* p. 211. *Moſis legem Dei accipiens curavit tranſcribenda XII legis volumina, cuilibet Tribui volumen. Undecim quidem charactere publico, qui hodie* Samaritanus *dicitur; & duodecimum* CHARACTERE DIVINO *ſecreto, & conſtante triangulari jod, cujus uſus fuit ſolis Levitis & Sacerdotibus* &c. &c.

Habeo quoque *Joan. Cheradami Alphabetum* LINGUÆ SANCTÆ *myſtico ſignificatu refertum*, editum *Pariſ.* 1532. in quo omnium *literarum divina lumimina* & *acumina* per *Kabbalam Chriſtianam* mirificentiſſime eliquantur.

In præſenti uno ſpecimine defungar. *Ad literam jod* ſubnotavit: *Hanc maxime inter ceteras aſſerimus divinam, propterea quod præcipua nomina Divina hac ſcribuntur,* אהיה אשר אהיה *i. e. qui fuit, eſt, & erit: itemque* יהוה *Jehova, quod magno myſterio ineffabile: ita enim diſtincte* DIVINAM ESSENTIAM *ſignificat, ut cum ſimpliciſſima* UNITATE, *& Divinarum perſonarum* TRINITATEM, *&* ÆTERNAM *eorum* DISTINCTIONEM, ORIGINEM, PRODUCTIONEMQUE, *aperte inſinuet* &c. &c.

Non omittendus quoque *Joan. Reuchlin.* quem *Hebrææ Linguæ reſtauratorem* celebrat *Germania. Hujus Libri* III de *Arte Kabbaliſtica* declarant, vix ac ne vix quidem fieri poſſe, ut qui ex *Judæorum* ore *Literaturam Hebræam* imbibant; non aliquam ab iis contagiunculam attrahant. Magnis tamen virtutibus hoc quicquid eſt vitii redemit; quin *Helenam* illam, cujus amore & admiratione captus erat, in *Penelopen* convertere, atque *Chriſto* lucrari conatus eſt potius, quam ut ejus in amplexus impuriores iviſſe cenſeri debeat.

Utinam hic ſtetiſſet malum, neque cum creſcente *Eruditione Hebræa, & Literatura Rabbinica*, latius ſerpſiſſet, atque ſe in *emendatiora Sacra* ſpecioſis ſub coloribus inſinuaſſet.

Quam altas, ad primam *lætioris diei auroram*, ra-

radices egerit apud magni nominis *Philologos*, & *Theologos*, infausta opinio *de linguæ Hebrææ*, qua *linguæ*, SANCTITATE & *divina eminentia*, quam *Magistri* discipulis suis *Christianis* inculcabant, late deductum, ac demonstratum, in *præfatione Commentar.* ad *Proverb. Salomonis.*

Huic imaginationi cohæret, atque intime innexa est altera: *literas* ergo, earundemque *figuras*, aliquid *sancti* ac *divini* continere; vel saltem eam possidere *præcellentiam* supra aliarum *linguarum characteres*, ut iis tantum *sanctæ* ac *divinæ veritates* consignari vel potuerint, vel meruerint.

Nec hoc, nec illud, a fermento *Rabbinico* intactum, quivis ultro jam persentiscit.

Nunquam ne in affinitatem quidem talium sententiarum sese implicari passi fuissent Viri *Religionis Christianæ* servantissimi, si subdolos, & occulto veneno imbutos, sensus *Rabbinorum*, in hac DIVINA & BEATA SCRIPTIONE urgenda, introspexissent.

Hos in *contemtum Euangelii*, cum *Aramæa*, quam Dominus in terris inchoavit, *Doctrinæ suæ promulgatione*, atque *Græca* ejusdem *dissemination*e, ac *propagatione*, intentos atque directos esse, quamvis nemini ultra obscurum esse queat; efficiam tamen ut id, in hac ipsa materia *scriptionis*, distinctius adhuc patescat. Oraculum *Thalmudicum* in *Cod. Eruvin fol.*

53. 1. ſonat: בני יהודה שהקפידו על לשונם נתקיימה תורתם בידם בני גליל שלא הקפידו על לשונם לא נתקיימה תורתם בידם *Hominibus Judæis, qui accurati fuerunt in lingua ſua, ſtabilita eſt lex ſua in manibus ſuis. Hominibus Galilæis, qui non accurati fuere in lingua, haud quaquam lex in manibus ſuis conſtabilita.* Telum ignitum, quod in *Chriſtum* & *Apoſtolos* contorqueri, in oculos incurrit. Hoc de *lingua*. Non minus virulente *ſcriptionem* omnibus notis inuſſerunt; in *Maſſech. Sopher. cap.* 1. 6. אין כותבין לא עברית ולא ארמית ולא מדית ולא יוונית כתב בכל לשון בכל כתבין לא יקרא בו עד שתהא כתוב אשורית *Non ſcribunt* Legem, *nec Hebræo-Samaritana Scriptura, nec Aramæa, nec Meda, nec Græca: quacumque tandem* LINGUA, *quacumque* SCRIPTURA *nec fas eſt vel legere ſic ſcriptam: lectione tunc tantum legitima, quum* BEATA SCRIPTIONE Aſſchurith *exarata eſt.*

In *Græcam præſertim* & *linguam* & *ſcriptionem* Sanctus *Magiſtrorum* zelus efferbuit. Inde hoc effatum in *Maſſ. Sopher.* 1: 7. *Quinque Seniores deſcripſerunt Ptolemæo Regi legem græce. Ea dies æque gravis Iſraëli extitit, atque illa, qua Vitulus conflatus: neque enim fieri poteſt, ut pro neceſſitate ſua omni convertatur.*

Cave

Cave iſto hoc ſenſu capias, quo & nos negamus ullam *verſionem* vim *Textus Sacri*, & *ſermonis* θεοπνεύστου *dignitatem*, poſſe exæquare. Nil moderati, & ſani, *Rabbinis* hac in materia cogitare permiſſum.

Cogitant de *arcanis virtutibus characteris beati:* cogitant de *apicibus*, *galericulis*, & *coronulis*; quas ipſe Deus quam plurimis *literis* ſuamet manu in monte *Sinai*, quin ante *jacta* Mundi *fundamenta*, illigarit. Cogitant de *majuſculis*, de *minuſculis*; de *inverſis*, de *ſuſpenſis*, aliisque *literis*, quas *myſtice* exaratas, nimia mira occultare contendunt. Cogitant de *extraordinariis punctulis* quæ X vocibus in *Moſe;* IV in Prophetis; uni in *Hagiographis*, ſuperne appingi ſolent: quippe unde magni *montes* pendeant.

Cogitant de ipſis קרי & כתיב aliter *legendis*, quam *ſcriptis*, ſecundum criſin *Maſoretharum;* unde ſenſus ſæpiſſime exiſtunt, qui ſe invicem arietent; & tamen ſimul conſiſtant, atque a S. Spiritu intendantur.

Hæc cuncta ſane tam parum in *verſionem* transfundi poſſunt, quam ventus cribro conſtringi,

En aliud fulmen, in *Apoſtolorum* capita deſcendens; atque univerſum nomen *Chriſtianum* cum ſuis *Euangeliis orco* demittens. *Olim utcumque permiſſum Græcis uti literis; nunc autem* יוני נשתקע מעולם

מעולם ונשתבש ואבד לפיכך אין כותבין היום אלא אשורית *merſa eſt in profundum* e Mundo *ſcriptio Græca*, *& in perplexitatem male perdita; propterea non ſcribunt amplius* legem *niſi charactere beato.*

Eundem in ſcopum fertur hocce multo virulentiſſimum, quod in *Lex. Thalmud.* citatur ſub vocabulo יון *Javan: Coryphæum Synagogæ*, *rogatum quandonam quis filium ſuum doceret* חכמה יונית *ſapientiam Græcam? repoſuiſſe; ea hora, quæ neque de die ſit, neque de nocte; ut dictum Pſ.* 1. *In Lege ejus meditatur die ac nocte.* Cl. *Buxtorf.* ſubjicit; *in utramque partem diſputant Rabbini, num licitum ſit diſcere artes Græcorum ut Logicam, Arithmet. Aſtronom.* &c. *ſaniores tamen concludunt licere.*

Non ſenſere *Lexici* iſtius Conditores præclari, *aculeum ſcorpionis* in *Legem Chriſti* non ſine *acerba ludificatione* evibratum, cujus & *lingua*, & *ſcriptio Græca*, omni *Iſraëlitæ* abominamentum eſſe debeat.

Liber mihi conſcribendus foret, ſi, quicquid faſcinatus & faſcinator *Rabbinorum* ſpiritus condidit decretorum hac in parte, exequi vellem: omnia deſperatiſſimam produnt conjurationem adverſus *nomen Chriſtianum*, & *Euangelium gloriæ.*

Tanto magis mirandum ſimul, ſimul dolendum, *Philologos* ac *Theologos* valde multos, etiam *Primicerios*,

rios, eadem imprudentia, qua LINGUAM SANCTAM adoptaviſſe eos vidimus ex ore & more loquendi *Rabbinico*, in arcem purioris *Orthodoxiæ* item evexiſſe SCRIPTIONEM SANCTAM; atque pro ea tanquam pro *aris & focis* depugnare.

Error ſine ullo dubio capitalis; & materiam triumphi de *Doctrina Fidei*, cum *fomento obſtinationis*, ſuggerens *infidæ & perduelli Synagogæ*.

Hujus infelix anſa & origo eadem, quam circa *Linguæ Sanctæ* denominationem, in *ſcholis Chriſtianis* nimis diu regnantem, in *præfat.* ad *Proverbia* expromſi.

Inter initia quidem renaſcentis *Literaturæ Hebraicæ*, confeſtim *Fanatici* complures in ſcenam proſiluere, quos *cœleſtes Alphabetarios* appellare eſt. Hi ex *literis Kabbaliſticis* & *Magicis*, quales *Zohar* ſive *ſplendor firmamenti*, eoque antiquior *Bahyr*, *Luminatorium*, itemque *Raziel*, qui ab *Angelo* iſtius nominis conſcriptus in uſum *Adami*, inter alia *baculum Moſis*, *miraculorum patratorem per myſticos characteres* ei inſcriptos, depingit, nec non *Jetzyra*, i. e. *opus Creationis*, quod ab *Abrahamo Patriarcha* fingitur exaratum, *literas Angelicas* orbi obtruſere, cum *Alphabetis Adami*, *Sethi*, *Enochi*, *Noachi*, aliisque moſtellis. *Vexilliferi*, ſub *Poſtello*, extitere *Theſeus Ambroſius*, *Joh. Auguſtin. Pantheus*, *Claud. Duretus*, *Jac. Bonav. Hepburnus*, *Angelus Roccha*,

alii, quorum cenſum peregit *Bangius* in *Cœlo Orientis;* ubi fictitii illi *characteres* repræſentantur.

Has inter illuſiones commoveri cœpit in *orbe erudito* acerrima lis, & contentio, quinam *veri* & *genuini* eſſent *characteres* veterum *Hebræorum;* quibus *Lex* a *Moſe* conſignata. *Judæi*, ut ſupra late expoſitum, tanquam omni dubio vacuum inculcabant, geminam extitiſſe *ſcriptionem*, alteram SANCTAM, MYSTICAM, *Divinis luminibus refertam;* alteram *profanam*, *vulgarem*, *myſteriorum*, & *veritatum Fidei haud capacem.* Priore illa *Tabulas Sanctiſſimas* fuiſſe *exaratas*, itemque *Legem* in monte *Sinai* datam, quam *Moſes* cuſtodiendam, atque in *Sacrario* ad *Arcam* recondendam, commendarit *Sacerdotibus* ac *Levitis*, ſub *tutela* & infallibili *auctoritate* Patrum *Magni Synedrii.* Poſteriore autem *Profana*, exſcripta eſſe per ipſum *Moſen* XII *Legis* volumina illa, quæ *Tribubus* fuere aſſignata, ad *uſum popularem;* priorem appellitatam fuiſſe אשורית *beatam:* poſteriorem עברית *Hebræo-Samaritanam;* ab omnibus *Iſraëlitis*, etiam in *Sacro Codice* deſcribendo, ſemper uſurpatam, ſub regnoque *Samariæ* non ſolum, verum etiam *Judæ*, & *Hieroſolymorum*, concelebratam: *Sanctiſſimam* autem *ſcriptionem* iſtam, quum *combuſto Templo* vel intercidiſſet, vel jam ante, regnante *Joſia*, abſcondita fuiſſet ſub Templo, per *Angelum* ſuper pariete fatale Carmen intentantem

Ty-

Tyranno *Babylonio*, denuo *e Cœlo* quaſi *demiſſam* refloruiſſe, *manum* ſive *ſcribendi modum myſticum* ſtatim aſſequente *Daniele*, quod per *traditionem Oralem*, ut ejusdem *Symmyſta*, cognitione *literarum arcanarum* fuiſſet imbutus. Hac occaſione invitante, *Ezram* e *captivitate* cum reliquis reducem finxiſſe, ut *Hebræo-Samaritanam* (quantumvis *Moſes* eam uſurpaſſet, & a populo uſurpandam inſtituiſſet) impuris *Samaritanis*, qui eam cum *Lege Moſis* adſciverant, totam abjicerent, atque non alia, quam *ſcriptione* אשורית *beata illa* Sacros *codices* exſignarent; & quidem ſub *religioſiſſima illa lineatione characteris quadrati*, quam *Moſes* in *Authentico volumine*, ad Arcam depoſito, olim obſervaſſet.

Pergula pictorum; veri nihil; omnia falſa.

Non poterant ergo non hinc reſilire, & abhorrere omnes, quibus *Rabbinorum* admiratio oculos non præſtrinxerat: atque meritiſſimo jure has veſanias *Thalmudicas* explodebant. Sed, proh dolor! ut in *quæſtione capituli* de *Antiquitate Vocalium*, ita & in hacce, *humani aliquid* paſſi ſunt *Humanitatis* ac *Philologiæ Principes*; atque ut SANCTAM iſtam SCRIPTIONEM una ſpongia extergerent, contendere cœperunt hanc *quadratam*, qua nunc *codices Hebræi* conſignati, ne *Hebræam* quidem eſſe, multo minus

vetuſtis temporibus uſitatam, ſed *Aſſyriacam*, vel *Chaldaicam*, quam *Ezras* primus invexerit: *verum* autem & *genuinum characterem Hebræorum* eſſe *Samaritanum*, qui & in *Samaritana Pentateucho* hodienum viſatur; & in *ſiclis priſcis Hebræorum* compareat.

Non nova erat opinio; ſed inde ab *Euſebio*, & *Hieronymo*, qui eam auctoritate ſua obſignarant, recepta apud omnes fere *Theologos* ac *Philologos*.

Fidenter certe *Hieron.* in *Præfat. libr. Regum. Apud Hebræos XXII eſſe literas Syrorum quoque & Chaldæorum Lingua teſtatur, quæ Hebrææ magna parte affinis eſt. Nam & ipſi XXII habent elementa, eodem ſono, ſed diverſis characteribus. Samaritani etiam pentateuchum Moſis totidem literis ſcribunt, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt, Ezram Scribam Legisque Doctorem, poſt captam Hieroſolymam & inſtaurationem Templi ſub Zorobabele, alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum fuerint characteres.*

Ne minima quidem dubitationis umbra credebatur relicta, quod in *Thalm. Babylon. Sanhed. cap.* 2. extaret, *Quare* אשורית *Aſſchuryth vocatur ſcriptio noſtra hodierna?* שעלה עמהם מאשור *quia adſcendit cum iis ex Aſſyria.* Inde concluſum, *quadra-*

dratam ſcriptionem, fatentibus ipſis *Magiſtris*, eſſe *noviciam*, *Aſſyriam*, *Chaldæam*; unde, quum in *captivitate* ei aſſueviſſent *Judæi*, avelli noluerint: impellente inſuper *odio Samaritanorum*, qui antiquiorem *literam* cum *ſedibus Iſraëliticis* invaſerant, ad eam abdicandam; & *Chutæis* ſolis relinquendam.

Reliqui item *Synagogæ Coryphæi*, quibus placitum אשורית *Aſſchuryth* per *beatam* convertere *ſcriptionem*, uno tamen ore ſtatuebant, *literam popularem* & חיל *profanam* ab ipſo derivatam *Hebero*, indeque *Abrahamo*, deinceps a *Moſe ſcriptioni codicum Sacrorum* adhibitum fuiſſe illum *characterem Samaritanum*, quem ipſimet vocitant עברית vel *Hebræum* vel *Transfluvialem*, poſt *captivitatem* demum *Babylonicam* abrogatum, atque כותית *Chutæo-Samaritanum* appellari cœptum, quod illis in poſſeſſionem abjectus fuiſſet.

Hinc *J. Caſaub.* in *Exercit. Baron.* XVI. *num.* LXXVIII. ad locum *Ezech.* IX: 4. *Certum eſt literarum Hebraicorum figuras hodiernas poſt Ezechielem, & captivitatem, fuiſſe inventas. Dicat aliquis, reſpici ad priorum literarum figuras. At ne id quidem verum. Nam priores characteres Hebræorum, conſenſu omnium Eruditorum, apud Samaritanos remanſerunt; & nunc quoque illis uſurpantur.* Eadem in-

cude *Druſ.* plus ſemel, *Non* niſi *Carneadem* alterum forte huic *veritati indubitare* poſſe. Ὁ μέγας de *Emendat. Temp.* L. VII. p. 621. *Totidem literis* (ſcil. *Alphabeti*) *ne una quidem minus* (*Benjam. Tudel.* dixerat eos יחדו non habere) *aut amplius, Pentateuchum legunt; & quod caput eſt, literis non adulterinis, ut Judæi, ſed meris Moſaicis characteribus, ut plane a Poſtello proditum eſt, & res ipſa loquitur.* Non is erat *Poſtellus*, in quem *Joſ. Scaliger* reclinare debuiſſet: & homini iſti adeo non *adulterinæ* hodiernæ *literæ quadratæ*, ut eas ſolas, ad *fanatismum Rabbinicum*, habuerit *authenticas, ſanctas, divinas, æternas.* Minus prudens proin laudatio iſta; quæ criminationibus mox vexata; præſertim quum crudius illud *adulterinis* bilem commoſſet. Earum non valde patiens Summus Virorum; viciſſim criminatores ſuos configit in *animadverſ.* ad *Chron. Euſeb.* MDCXVII. ubi *literas Phœnicias* in *Græciam* a *Cadmo* illatas cum *Græcis* contendens, hæc ſtomachoſius deſtrinxit. *Vides eandem earum formam, quæ Phœniciarum, quibus omnes olim & Chananæi & Hebræi uſi ſunt, adhucque Samaritani utuntur. Neque aliæ in uſu fuerunt a temporibus Moſis, ad excidium Templi. Nam ea quibus hodie Judæi libros Sacros, & omnia Acta ſua, conſcribunt, nuperæ ac noviciæ ſunt ex Syriacis depravatæ; illæ autem ex Samaritanis: quod quum luce clarius ſit, tamen quidam*

dam ſemidocti, ſemitheologi, &, ut ſignantius loquar, ſemihomines, non ſolum Judaicas literas vere Hebraicas eſſe priſcas dejerare audent, ſed etiam IMPIOS PUTANT, *atque adeo palam vocant, qui aliter ſentiunt. Miſeram vero Doctorum & Piorum hominum conditionem, ſi Doctrinæ ſuæ & Pietatis non alios teſtes haberent quam aſinos.* Oleum camino ingeſtum. Acceſſere & alia effata principis Eruditi, circa *antiquitatem punctorum vocalium;* quæ *lis* tum *ardeſcere* incipiebat: ut in *Epiſt.* LXII. ad *J. Caſaub. Delirant, qui puncta vocalia ſimul cum Lingua nata eſſe putant; quos ratio, vetuſtas, &* ὀφθαλμοφανεία *ipſa inſanire vincit. Maſoram recte exponit Elias, unicus hujus ævi Criticus, & Ariſtarchus Hebraismi.* Hæc irritabant ſimul, ſimul latus Adverſariis non bene tectum, ſed novis patens telis, objiciebant.

Non ita diu poſt, gliſcente ita ſub cineribus igne; Auſpice *Erpenio* noſtro, in hac noſtra *Academia* lucem adſpexit *Arcanum Punctationis revelatum*, cujus Auctor *L. Capellus.* In eo *antiquitas vocalium* impugnata quoque fuit *Cap.* VI. ex *ſcriptione antiquiſſima Hebræorum*, quæ quum magno *Judæorum* conſenſu fuerit *Samaritana; Puncta abfuiſſe* neceſſe ſit: quod *Samaritæ* iis non utantur; eorundemque *characteres* quoque iſtas notulas recipere minus queant.

Tum vero flamma tectis erumpere; tum incendium in *Eccleſia Chriſtiana* conſurgere, ac Cœlo ire: tum par-

partes inter ſe ita collidi, ut dum *veritatis amor* digladiantium *clypeis vexillisque* eſſet inſcriptus, *veritatem* ipſi nec conſpicerent, nec conſpici paterentur; eamque tantum non utrimque eliſerint.

In globum hunc acceſſerat alia adhuc contentio, mere *Hiſtorica* ac *Critica:* quæ item noxiam caudam trahere viſa iis, qui adverſus *Scaligerum* & ejus admiratores exarſerant, *Abrahamum* videlicet, ejusque progenitores *Chaldaice* locutos, ut qui in *Chaldæa* ſedes fixiſſent: atque eum, quum inde emigraſſet in terram *Canaanis*, *Hebræam* demum *Linguam*, quæ *vetus* erat *Cananæa*, & *Phœnicia* adoptaſſe &c. *Hypotheſin* Lib. IV. *Epiſt.* CCCLXII. ita expoſuit. *Tempore Eliſæ, quæ Coloniam Pœnorum in Africam deduxit, univerſa Phœnicia, & Palæſtina, puro Hebraismo utebatur, & literis, quæ hodie ſuperſunt apud Samaritas; & puræ ſunt Phœniciæ. Vide viciſſitudinem rerum. Lingua quam Hebraicam vocamus, & qua utuntur Sacra Biblia, falſo eo nomine appellatur, quum ſit Phœnicia* &c. &c. &c.

Confinium hujus ſententiæ tenuit Summus *Erpenius* noſter, in *Orat.* de *Ling. Hebr.* quum Orientalem Profeſſionem hac in Alma Anno XIII præcedentis ſeculi auſpicaretur. Illum *Arabicæ Literaturæ* non noſtra ſolum in *Academia* Fundatorem, ſed per univerſam *Europam* conditorem unicum, *orbi Erudito* ſuismet velut manibus formarant duo maximi

ejus-

ejusdem Statores *Joſ. Scaliger*, hac in *Muſarum* ſede, & exemplo, & hortatu potenti juvenem *Erpenium* huc inſtimulans; nec non *Iſ. Caſaubonus*, in *Galliis:* qui *Diſcipulum* primo ſuum in *Arabicis*, brevi temporis ſpatio tam admirabiles progreſſus feciſſe expertus eſt, ut eum *Præceptorem* mox ſuum agnoſceret & celebraret.

Sed hæc alias. Nunc quod occœperam. Ne iſtam quidem opinionem de *Lingua Hebræa* a *Cananæis* poſſeſſa antiquitus, atque ab *Abrahamo*, ob incolatum inter eos, aſſumta demum, cum *Orthodoxia* ſatis concordare cenſebant ii, qui *Rabbinicis* imbuti & innutriti placitis, vix transverſum inde digitum nec diſcedebant ipſi, nec ab aliis diſcedi patiebantur.

Quantopere jam irroboraſſent, atque inoleviſſent, præjudicatæ opiniones, *Zelo* indutæ religionis, ex *N. Fulleri Miſc.* L. IV. *Cap.* IV. palpandum dabo. Id ita incipit. *Nova & nupera admodum opinio eſt quorundam Doctorum*, (*Scaligerum* & *Erpenium* maxime intendit) *Linguam Hebræam, quæ immortali Divinæ bonitatis & clementiæ beneficio in volumine V. T. integra illibata conſervatur; Phœnicum, aut potius Cananæorum; quorum illi pars erant, vernaculum olim & uſitatum Idioma fuiſſe: Abrahamum vero, domeſticosque ejus, non e Chaldæa eam in Chananæam importaſſe, ſed ab indignis Chananæis didiciſſe &c. Hæc opinio, quamvis novitate ſua partim,*

ut fit, partim admirabilitate, addo etiam ſpecioſam quandam probabilitatem, nonnullis vehementer arrideat, & ſuaviter blandiatur, non tamen probatur plerisque, fere omnibus Theologis; aliisque non paucis ingenio, doctrina, & Linguarum ſcientia præſtantiſſimis ſane Viris. Quorum ego ſententiam fateor, atque etiam profiteor & præ me fero, me ſemper libentiſſime amplexum eſſe; non tam auctoritate cujusquam permotum, quam certa ratione adductum.

Non caret invidiola exordium. Bene interim habet, quod non *auctoritate* ſe niti velle teſtetur, ſed *ratione*. Eam ergo audiamus.

Principio, inquit, *qui ceterarum Linguarum cum Hebræa comparationem & contentionem artificioſam inſtituerit* &c. *ſine dubio non ſolum probabile, ſed etiam* PLANE VERUM ESSE *comperiet, quod S. Hieron. atteſtatur*, LINGUAM HEBRÆAM *omnium Linguarum eſſe* MATRICEM &c.

Pro *fundamento* jacitur, pro *ſolidaque ratione* venditatur; quod *Schola Rabbinica* ſuſtinendæ *turri Babylonicæ* de LINGUA SANCTA adinvenit: ut in *præfat.* ad *Proverbia* demonſtratum.

In hoc argumento adurgendo mirifice ſibi indulſit Vir doctus; hos, cum aliis, miſcens colores. *Quemadmodum in immenſa rerum Mundi hujus congerie, præcipuum aliquid & eximium in unoquoque genere produxit Deus, quod reliquorum omnium ejusdem generis*

neris menſura quædam exiſtat: ita in Linguarum etiam infinita varietate eveniſſe cenſeamus; unam præter cetéras a Providentia conſtitutam, quaſi regulam e cœlo delapſam, cujus directione ac puritate aliarum omnium obliquitatem & impuritatem metiremur &c. *Et ut Iridis aſpectus Diluvium, ſic Hebraicæ Linguæ auditus confuſionis Babylonicæ pœnam juſtiſſimam, Gentes omnes pervagatam, in memoriam redigeret* &c. &c.

Appoſitiſſimam enimvero ſimilitudinem, & mirificentiſſimam *regulam Linguarum!* Sed pergamus. *Tanti igitur prætii Theſaurum, maledicti Chami; ac nominatim Chanaani, poſterorumque ejus, fidei curæque commendatum ac traditum fuiſſe, nullo ſane pacto probabile videtur. Imo penes domeſticos Eccleſiæ* NOACHUM, SEMUM, HEBERUM, *nefariæ impiæque conſpirationis in campo Sennaar conflatæ non participes, reconditam manſiſſe, omnino credibile opinor.*

Habes *Lineam Sanctam Kabbaliſtarum*, in quam recta item collineat, quod longius filum ſic tandem in nodum adſtringit *pag.* 421. *Hebræam principem eſſe Linguam, quam Patriarcharum & Prophetarum non ſolum in* SERMONIBUS SUIS, *verum etiam in* LITERIS SACRIS, *cuſtodivit auctoritas: jam inde ab initio,* SANCTISSIMIS *Dei* ARCANIS *excipiendis ac conſervandis dicatam.* Ecquid vel verbulum

ſuperaddere vellent, aut poſſent, *Synagogæ Proceres?*

Hoccine eſt cum *Scaligeris* & *Erpeniis* pedem conferre, eosque *Theologicis* armis conficere?

Quæ tandem *Theologia* tales ſenſus inſinuavit?

Non alia profecto, quam quæ *Doctrinam Chriſti* & *Apoſtolorum*, per offucias & præſtigias *imaginariæ* LINGUÆ & SCRIPTIONIS SANCTÆ, etiamnum quotidie deludit. Deludit autem? imo vero inſultat, & exculcat: ut ex iis quæ prægreſſa, abunde videre eſt.

En ruinas graviores adhuc fortaſſe, quas tamen ipſa vis *hypotheſeos* infauſtiſſimæ traxit: ſubtextum nempe mox p. 422. *Præterea id in primis optarim ut accurate animadvertat Lector — quam ſollicite omnibus ſeculis, inde ab ultima Antiquitate, ſe abſtinuerint a profanorum hominum conſuetudine & familiaritate, non ſolum Hebræi, ſed omnium ſeculorum fideles domeſtici Eccleſiæ*, & FILII DEI: *adeo ut horrendæ totius Generis humani depravationis*, & DILUVII *poſtea Orbem inundantis, hujus interdicti contemtus & violatio præcipua, & prope ſingularis ac unica cauſa afferatur.*

Ubi locorum? in *Moſisne Hiſtoria Antediluviana?* Nec vola ibi, nec veſtigium. In *Kabbaliſtarum* ſcriptis, fateor, tale quid non obſcure inculcatur: & quid vaferrimus ille *Abarbanellus* inde procuderit figmen-

mentorum in *præf.* ad *Prov.* late deductum *pag.* XVI. Sed talibus commentis ſe ſociaſſe inſignem *Theologum* ac *Philologum*, haud adducor.

Quid ergo? in arenam deſcendens clypeo LINGUÆ & SCRIPTIONIS SANCTÆ, vidit, ea admiſſa, fieri non poſſe quin *Filios Dei* ſeſe *Filiabus hominum* copulantes Sacrum illud depoſitum, quo obſignati erant, violaſſe, atque ob prodita Religionis myſteria vel maxime *Diluvium* provocaſſe ſtatui debeat. In quæ non extrema itur, ubi quis *zelo Dei* ſe animari autumat! Certe longius ſe evectum ipſemet ſenſit *Fuller. pag.* 428, ubi teſtimonio *Auguſtini cognatas Linguas eſſe Hebraicam, Syram, & Punicam*, ſubſcribit in hæc verba: *Hanc ſententiam veriorem eſſe, cognoſcet, qui Linguas illas, Chananitidem, ſive Syriacam, & Hebræam inter ſe contulerit.* Inde mox, quem magnos in Viros dederat impetum, ita mitigat. *Ad ſummam, novæ iſtius opinionis propugnatoribus, præſertim acrioribus quibusdam, licet pluſculum, quam initio conceſſeramus, largiri. Damus igitur, ſermonem illum, qui in N. T. Hebræus nominatur, Chananæum, ſive Tyrium, ſive Punicum eſſe; hac tamen Lege, ut eum, qui in V. T. purus aſſervatur, pro abſolute Hebræo relinquere ne dedignentur eis, quorum proprium eſt illius Linguæ ſtudium, Theologos dico, & Candidatos Theologiæ; cujus arcana univerſa in ſacroſanctis Hebrææ Linguæ*

penetralibus ſunt repoſita. Unde flagrantiſſimus Theologorum emicat amor, quo Linguam illam meritiſſime depereunt; ſola pietate ad amandum excitati; non ſuperſtitione aliqua obligati, ut cavillantur nonnulli; ipſi potius revera ſuperbiæ rei; qui dum Cœli ſcrutantur plagas, & ſublimi vertice ſidera ſibi ferire videntur, Theologis ex officii ſui religione φιλεθεαίοις, *quaſi humi ſtratis tantum non inſultant.* Mirifica periodus, quæ genus armorum declarat, quo jam tum pugnabatur, *cauſam meliorem* configens potius quam confirmans. Eandem convellere cœperat ipſe *pag.* 426. ubi ad Oraculum *Jeſ.* XIX: 18. de *quinque Civitatibus, quæ in Ægypto Lingua loquerentur Cananæa*, hanc adfert vere novam interpretationem, *Prophetam prænunciaſſe primos Euangelii apud Ægyptios præcones Lingua Chananitide, i. e. Syra, præconium ſalutare peracturos.*

Mitto *Syros præcones* media in *Ægypto* Lingua *Cananitide* promulgantes *Euangelium;* quod nemo intellexiſſet: miror tantum, quo modo iſta *Lingua Cananæa*, quam paulo ante verebatur noſter *Theologus*, ne *populum Hebræum* ejusque *Sacra* contaminaſſet, nunc ſubito ad N. T. *Doctrinam ſalutarem* promulgandam admoveatur; quaſi per puriorem *Oeconomiam* & ipſa puriorem indolem, ac virtutem, induiſſet.

Hæc non valde *Theologica;* ut nec illa quæ præ-

ſtructa

ſtructa erant *pag.* 423, *Abrahamum, quoniam ipſe cum ſuis præcipue Sanctus erat, (nam ſi Radix Sancta, etiam Rami; Rom.* XI: 16.) *Linguam Canaan nec dediciſſe, nec poſteros docuiſſe* &c. &c.

Quis credidiſſet, tale quid ex verbis *Apoſtoli* unquam exſculptum iri? Ita tamen ab illa Schola *Anticritica* tunc pugnabatur; & *Linguæ Sanctæ*, ac *Lineæ Sanctæ* ejusdem *heredum*, præſidium circumdatum ex *Rom.* IX: 6, 7, 8. atque *Arabibus* ex *Hebero* primum, deinde ex *Abrahamo* per *Hagaram*, ac *Keturam;* ex *Iſaaco* per *Eſavum* quoque; *communitas Linguæ patriæ* denegata; *Sanctæ* videlicet & *Patriarchalis*, ac propterea ad *Spirituale* tantum *ſemen* propagandæ.

Glaucomata per ſolum diſputandi fervorem ſuffuſa. Inde ſuggeſtum, ut in *Quæſtione* de *Integritate Codicis Judaici* ſub *Scriptione Quadrata*, & *Sancta*, quam vocitant, a *Theologis* paſſim pro *Achilleo* adducatur argumento *Rom.* III: 2. *Judæis credita eſſe oracula Dei:* quaſi hoc ad ſecula poſt *Chriſtum* æque pertineret, quam ad tempora *Meſſiæ* adventum antegreſſa. Nil *veritati*, nil *ſcopo* quoque *Apoſtoli*, repugnantius. Talia complura, quæ exequi longum foret. *Ad Fullerum* regredior. Is quamvis omnia ſua ferme retexuiſſet circa *Linguam Sanctam*, tamen *ſcriptionem ſanctam* pertextam dare conatur, ſe *neutiquam dubitare* aſſerens, quin *duplex minimum literarum figura*

gura antiquis Hebræis fuerit consueta ; pro duobus præcipuis negotiorum generibus, Sacrorum & Civilium: quum *& Ægyptiorum illustrissima Respublica hieroglyphico charactere instructa fuerit, a communi & vulgari summa ac prope admiranda dissimilitudine discreto pag* 430. Mox tamen eo iterum, post varias ambages, delabitur, ut concludat *pag.* 433. *illud plane fatendum est, characterem tam Samaritanum, quam Hebraicum longe vetustissimum esse.* Quin liberalissime tandem concedit, *non absurde statui posse, Samaritanum & Phœnicium, sive Syriacum veterem, fere eundem fuisse ac Hebræum, ut pote ex eodem fonte derivatum.* Hoc si in initio *capitis* in mentem Viro docto fuisset, tantos in simpulo fluctus non concitasset, credo; neque *Scaligero* & *Erpenio* nostro in *quæstionibus* mere *criticis* dicam scripsisset, quum ista pars saltem, quæ circa *literas* versatur, ad certamen inter *characteres* vel *rotundiores* & paulo *celeriores*, vel *quadratos* & *tardiores*, recidisse reperiatur: quod quidem tantundem est, ac si *romanus*, & *cursivus*, in officinis *Typographorum*, *character*, de *sanctitate* & *primatu* inter se decertarent.

Ab ista pugna, non felicissime pugnata, acrior illa contentio aliquantum temporis spatium interquievit; & *literæ quadratæ* ferme succubuisse censebantur.

Vires tamen mox resumsit; atque animosius se erexit,

xit, quum exorto inter *Capellum* & *Buxtorſios* conflictu graviore circa *genuinam antiquitatem* & *auctoritatem Vocalium Hebræarum*, iſtas *literas Samaritanas* maximum iſtac in *quæſtione* pondus ferre hinc & hinc judicatum fuit. Nempe *Capelliani* tendere, illas *literas*, quas antiquiſſimas eſſe dubio exemtum pronuntiabant, propter *figuram* ſuam rudiorem non eſſe capaces vocalium: nec *Samaritanos* propterea ullas unquam vocales habuiſſe. Exceſſus ſane viris *criticis* parum dignus: quem ex ipſorummet officina depromptis armis caſtigare promtum fuiſſet. Infeliciſſime proin cecidit; quod *optimæ cauſæ* defenſores, adverſus *Capellum* in aciem deſcenſuri, non *Linguæ* tantum ſed & *ſcriptionis ſanctæ umbone* ſeſe accinxerint; atque ſibi cum promtiſſimam, tum duraturam victoriam, deſponſarint inde, unde vel maxime *pejor cauſa* triumphaſſe cenſetur.

Hoc de *Lingua Sancta* ſupra omnem dubitationis aleam evictum dedi. De *ſcriptione Sancta* non minus plana & indubitata convictio.

Solus conſpectus *diſſertationis*, quam huic *materiæ* illuſtrandæ dicavit Cl. *Buxtorf. Junior* rem palpandam dabit.

Ea ſic incipit: *Nobilis eſt & antiqua controverſia de literis Hebræorum; aliis Samaritanas pro veris, genuinis, & primigeniis, venditantibus: aliis firmiter aſſeverantibus literas quadratas, quibus nunc Bi-*

blia exarata, esse easdem plane, quibus Lex a Deo Tabulis insculpta fuit. Utraque sententia & olim, & etiamnum hodie, tam inter Judæos quam inter Christianos, suos habuit & habet propugnatores. Quamvis eo fere inter Nostros res devenerit, ut PRIOR SENTENTIA *longe* PLURES, *eosque nec vulgaris nec infimæ notæ,* ASSECLAS *nacta fuerit; qui* PRÆTORIAM *plane* SENTENTIAM *ferentes dissentientes nec ferendos, nec audiendos judicant.*

Adductis deinde *Hieron. Scalig. Casaub. Drus.* effatis, quæ supra lustravimus, ita pergit. *Equidem cum nemine super hac re acrius contendere mihi propositum est. Quia tamen altera sententia de Literarum Hebraicarum antiquitate nimis* FRIGIDE *mihi hactenus videtur expensa, nec ullus ex omnibus nostris, qui hanc quæstionem tetigerunt verius, quam tractarunt, visus, qui altius in Hebræorum sententiam inquisiverit, eamque ex confusis Hist. Hebr. ruderibus paulo accuratius eruerit; non inutilem me rem facturum existimavi, si operam aliquam in obscuram & intricatam controversiam conferrem, eamque aliquanto planius & plenius expedirem. Asserta enim* LITERARUM *Hebræarum genuina antiquitate, simul &* LINGUÆ *Hebrææ sua dignitas, &* TEXTUI HEBRÆO *sua auctoritas, &* MAJESTAS, *tanto validius asseritur & vindicatur.*

Non auspicatissimum profecto principium, quo lin-

linguæ Hebrææ dignitas, & *textus Hebræi* cum *auctoritas*, tum *majeſtas*, haud conſtatura ſatis, inſinuatur, niſi *ſcriptio quadrata*, eademque *Sancta*, ſteterit. Quid audio? Non *dignitas linguæ Hebrææ* a *figura quadrata literarum* eſt ſuſpenſa? Num, quod infinito gravius, *auctoritas* & *majeſtas textus Hebræi* iſto *quadrato* innititur *characteri?* Hoc certiſſime nec intendit, nec intendere potuit primarius ſui temporis *Philologus* & *Theologus:* quum ſit *quinta*, ut ſupra viſum, *eſſentia Thalmudismi;* & perduellionis *Judaicæ* adverſus *Chriſtum arx* & *meditullium.* Quid ergo? Fulgor *Titulorum* implevit oculos, implevit mentem. Ad ſummam, quam V. T. *Sacro Codici* debemus, venerationem complendam id pertinere. De *Magiſtrorum* machinamentis adverſus *Euangelium gloriæ*, & *dignitatem Græcæ Revelationis*, ne ſuſpicio quidem oborta; *Criticorum* denique tanquam ex *edicto Prætoris* miſſa verba, ſtomachum commoverant; quod cum ex prægreſſis patere cœpit, tum ex hiſce ſubnexis perſentire datur. *Quamvis haudquaquam ſperare auſim, me aſſecuturum, ut omnibus ſatisfaciam, atque rem* ἀναμφισβητήτως *probem ac perſuadeam: id tamen me effecturum confido; nequaquam ita ab omnibus præſidiis, & rationibus, imparatam ac deſertam eſſe eam ſententiam, ut qui eam tuentur, ex Theologorum, aut hominum prorſus cenſu ſint excludendi; vel inſaniæ & impe-*

ritiæ accuſandi: vel Carneadi, tanquam puri Sceptici, accenſendi. Reſpicitur ad voces imperioſas a *Scaligero*, aliisque *Criticis* jactas; quibus temperaſſe haud dubie melius fuiſſet: quum ne ipſi quidem cum ſuis illis *edictis Prætoriis* in *jure* fuerint fundati; ſed ſpecie itidem pellaci ſe præſtringi ſiverint.

Nimis propere certe aſſeveratum literas *Samaritanas*, quas nunc vocitamus, eſſe ipſas illas *Moſaicas*, quibus *Tabulas* & *Legis Volumina* exarata. Sunt recentiores haud dubie, ex vetuſtiore *charactere Hebræo* expreſſæ, & flexibus quibusdam ductibusve novis variatæ. Hoc demonſtrare, non hujus loci. In proximam occaſionem, de qua jam ſæpiuſcule commonui, id ſepoſitum eſto. Nunc tantum, filum pertexturus, rogabo, ſatisne circumſpectum cenſeri queat, *Linguæ Hebrææ dignitatem, & Sacri textus majeſtatem*, huic aleæ de quadrato *charactere* permiſiſſe? quam ipſe *Diſſertator* fateatur, *Quæſtionem eſſe obſcuram, intricatam, & quam* ἀναμφισβητήτως *ſe probaturum haud confidat.* Præſentiebat *Rabbinicæ eruditionis* facile princeps, ſe ingreſſurum eſſe Pontum vere ἄξενον, importuoſum, infidum, naufragum, infinito æſtu, fluctuque, circumactum. Expromere ſcilicet decreverat *Thalmudicorum* & *Kabbaliſtarum* opiniones, atque decreta, de *gemina ſcriptione*, *Sancta* alia, alia *Profana;* nihil, ut liquido apparet, ne tantillum quidem, ſuſpicatus, hamum ſubeſſe, & ve-

venenatos esse bolos illos, tanto *sanctitatis* fulgore illitos.

In *prima parte* proinde *Dissertat.* IV. densas instruxit acies Antistitum *Synagogæ*, quinque sub vexillis stantes. Primum *vexillum*, Duce *R. Jehuda Hakkadosch*, sistit *Doctores* MISCHNICOS. Secundum GEMARICOS. Tertium *Baale Tosephoth*, sive AUCTORES *additionum Thalmudicarum.* Quartum, GEONIM i. e. *Excellentes* quos vocitant, vel *Magnificos Doctores.* Quintum denique KABBALISTAS. Hos omnes a *pag.* 170. ad 181. ostendit, in unam hancce mentem conspirare, *scripturam illam*, qua *tabulæ Legis* sculptæ; itemque *Codex* ad *Arcam* deponendus, ejusdem exemplo exaratus, fuisse *scripturam* אשורית *Asschuryth*, *beatam* & *beatificam*; qua in *Synagogis* etiamnum gaudeant; quæque *Sancta* appellari digna, æque ac ipsa *lingua Sancta* est. Præter alia, quæ ibi non sine admiratione legi possunt reperio, *pag.* 179. serio probare Cl. *Dissertatorem*, *Kabbalistas traditionum suarum originem non ad Ezram, sed ad Mosen referre. Quæ autem illi*, inquit, *de* MYSTERIIS ARCANIS LITERARUM *scribunt, manifestum est illos intellexisse de figura literarum Hebraicarum hodierna: neque volunt illa*, mysteria scil. *a se esse conficta, sed a Patribus accepta. Unde communiter de illis dicunt, quod sint*

חלכה למשה מסיני *Traditio Moſis de monte Sinai.*

Id tam certum, ut ni foret, nec *Miſchna*, nec *Gemara*, nec *Toſephoth*, nec *Geonim*, nec *Kabbala* aut *Kabbaliſtæ* ulli, extare potuiſſent in mundo; atque adverſus nomen *Chriſti* arcem perduellionis ſuæ erigere, Et tamen, ac ſi res dubitationi obnoxia foret, eam evincere conatur hac inſtantia. *An probabile, ſi literas iſtas non pro literis Sacris, quibus Moſes & Prophetæ ſcripſerunt, habuiſſent, illos tanta myſteria ſub illis quæſituros fuiſſe?* Non ſane. Contra *novatam* dein ab *Ezra ſcriptionem*, ex mente *Hieron.* & Docti, qui impugnatur, chori, ita inſurgitur. *An credibile illos tam Divinam vim & efficaciam tributuros fuiſſe illius linguæ literis, de qua dicunt & ſcribunt Angelos eam ob ſummam barbariem non intelligere? in qua preces concipi vetant, eo quod Angeli miniſtratores ſe non aſſocient illi, qui neceſſitates ſuas illa Lingua petit; Aſſyriaca dico: Thalm. Schabb. fol.* 12. Ne hoc quidem vel umbram patitur dubitationis; ut de ſupervacuo ſit, quod ſubdatur mox: *Si Ezdras harum literarum* Aſſyriarum *auctor eſſet, & priores periiſſent; utique myſteria illa Ezdras demum illuc recondidiſſet; eique, non Auctoribus ipſis*, Moſi & Prophetis ſcil. ADSCRIBENDA FUISSENT. Eodem collineat, quod *pag.* 180. ſubſertum: *Nam ſi*

hæc

hæc literarum mutatio per Ezdram admittatur, magna pars Theologiæ Kabbaliſticæ concidet. Imo vero tota corruet; pulvere ſuo *Sodomæo* ſepulta.

Subjiciuntur deinde ex *Libro Cozri*, *Arcuvoltio*, aliisque *Kabbalæ* Heroibus, decreta huc ſpectantia; inter quæ & hoc: *Sapientes veritatis*, i e. *Kabbaliſtas, nullo modo audire velle eos, qui Legem alia, quam ſcriptura Aſſchuryth, beata*, quadrata, *datam eſſe volunt in Sinai.*

Hoc quum prima vice legerem, vix oculis meis credidi; quippe qui ſcirem Cl. *Buxtorfios*, quantumvis a *Rabbinorum* placitis haud intactos, neutiquam tamen *Kabbaliſtico fermento* ſe inquinari paſſos, ſed illud omni occaſione exploſiſſe. Repetita lectione lætatus ſum, idem & nunc factum; nam mox inde reſilitur, quum ſubjungitur; *Nos vero eo tantum fine eos adducimus, ut conſenſum eorum in hac Quæſtione oſtendamus.* Quid opus? An *Hieronymus*, contra quem diſputatur; an *Scalig. Caſaub. Druſ. Erpen.* an *L. Capell.* in quem potiſſimum mucro deſtrictus, hæc ignorabant? Imo vero tam probe callebant, ut vel hac de cauſa *literam* iſtam *Sanctam* & *Beatam* exſibilarint; atque אשורית *Aſſchuryth* nil aliud, quam quod ſonat, valere poſſe tetenderint, *Aſſyriacam* nempe; ex *Aſſyria* demum cum *Ezra* introvectam.

Poſt quinque hæc *Veterum ſigna & vexilla, Recentiorum*

tiorum veniunt *agmina*, a *pag.* 181. ad 185. *Ab. Ezra*, *R. Salomon*, *Maimonides*, *Bartenora*, *Ephodæus*, *Arcuvoltius*, aliique, a ſeculo XII ad XV *Synagogæ* fulcra; qui conſona voce teſtentur, *ſcripturam*, *qua hodie Lex ſcribitur*, *eſſe* אשורית *Aſſchuryth*, *beatam.* Ne hoc quidem Docta cohors ignorabat, credo; certe aliquid ea de re jam innotuerat: ſed tanto animoſius exculcabant opinionem tam futili *etymo* ſuffultam: quod nemo niſi in *Synagoga* natus recipere queat.

Ne Alumni quidem ejus omnes id receperunt; nam *Abrah. Balmeſius*, quantumvis ex *Linguæ Sanctæ titulo perfectiones*, & *dotes ſupernaturales*, exſculpſerit; tamen, ut *Philoſophus*, *Artiumque* ac *Medicinæ* Doctor, pro *litera* intra *naturam* quodammodo ſe coërcuit *Cap.* 2. *Gramm. Quamvis Hebræi ſecundum varietatem regionum diverſis modis ſcribant; omnibus tamen communem eſſe figuram literarum*, *quam Aſſchuryth vocant*; שהיא מיושרת quod *rectiſſima* ſit (per *lineationem Sanctam* ſcil. de qua ſupra p. XXXI.) *in literis ſuis*, & *exierit nobiſcum ex Aſſyria.*

Conſimiliter *catenæ Kabbaliſticæ* Auctorem, *Aſſyriacæ ſcripturæ* indigitamentum indidem derivaſſe vidimus *pag.* XIX. XXI. quod *Magnates Iſraëlis*, *quibus ea per Kabbalam in manibus erat*, *eam ſecum reduxerint ex Aſſyria.*

Quid?

Quid? quod ipſi *Buxtorfius*, poſtquam diu ſuſpenſos tenuit Lectores, probetne, *Aſſchuryth* per *beatam ſcripturam* converti, an improbet; tandem *pag.* 235. eam repudiare videatur, magisque inclinare in ſententiam *R. Gedaliæ*, & *Balmeſii*; cujus fundus item Doctor *Miſchnicus R. Joſe* in *Cod. Thalmud. Sanhed.* cap. 2. *Traditio eſt; R. Joſe dixit, dignus fuiſſet Ezras, ut per manus ejus daretur Lex Iſraëli, niſi præceſſiſſet ipſum Moſes* &c. &c. *Licet vero non ſit data Lex per manum ejus, attamen per manum ejus mutata eſt ſcriptura; ſicut dicitur Ezr.* IV: 7. כתב חנשתין *ſcriptura Niſchtevan*: *itemque Dan.* V: 8. *non poterant ſcripturam legere, nec interpretationem ejus: nec non Deut.* XVII: 18. *Scriptura quæ mutanda erat. Quare autem vocatur nomen ejus Aſſchuryth?* שעלה עמהם מאשור *quia adſcendit cum eis ex Aſſyria.* Quæ in hac periodo, apud *Buxt.* p. 196. plenius reperiunda, ob morem argutandi *Thalmudicum* crucem figere poſſent, collata *pag.* XXVIII. facile ſuperabuntur. Liquet autem ex hiſce contortis citationibus, omnia luxare, & ſusque deque vertere maluiſſe *Rabbinos*, quam non aliquid præſidii alicunde pro *ſcriptione* ſua *ſancta* extundere.

Arripuere proinde illam כתב חנשתון *ſcripturam Niſchtevan Ezr.* IV: 7. i. e. *Libelli ſupplicis*,

ſive *epiſtolæ*, *lingua Aramæa* a *Samaritanis præſidibus* ad *Artachſaſtam* datæ; eamque detorſerunt ad *radicem* שנה *mutavit;* quaſi deſignaretur *ſcriptura Samaritana*, qua uſus quidem olim *Iſraëlis populus*, etiam in *Sacris Codicibus* deſcribendis; ſed quæ *mutari* deberet per *Ezram* in *ſcripturam ſanctam*, qua *tabulæ Legis* conſignatæ; itemque *volumen* illud *Archetypum* ad *Arcam* ſacratum; ut *veteri*, & ante *captivitatem Babylonicam* ab omni populo frequentata *ſcriptione Samaritana*, poſt reditum, pro *Chutæis* abjecta, & penitus abdicata, univerſa in poſterum gens *Sanctiſſimo* illo *charactere Tabularum* & *Voluminis Archetypi*, tanquam æterno ſuo peculio gauderet.

Nil impudentius; nil adverſus ipſum *Moſen* protervius, & inſultantius, effingi potuiſſet: ut ſupra jam inſinuatum *pag.* XXVIII.

Eadem impudentia, & protervia, *Deut.* XVII: 18. משנה התורה *Duplum Legis* exſcribendum a Rege, ex *Autographo Moſis*, iisdem fidiculis vexarunt; id fieri debuiſſe contendentes *ſcriptione*, *quæ immutari deberet*, tempore *Ezræ*, id eſt, *Samaritana* ſive חול *profana* illa & *communi.* Proh ſacrilegium! neque enim mitius nomen tantæ audaciæ imponere par eſt: ut nec iſti, qua ille *R. Judah Hakkadoſch* oraculum *Zachar.* IX: 12. de משנה *duplo reddendo*, eundem in ſenſum *mutandæ ſcriptionis Hebræo-*

Sa-

Samaritanæ in *ſanctiſſimam*, obtorto collo rapere ſuſtinuit. Cuncta hæcce facinora complet, & cumulat, *fabula* inventoribus digna, *mutationem* i. e. *innovationem* iſtius *ſcripturæ*, quæ oblivione oblitterata erat, factam eſſe per *miraculum Angeli*, fatalem Regi *Babylonico* ſententiam exarantis in convivio: prout ſupra jam deductum.

Apud Cl. *Buxtorf.* p. 172. & 236. 238. *Diſſ.* IV. hæc ita produci videas, ac ſi *audaciſſimis* hiſce *figmentis*, & violentis verbi torſionibus, nihil ſubeſſet, quod *Chriſtiano* Doctori ſuſpectum eſſe poſſet; quin ineſſet, quod diſcrimen inter *ſcriptionem Sanctam* & *Profanam* conſtabiliret. Ad hoc pervincendum univerſa iſta *Diſſertatio* ſuſcepta eſt, atque *hunc* in *ſcopum* unice collineat. Nulla non pagina hoc fatetur. Eminent in primis, quæ *pag.* 199. 200. 201. diſputantur II. *Parte*, ἀνασκευὴν continente, ubi *argumenta*, pro *antiquitate characteris Samaritani* militantia, ita profligantur, ut facile reſurgerent, & victoriam reportarent, niſi per puriorem *Criticam* debellari, & exarmari, poſſent.

Præter illud teſtimonium *R. Joſe Miſchnicum*, quod modo videbamus, *Gemaricum* etiam adducitur hocce: *dixit Mar Zutra, vel, ut alii volunt, Mar Ukba: in principio data eſt Lex Iſraëli* בכתב עברי *ſcriptura Hebræa* (i. e. *Samaritana*, vel *Transfluviali*)

viali) ולשון חקדש *& Lingua Sancta: denuo data est ipsis Lex in diebus Ezræ* בכתב אשורי *scriptura Assyriaca,* ולשון ארמי *& lingua Aramæa. Eligerunt pro Israëlitis scripturam Assyriacam, & linguam Sanctam; & reliquerunt* לחדיומות *idiotis scripturam Hebræam, & linguam Aramæam. Quinam sunt Idiotæ? Raf Chasda dixit, Chutæi. Quænam scriptura Hebræa? Raf Chasda dixit* ליבונאה *Libanæa:* i. e. *Phœnicia*, sive *Samaritana.* Hanc securim, gravi satis ictu ferientem, post alia, quæ ad incitas hic redactos arguunt istos *Synagogæ Hyperaspistas*, ita hebetat ipse Cl. *Buxtorf. Præterea respondent communiter Judæi,* DUPLICEM *Hebræos olim habuisse* SCRIPTURAM, SACRAM *&* PROFANAM, *vel* INTERNAM, *&* EXTERNAM. ILLA *fuisse scriptas a Deo* TABULAS LEGIS; LIBRUM *item illum* LEGIS *a Mose, qui ad latus Arcæ fuit reconditus, & depositus. Et hanc* SCRIPTURAM *fuisse eam ipsam, quæ hodieque est in usu,* & אשורית *Asschuryth appellatur.* HAC *scripta fuisse reliqua Exemplaria Legis, quæ privati quilibet sibi in suum & suorum usum scribebant: tum etiam in communi usu; in negotiis civilibus, commerciis, monetis* &c. *fuisse adhibitam. Et hanc appellant* כתב עברי *scripturam Hebræam, Transfluvialem, quam volunt eandem esse, quæ hodie Samaritana vocatur*

catur. ILLA *Scriptura, dicunt quidam, fas non fuiſſe plebi uti, ne quidem ad libros Legis deſcribendos: alii vero, licitum quidem fuiſſe, ſi quis voluiſſet; verumtamen ob* SINGULAREM *ejus* SANCTITATEM, *& venerationem, quam illi tribuebant, ab ejus uſu abſtentum. Ezram vero, poſt captivitatem, hujus* SCRIPTURÆ SACRÆ *uſum non tantum promiſcue Judæis omnibus permiſiſſe, ſed etiam injunxiſſe.* HANC *autem* SAMARITANIS, *ceu Apoſtatis, ut* PROFANAM *& communem reliquiſſe, & ex Judæorum uſu ſuſtuliſſe.*

Apparet Cl. *Buxtorfium* nihil ſubolfeciſſe, dum hæc bona fide ſcriberet, de veneno, & ſucco atræ loliginis adverſus *Chriſtum*, & *Chriſtianos;* quo hæc *Synagogæ* placita ſunt contincta: alias nunquam commiſiſſet, ut vel aura hujus contagioſi fœtus *Eccleſiam Chriſti* afflari ſiviſſet. In cauſa & hic infauſtiſſimum illud *certamen* cum *Capello*, & univerſa *factione Critica*, tum cum maxime flagrans, ſeque magis magisque irritans. Judicatum a parte *Anticritica*, non promtius, non ſolidius, rem tranſigi poſſe, quam *lingua & ſcriptionis* ſimul *Sanctæ* admoto tormento. Utrumque in ſummum *optimæ cauſæ*, i. e. *antiquitatis Punctorum Vocalium*, detrimentum redundavit: qui enim eam hinc quoque pervincere volebat, viſus fuit non Adverſariis ſolum, ſed & Amicis, non viciſſe: ſimulque anſam præbuit ut in *literaturam He-*

braicam, circa hæc duo capita, fermentum illud *Judaicum*, quod adhuc occultius ſerpebat, ſub Magni præſidio Nominis irrumperet, atque contagionem ſuam omnes per oras, ſpecioſo ſub prætextu *ſummæ* erga *Sacrum* Codicem *venerationis*, diffunderet.

Per interim mirum, eos qui in SCRIPTIONE SANCTA tuenda ſub vexillo, & clypeo *Buxtorfiano*, ſe militare autumant, atque a ſummo illo *Philologo & Theologo* evictum rem jactant, non deprendiſſe, ne ipſum quidem *Buxtorfium* iſtam *opinionem*, quam adſtruere quæſivit, *ſuam facere* ſuſtinuiſſe: quippe qui *puriore* intus *ſenſu*, & *Philologiæ* ſuæ nobilioris principio, utpote ab *hieroglyphicis vanitatibus* alieniſſimus, inde retraheretur.

Quam diligenter caverit, ne ipſe *ſententiam* hanc *adoptaſſe*, atque pleno calculo *comprobaſſe* cenſeretur; *initium*, *progreſſus*, & *finis diſſertationis* declarant. Inde illud nunc; *præterea reſpondent communiter Judæi* &c. p. 200. & mox p. 201. *Dicunt ergo, ut ad Hebræos revertamur, diſputatione illa Thalmudica* &c. Item p. 205. *Ex his apparet, quomodo Hebræi ad locum Thalmudicum objectum reſpondeant.*

Suſpenſa, ut vides, cura, & neſcio quis metus; quem melior, ut dixi, *Philologia* tacite incutiebat. Idem pellucet ex ſequenti *ibid.* inſtantia. *Quod vero ad* DUPLICEM CHARACTEREM, *Iſraëlitis olim uſitatum, attinet, ejus etiam quidam Chriſtianorum me-*

meminerunt, neque id vel abſurdum, vel inſolens, judicarunt.

Citatur in iis princeps *J. Poſtellus*, cujus nonnulla ſupra delibavit. Teſtis, cujus ipſum *Buxtorfium* puduit, quum *pag.* 213. ſubdit. *Hæc Poſtellus: quæ non ideo adduximus, quod omnia & ſingula ejus dicta probemus; ſed ad oſtendendum, quod ille etiam ab Hebræis didicerit, Hebræos olim* DUPLICI CHARACTERE *uſos eſſe, & nequaquam in ea fuiſſe ſententia, uti Scaliger & alii arbitrati ſunt, quod Samaritani ſint veri antiqui characteres Hebraici* &c.

Quid opus de *Poſtello*, quem Angelus *Raziel* omnia *Kabbalæ ſecreta* edocuerat, id oſtendere? nam *Syſtema Kabbaliſticum*, in quod inſaniit princeps *Fanaticorum*, nullum foret in mundo, ſi *ſanctus character* quaſi ſol e Cœlo excideret. Nempe *cœleſtem*, quin *æternum*, eundem cum *Kabbaliſtis* ſuis cenſebat: ac proinde *verus & antiquus character Hebraicus*, in terris videlicet ortus & profanior, *Poſtello* haud dubie fuit *Samaritanus;* fatente ibidem Cl. *Diſſertatore*, ex eoque locum p. 108. adducente, in quo diſertim tradit, *duodena exemplaria, ſingula ſingulis Tribubus, a Moſe tranſcripta fuiſſe charactere Samaritano, & Profano; Diviniore* illo *Leviticæ Tribui, & cœtui LXXII Virorum aſſignato.*

Ad hoc Cl. *Buxtorf.* ſubnotavit p. 209. *Quod de diverſitate characteris, quæ fuerit inter XII Tribuum*

buum Exemplaria, & decimum tertium Tribus Leviticæ; de eo nihil hactenus, quod memini, mihi occurrit. Procul dubio extat etiam in aliquo Midraſch, ſeu commentario Allegorico.

Quid hoc rei? *Diverſitas* iſta XII *exemplarium*, reliquorumque *omnium* per omnem ſeculorum ſeriem ante *captivitatem*, *non occurrit Buxtorfio?* quum omnes *Magiſtri* una voce eam tradant, atque ex *Ritha*, i. e. *R. Jom Tob* eam inſinuarit ipſe paulo ante *pag.* 203. *Ob* SANCTITATEM SCRIPTURÆ *illius non uſurpabant eum, ne in illis quidem libris Legis, quos Rex aut privatus unusquisque pro ſe ſcribebat; ſed ſcribebant illos ſcriptura* עברית *Hebræo-Samaritana.* Volumina XII manu ipſius *Moſis* charactere *Samaritano* pro *Tribubus* exarata; ut totidem ſcilicet *Autographa* extarent, ſupra diſertis verbis aſſeveraſſe vidimus *Maimonidem* in *Comment. ad Miſchnam.* Univerſi *Lex Oralis; utraque Kabbala*, huic fundamento inædificata; & tamen hoc ſibi occurriſſe negabit, qui omnia pervolutavit, ſummus noſter *Buxtorfius?* Rogo denuo, *quid hoc rei?* Dicam. Ex *puriore* illo, qui fervore colliſionis cum *Capello* obnubilatus fuit, *animi* ſui *ſenſu*, pervidebat non poſſe triumphum obtineri, quin univerſam *Diſſertationem* ultro collapſuram, ſi *Moſes* ipſe, ut habet illa *profaniſſima traditio, unum tantum Exemplar litera Sancta*, & XII alia *charactere* חול *Profano* i. e. *Samaritano*

ritano ſuamet exaraſſet manu. Nullius hominis *Chriſtiani* tam validus ſtomachus, ut hos ſilices concoquere, nullius os tam impudens, ut hoc, vel poſt centum *Maimonidas*, aſſeverare auſit.

Non potuit ergo non Cl. *Buxtorf.* inde reſilire; magnum iterum documentum miniſtrans, quousque ſæpe nobis ipſis excidamus, quum æſtus nos implicuit certaminis animoſioris, ac præſertim in quod *majeſtatem Sacri codicis* per nos defenſari, ſerio nobis perſuaſimus. Religioſiſſimum viſum fuit magno *Philologo*, eidemque *Theologo*, *ſcripturæ quadratæ Authentiam* contra *Hieronymum*, & ejus humeris innixos *Criticos*, vindicaſſe; eumque in finem profundiſſimæ ſuæ eruditionis *Rabbinicæ* copias adverſus ſententiam iſtam eduxit; longisque agminibus explicuit. Atqui ex illorum hominum mente, XII ſimul admittenda *volumina*, non *Authentica* illa quidem, ſed tamen *Autographa Moſis*, *charactere* non *quadrato*, non *Sancto*, ſed *Samaritano*, ſed *Profano*; unde univerſus *populus Iſraëliticus* ad *captivitatem* usque *Babylonicam* exemplaria ſua eodem *charactere Profano* debuerit transſcribere, atque derivare.

Hanc *Phariſaismi* & *traditionis Oralis* unicam *ancoram* ex *Debar. Rabb.* ſive *Comment. Myſt.* in *Deuteron.* ad *Cap.* XXXI: 9—26. (ubi agitur de *Lege* per *Moſen* ſcribenda, atque ad *Arcam* deponenda pro *Autographo*) ipſe *Diſſertat.* prægreſſa *pag.* 208.

expromſit, ſine ulla tamen fraudis *Judaicæ* ſuſpicione: *Rabbini noſtri dixere: cum reſciviſſet Moſes ſibi moriendum eſſe eo die, quid fecit! R. Jannai dixit; ſcripſit XIII exemplaria Legis; XII pro XII Tribubus Iſraëlis: Unum autem repoſuit ad Arcam, ut ſi quis vellet corrumpere & adulterare aliquid, producere poſſent illud quod erat in Arca.* Nempe *miraculoſe* factum, ut *Moſes* uno, eoque extremo, die, tot *Exemplaria* ſuamet *manu* deſcripſerit; quorum unum *Archetypum* foret *Authenticum*, SCRIPTIONE SANCTA conſignatum: XII reliqua *Autographa* quidem ſed *ſcriptione Hebræo-Samaritana;* ejusdem proinde nec *auctoritatis*, nec *majeſtatis*, nec *ſanctitatis*, qua *Authenticus* ille ſolus præfulgebat.

Ad eundem ſcopum contendebat *R. Jacob* in ſuo *Ein Iſraël* apud *Buxt.* p. 185. *Totus Mundus fatetur, tabulas & librum Legis qui in Arca fuit, fuiſſe in ſcriptura Aſſchuryth* i. e. *beata.* Nempe *Mundus Judaicus;* qui etiam ex *dogmate* a *Thalmudicis*, poſt longa certamina ſancito, ſtatuit, XII *volumina Legislatoris ſui manu, characlere Samaritano*, fuiſſe conſcripta in uſum perpetuum *populi* totius, usque dum per *Ezram* aboleretur, & *ſancta ſcriptio* univerſim introduceretur. Eodem contendit item *Articulus octavus fidei*, quam quodque membrum *Synagogæ* profiteri cogitur. *Credo Legem quæ hodie in manibus noſtris eſt, eſſe eam ipſam, quæ Moſi in monte*

monte Sinai data eſt, ſine ulla prorſus mutatione.

Nempe ſecundum omnem *figuram* quoque *literarum*, cum *quadratura*, cum *lineatione*, cum *apicibus*, *galeris*, & *coronulis*; ne minimo quidem punctulo variante; quia videlicet *codices Sacri* inde demum *auctoritatem*, *majeſtatem*, & *cœleſtem* ſuam *unctionem* ac *ſpiritualitatem* ſortiuntur; ut ex *Phariſaismi arcanis* jam *revelatis*, in diemque protractis, luce meridiana clarius cernere licet.

Si Cl. *Buxtorfio* vel minimum de perfidia *Judaica*, his decretis *Synagogæ* abdita & intexta, ſuboluiſſet, vel non ſuſcepiſſet *Diſſertationem* hanc, ut *antiquitatem ſcripturæ Quadratæ* ſupra *Samaritanam* pervinceret: vel longe aliam viam ac rationem inſtitiſſet, ad eam aliis ex principiis purioris *Philologiæ* ſtabiliendam. In eo interim laudandus eſt, quod circumſpectius adhuc finierit, quam inceperat: nam *pag.* 243. hanc clauſulam ſubtexuit: *Atque hæc ſunt, quæ de hac materia hac vice proferre divina conceſſit gratia. Ex his quilibet nunc eam ſententiam eligat, quæ ipſi* PROBABILIS *magis videbitur: ſuo quisque per nos fruatur judicio. Nemini hic præſcriptum quicquam volumus. Quid Hebræi de hac quæſtione ſentiant, quidque de eo ex illorum ſcriptis, quorum quidem apud nos fuit copia, hauriri poſſit, bona fide aperuimus; eademque Chriſtianorum quorundam ſcriptorum, eruditione inſigni Virorum, judiciis confirmavimus.*

Si Antiquitatem literarum hodiernarum NON SATIS LIQUIDO *& evidenter demonſtravimus, argumentis ſaltem non omnino fortaſſis contemnendis munivimus. Si ad argumenta contraria* NON SUFFICIENTER *& accurate ſatis reſpondimus; ſaltem quid a Viris Doctis ad illa reſpondentur, quidque reſponderi poſſit, expoſuimus.*

Cui *victricis cauſæ* ſenſus adeſt, quicquid alii diſſentiant, ita nec ſcribit, nec ſcribere poteſt. In *quæſtionibus problematicis*, modeſtiæ & prudentiæ eſt hanc viam tenuiſſe: ſed in iis quæ *dignitatem* & *majeſtatem Verbi* ſanciunt, ſuſpenſiore iſto pede procedi nequit. Ad meliorem ergo radium *Theologiæ* ſimul & *Philologiæ* ſuæ, qui intus lucebat, perſenſit haud dubie Vir Eximius, nec *rationem*, nec *religionem* pati, ut *auctoritas* & *majeſtas Sacri Codicis* a *figura* hac vel illa *literarum* dependeat. Eadem moderatione ita tandem deſinit: *Hoc vero luce meridiana clarius oſtendiſſe nos putamus, Hebræorum, qua veterum, qua recentium, & majorem & meliorem partem, contra quam alii nobis hactenus perſuadere voluerunt, pro literarum Hebraicarum antiquitate ſtare, ac militare. Si quis* MELIORA & CERTIORA *adferre poſſit, ei* LUBENTES *volentesque* CEDEMUS.

Id oſtenſum, evictumque, nemo inficias iverit: ſed ſimul oſtenſum, eosdem illos *veteres* ac *recentes*

Ju-

Judæos, *Synagogæ* columina, docere, *antiquum* huncce *characterem* אשורי *Aſſchury* dictum, vel ob *beatitudinem*, qua *mactus* ipſe Lectorem quoque *mactat*, vel ob *reductionem miraculoſam* ex *Aſſyria*, per interventum Angeli *ſcripturam* illam deperditam recentantis, ſolis in *Tabulis*, & *volumine Archetypo* atque *Authentico* ſplenduiſſe; reliqua autem *volumina*, quæ *Moſes* XII *Tribubus* tradiderit, & unde totus populus ſua quoque, ne Rege quidem exemto, deſcribere debuerit, *charactere* tantum עברי *Hebræo-Samaritano*, eodemque חול *profano*, fuiſſe exarata; & quidem, ut *phalanges* iſtæ *Rabbinicæ*, jam in *Moſen* æque, ac in *Chriſtum*, conjuratæ tendunt; *ipſa Moſis manu:* ita videlicet *majeſtatem Legis Oralis*, ſupra *Legem Scriptam*, evehentes. Hoc nec credidit, nec credere potuit Cl. *Buxtorfius*, tam parum quam *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Druſii*, *Erpenii*, contra quos acies iſtius *Diſſertationis* deſtricta. Si ergo vel victor ex illa pugna diſceſſiſſet, nihil aliud fuiſſet lucratus, quam ut cum *duplici ſcriptura*, altera *Sancta*, altera *Profana*, duplicem admittere cogeretur *Authentiam;* aliam quæ in *ſcriptione ſanctiore* unius *Codicis* reſederit, aliam quæ in XII *Tribuum voluminibus*, *ſcriptione* חול *profana* fuerit incluſa: neque enim *Legis Oralis* ſarcinatoribus conſciſcere vel voluiſſet, vel potuiſſet, *Authentiam unum illud*

volumen ad *Arcam* ſacratum, & ſolis *Patribus traditionum* commendatum, inſediſſe: quum XII reliqua *manu* item *Moſis* conſignata, & pro *Autographis* publicata fuiſſe, iidem *Synagogæ Proceres* decernere auſi ſint.

Ecquid placent *fœtus abortivi*, & *moſtella*, quæ in *Chriſtum* Dominum rebellis parturivit *Synagoga?* DUODENA *Samaritano & Profano charactere* ipſius manu *Moſis* exarata *volumina Legis*; quæ tamen nullam poſſederint *Authentiam?* Hoc nemo admiſerit *Chriſtianus:* eſt enim, ut ſupra viſum *arx* & centrum *Thalmudismi.*

Reſpondiſſet forte, huc deductus Cl. *Diſſert.* XII illa *volumina* item fuiſſe *Authentica.* Id quidem neceſſe; neque enim *majeſtatem Legislatoris* minuere ſuſtinuiſſet hac in parte. Ergo *Samaritanus character* ad *dignitatem Authentiæ* quoque admittatur neceſſe fuerit? vel ſaltem diſcrimen erit fingendum inter *Authentiam majorem ſcriptionis Sanctæ*, & *Authentiam minorem Profanæ* ac *Samaritanæ ſcriptionis.*

Ne hoc quidem ſtomachus *Chriſtianus* digerat. Quid ergo? univerſumne illum *characterem Samaritanum* a *ſcriptione Legis* excluſiſſet? Eadem opera univerſam *Diſſertationem*, cum omnibus *auctoritatibus Hebræorum veterum* ac *recentium*, in ſpongiam miſiſſet: atque ſimul diſtinctionem inter *literam Sacram* & *Pro-*

Profanam; quæ iſtis *auctoritatibus* unice eſt ſubnixa, deleviſſet: ut ſane omnes, quibus *dignitas Legis Moſaicæ*, & ſimul *Euangelii Chriſti*, cordi eſt, introſpecta nunc *perfidia Synagogæ*, absque mora delendam eam, quin tanquam *pomum* agri *Sodomæi* quantocyus ex *Eccleſia* æque, ac *Literato orbe*, eliminandam eſſe, mecum pronunciare non dubitabunt.

Hoc certe *pomum Judaicum*, *auri* quidem *nitorem* mentiens, ſed *fuliginis favillaceæ* intus differtum, non *Synagogam* tantum *fumo* complevit; ſed etiam *Eccleſiam Chriſti* ſuo *pulvere* reſperſit; in eamque invexit opiniones a puritate *doctrinæ Euangelicæ* alieniſſimas.

Difficile nempe, contagionem evitare, quum aër infectus eſt. Difficilius ab iis nihil attrahere, quorum in ſcriptis cum voluptate verſeris; præſertim quum ſummam reverentiam præ ſe ferunt *revelationis*, & *fidei* ſuper ea fundatæ. Hac via ſe inſinuavit in mentes Noſtrorum, nil ſuſpicantium fraudis, *lingua Sancta*. Hac itidem *ſcriptio Sancta*. Inde factum, ut etiam inſignes *Philologi*, & *Theologi*, ſe in ſocietatem talium ſententiarum pellici atque implicari ſiverint; atque bona fide exiſtimarint, tum demum venerationem *Legi* & *Prophetis* debitam compleri, quum in eas ſit ſubſcriptum. Sed quid, quæſo, *legi Dei*, ejusque *cœleſtibus Oraculis*, hæc vel illa *ſcriptio* adſtituat *majeſtatis?* Quid item, vicibus converſis,

ſis, *Verbum Dei* huic vel illi *characteri* infundat *ſanctitatis?* ut propterea ſupra *aliarum Linguarum ſcripturam* conſecrari, ac celſo in tholo, tanquam *Diviniſſimus*, ſuſpendi mereatur.

Thalmudici & *Kabbaliſtæ* quid ſecuti ſint, videmus, & palpamus, omnes. Quid Doctores *Chriſtiani* in talibus ſequi poſſint, nullus exputo.

Imo vero, inquiunt, *integritas Hebræi codicis*, & *antiquitas Vocalium*, ſine *lingua* & *litera* ſimul *Sancta* defendi nequit. Cur non idem adfirmant in *Græco Codice?* Vides non oculata hæc judicia. Si *integritas Hebræi Codicis*, & *Vocalium antiquitas*, non niſi per *linguam* & *literam Sanctam* ſtabilire poſſent, mox, *doloſa* iſta *calce Judaica* detecta, in ruinam irent. Longe ſolidioribus fundamentis iſta cum *integritas Codicis*, tum *antiquitas Vocalium*, ſuffulciuntur; per principia, documenta, & demonſtrationes videlicet, quas maturior ſuggerit *Critica*, per quam talia adverſus *Criticos* minus maturos, vel & temerarios, evincenda ſunt. Qui aliis illis armis, in officina *imaginationis* conflatis, utitur, ſemet exarmat, & *victricem cauſam*, quantum quidem in ſe eſt, vincendam ac triumphandam adverſariis præbet. Triumphaſſet dudum *integritas Hebræi Codicis*, triumphaſſet quoque *antiquitas Vocalium*; triumphaſſet quin imo *ſcriptio Quadrata*; ſi legitimis pugnatum fuiſſet argumentis. Nunc univerſis ferme tantorum certaminum

minum moles commiſſa *nominibus*, *titulis*, *umbris* evanidis, ſe ſuſtinere vix potuit; nedum ut *victoriam* deportarit: atque finem impoſuerit *litibus*, inde novam flammæ materiam ſine fine invenientibus.

Non ſtetit hic malum. Cum opinione *ſanctitatis* in *linguam*, & *literam* ſimul, divinitus inſeminatæ, infudit ſe quoque, quod conſequi neceſſe erat, in *Eccleſiam Chriſtianam* multiplex *Kabbala*, id eſt, *myſtica ſubtilitas* ludens in *literarum* illarum *Sanctiſſimis figuris*, atque inde *veritates Religionis*, & ſublimiſſima quæque *dogmata Chriſtiana* exſculpens. Mitto *Poſtellum*, *Boulæſium*, *Auguſt. Pantheum*, ſimilesque hominum nugas, cum *J. Cheradamo*, qui *Alphabetum* edidit *linguæ Sanctæ*, *myſtico intellectu refertum*; unde ſupra produxi ſpecimen, ex quo de reliquis deliciis hominis illius judicium ferri queat. Præcedens quoque ſeculum talia vidit, ſtupuit, exploſit. Noſtrum neutiquam ab iis intactum, quin iisdem admittendis ac confovendis magis adhuc opportunum forte, quum *linguarum Orientalium* ſtudia, elapſo florentiſſima hocce noſtro Seculo, ſeſe luctando utcumque ſuſtinere debeant, ut tandem aliquando emergant iterum; atque tenebræ, quæ ſub finem ſeculi XVII, & hocce noſtro cum maxime volvente denuo ingruerunt, diſpellantur. Ne enim jam de Cl. *Guſſetii* moliminibus alibi abunde refutatis, loquar:

quar: ad finem tendente prægreſſo ſeculo novum plane *Syſtema Hieroglyphicum* prodiit, Auctore *Caſparo Neumanno Eccleſ.* & *Schol. Auguſtanæ Confeſſioni addictarum Inſpectore*, Viro venerando, qui conſcripſit *Geneſin* primum, mox *Exodum linguæ Sanctæ* V. T. ex *captivitate Babylonica; tentatam in Lexico Etymologico Hebræo-Biblico, pro illuſtranda hypotheſi, eſſe literaturam Hebraicam ſuo modo Hieroglyphicam, & vi ſymbolica ſignificandi præditam.* Ita *Titulus* conceptus: qui ſemet ſatis denudat.

Opus A°. 1696. 1697. 1700. per partes impreſſum. Acceſſit A°. 1712. *Clavis Domus Heber reſerans Januam ad ſignificationem Hieroglyphicam literaturæ Hebraicæ perſpiciendam.* Ejus guſtulum dedi *Tom.* I. *Orig. pag.* 191. 192. ibidemque ſubmonui; miraculo inventionis, & ſplendore *Tituli*, cum alios magnæ famæ Viros ductos, tum in primis *Theologum*, & *Philologum Auguſt.* item *Confeſſ.* excellentem, & multo literatiſſimum, qui A°. 1706. conſcripſit *de Cauſis linguæ Hebrææ Lib.* III. *in quibus ad* INTERIORA LINGUÆ SANCTÆ *aditus panditur:* & *Hypotheſis Neumanniana* partim commendatur, partim emendatur. Judicium de ea ſuum hiſce conſignat *pag.* 141. *Dici vix poteſt, quantam lucem roburque linguæ Diviniori conferat hæc ingenioſiſſima Hypotheſis; quam egregie cognationes vocum demonſtret; amiſſas reſtituat Radices; rarius occurrentes Voces, quæ imperveſtigabi-*

les

les hactenus viſæ, explanet; quantumque proſit ſedulis fontium ſcrutatoribus. Plura inde hauriri malim. Quid Cl. *Neumannum* invitaverit, ad novum huncce in *cœlo hieroglyphico* volatum capeſſendum, *Præfatione Clavis Domus Heber* ingenue exponit. *Judæos quod attinet, deſipiunt hi, fateor, delirantque in mille rebus aliis; argumenti tamen hiſtorici atque literarii traditiones quas habent, a Patribus acceptas, explodendæ ſaltim hæ omnes non erunt. Eſt vero* INVETERATA *inter eos* SENTENTIA, *ineſſe quædam* LITERIS, PUNCTIS, *atque* ACCENTIBUS *Hebræorum*, MYSTERIA, *quorum notitia apud Iſraëlitas hodie interciderit, non reditura ante adventum Meſſiæ. Imo, pro reſtitutione* ARCANORUM *horum* LITERARIORUM *& preces ipſos facere videbis. Moſes etiam ille Ægyptius, quem Rambam* (Maimoniden) *dicimus, aperte docet; habere* LITERAS *Hebræorum* SIGNIFICATIONES *ſuas* OCCULTAS, *cum rebus ſignificatis convenientes, teſte* BUXTORFIO F. &c. Non minus ingenue ſubjungit, *rudia* tantum fuiſſe, quæ in *Geneſi Linguæ Sanctæ* dederat. Quæ in *Exodo*, item *nondum ſatis elimata*, In *Schediasmate* ergo *ultimo* ſe *integriorem notitiam tradere tentaſſe* &c. Modeſte omnia. Subſerit ibidem; *Punctorum, & forte etiam Accentuum naturam, & valorem hieroglyphicum, eadem illa via indagandum reſtare; atque hanc quoque a ſe tenta-*

tam. Hæc in lucem an venerint, haud compertum habeo. Similiter *Vener. Lœſch.* p. 272. *Operis* ſupra laudati; *totam rem crudam adhuc, atque Eruditorum curis expoliendam* profeſſus, eam ſe *methodum*, tum quidem ætatis, deperiiſſe oſtendit, hunc unice *ſcopum* ſibi præfigens; ut ejusdem admiratione ſeque aliosque compleret. Promittit ea, præter reſtitutam *analogiam* & *origines*, incredibilem *ſapientiæ Cœleſtis theſaurum*, *literarum figuris* illis *hieroglyphicis* reconditum; etiam quoad *Chriſtianæ religionis myſteria* celſiſſima. Pro ſpecimine eſto *Tetragrammaton* יהוה *Jehova;* quod & veteris *Kabbalæ* centrum olim. Ejus priores *Literas* יה *Jah*, aliud adhuc nomen Dei, *longam adeſſentiam*, ſive *durationem longitudine aliqua menſurabilem*, *ſemperque præſentem*, importare cenſet Cl. *Neum.* vel preſſius adhuc, *longe durabilem Spiritum*, *in quo vivimus*, *movemur*, & *adſumus.* Inde additis והי quæ *connexionem adeſſentiæ* ſignent, extitiſſe magnum nomen Illius, qui י *longa duratione*, ה *adeſt*, ו *iterumque*, ה *adeſt.* In quo *longa duratione*, quam adferat י, per *copulativam* ו *connectuntur duo He* הה *adeſſentia* & *exiſtentia*, *una cum altera*, *a parte ante*, *& a parte poſt.* Hæc quum ſerpere ac frigere videret Cl. *Loeſch.* ea ita erigit animatque *pag.* 188. *Nomen* יהוה *conſtat ex unico Jod* י, *quod* ESSENTIÆ VITÆQUE *Character apud Hebræos ſemper fuit*, *& Tribus veluti*

uti He ה, *quæ Litera* REM PRÆSENTEM *reddit; in individuo conſtituit; adeoque perſonam peculiariter commonſtrat. En Tibi* UNAM ESSENTIAM *Divinam*, & TRES PERSONAS. *At pro medio iſto He* ה, *poſitum eſt Waw* ו, NOTA UNIONIS, COMBINATIONIS, & MEDIATIONIS. *Eccum* MEDIAM *Triados* PERSONAM *redunientem cum Deo homines*, MEDIAMQUE *ſe ſalutis cauſam interponentem.*

Eadem repeti video *pag.* 379. hoc *epiphonemate* adjecto. *Utinam hoc obcæcatæ Judæorum mentes nobiſcum agnoſcerent, ſapientiſſimoque Numini pro tot in Ebraismo latentibus Theſauris gratias agerent!* Faciunt enimvero, & quotidie quidem, quum *phylacteria* ſua induunt & exuunt: quum *ſchedulas poſtium* מזוזות ut amuleta potentiſſima devenerantur: quum *Kabbalam* utramque, *Thalmudicam*, & *Myſticam*, per *nominis Tetragrammati* ſacratiſſima *ſignacula* confirmant: atque ſolemnes Deo gratias perſolvunt, quod *eos præceptis ſuis ſanctificaverit*, atque tum *lingua*, tum *ſcriptione* ac *litera Sancta*, *gratiam ipſis ſuam etiamnum oppignerare*, atque *obſignare* pergat, in *beatiſſimam ſpem redemtionis*; i. e. *reductionis in Terram Sanctam*, & *Legis Moſaicæ*, cum *veteri Sacrario*, *inſtaurationem glorioſam* &c. &c.

Sibimet vellem applicuiſſet Cl. *Lœſch.* quod A°. 1710. in *defenſione Syſtematis* ſui *Germanica* monuiſſe

eum video, notante *Vener. J. Gott. Carpzov.* & prudentiſſime *methodo* iſti nervos ſuccidente, in *Crit. Sacr. literaturam hanc aromatibus ſimilem eſſe, quorum ſobrius & moderatus perquam obtinere debeat uſus. Ita ut ab eo temperare ſibi debeant; qui vivaciore paulo imaginandi virtute præditi ſunt, ne in devia abripiantur.* Non feliciſſima comparatio illa, vel ob contagionem *Kabbalæ Judaicæ*, quæ etiam ſibi *aromatum cœleſtium ſeplaſiam* & *condituram* arrogabat; per quam demum *verbo* Dei *vigor*, *virtus*, *ſpiritualitas*, & *vita* accedant. Eadem *pag.* 379. apponit ſatis ingenue: *poſſem ex ſeminibus, & genealogia Radicum, multa myſteria Cabbalam redolentia eruere; ſed a talibus, etſi non univerſim ea repudiata velim, mihi tempero.* Non temperavit profecto, nam *tres* illi *Libri* iſto *diapasmate* ita conſperſi, ut auram *Cabbaliſticam* undique exſpirent. Tale, quod *p.* 188. גאל *Goël ſiſtere nobis* dicat DEUM *El* אל *in* CORPORE, *nam Litera* ג *Gimel* NOTA *eſt* CONCAVI CURVATIQUE CORPORIS, *quale humanum eſt præ ceteris, unde & corpus* גו *Gév dictum.* Amputo eadem in officina inter malleum & incudem ſubnatas *innumeras* alias *inventiones Theologicas*, quæ ex *interioribus* illis *arcanis literarum* reſultarunt: ſtylum vividum, & *literaturæ hieroglyphicæ Divinioris* amore calentem, eo usque ſecuto

cuto insigni *Philologo*, ut principibus *Philologorum*, *J. Scaligero*, *Erpenio*, *Grotio*, *Salmasio*, aliisque, grandem dicam scripserit, *Cap.* XIII. L. I. quod inscriptum *de Hostibus Hebraismi*: ubi *par.* II. *Ducem acici huic præficiens Eliam Levitam, quod turpe foret Christianum quemquam primas tenere in tam illaudabili provincia*; ita pergit *par.* III. *Dicerem hic prolixius de Ecclesiæ, quæ Reformatam se nominat, conditoribus; hos enim Levitæ illius doctrinam adoptasse, Sacrorum fontium Linguæque* CORRUPTIONEM *crédidisse, eorum posteri vel hodie fatentur. In his Olivetanum, Bibliandrum, Calvinum, & alios numerare possemus.* Quam plurimos sane! & quidem Duce ac Auspice ipso *Luthero*, principe *Germaniæ Reformato* atque *Reformatore:* qui in *Libro Schem Hammephoraſch* hæc consignavit: *quamobrem Hebraistis nostris (quod eos per Dei gloriam rogatos volo) hæc sit præcipua cura, ut Sacra Biblia antiqua a Judæorum expositionibus expurgent, ut ubicumque possunt* PUNCTA, DISTINCTIONES, CONJUGATIONES, CONSTRUCTIONES, SIGNIFICATIONES, *& alia* GRAMMATICALIA *mutare, atque a Judæorum sensu avertere; id* AUDACITER *&* LICITE *faciant. Ubicumque enim his MD. annis potuere Biblia* PUNCTIS, DISTINCTIONIBUS, CONJUGATIONIBUS &c. *a nostro* MESSIA, *nostraque* FIDE *avertere, atque a N. T. dissona reddere, magnæ

gna id, & RABIOSA, DILIGENTIA *egerunt.* Cur non & *Lutherum* ergo *Catalogo hoſtium Hebraismi* inſeruit vener. *Lœſch.* quum nemo Noſtrorum fortius locutus ſit? ut ſane nemo fortius, etiam ſi vellet, loqui poſſet. Ex *Auguſtanæ Confeſſionis Luminibus* alios complures poſſem percenſere: qui quamvis aliquid humani paſſi ſint in *Syſtemate Eliano* ex parte adoptando, tam parum inter *Hoſtes Hebraismi* referri merentur; quam ipſe *Lœſcherus*, quem ſuus ille *zelus*, in contrarium tendens, eo invexit, ut ſi *hypotheſis* ejus *Hieroglyphica; Linguæ* & *Scriptioni Sanctæ* ſuperſtructa, ſtaret, jam actum foret de *univerſa lingua Hebræa*, atque adeo de *Veteris Teſtamenti ſenſu univerſo;* non niſi per *claviculam Hieroglyphicam* reſerando.

O incredibiles exceſſus! in quos magna etiam ingenia, fulgore *Linguæ* & *Scriptionis Sanctæ* deluſa, abierunt. O triſtia, adhuc quidem, fata *Literaturæ Hebraicæ!* quæ ex longa *captivitate* per *Reformationem Sacrorum* educta, graviora mox ſentire cœpit vincula, atque ſub *Rabbinorum auctoritate* avecta eſt in *Babyloniam Judaicam;* ut *Chriſtianorum* quoque *Doctorum* opera ac manu commodis ſubſerviat *Synagogæ* in *Epha ſua*, ſub injecto *obdurati* & *occæcati cordis plumbo*, *reſidentis;* ſecundum ſignatiſſimum *Zachariæ* oraculum, quod *Cap.* V: 9-11. huc collineare ſeries *Prophetiæ*, & *phraſium* ſingularis *emphaſis*, manifeſto arguunt. Redeo

Redeo illuc, unde abii. A primo, quem vidimus, pedatu in *Reformatores Theologos* edito, ita *parag.* IV. pergitur: *Utinam* J. Scaligeri *celeberrimo nomini parcendum hic eſſet. Sed cum princeps ille Literatorum ordinis ſui homines obſequentiſſimos habeat, & hac in cauſa imitatores, ſtudioſos non mage veritatis, quam Scaligeranæ famæ eſſe, convenit.* Atrox jam expectas crimen. *Literas & puncta Hebræa paſſim contemnit, linguamque ipſam Phœniciam, id eſt, idololatrarum fœtum, eſſe prodit. Gemina in* Grotii, Erpenii, Salmaſii, *aliorum Literatorum Scriptis inveniuntur.* Quid? an *literas Hebræas* contemnunt, qui a ſe non impetrant, ut *ſcriptionem Sanctam*, illam *Phariſaismi* & *Kabbalismi Acropolin*, devenerentur? qui etiam *puncta* omnia *maxima*, *minima*, una cum *apicibus*, *galericulis*, & *coronis Kabbaliſticis*, ad ſcita *Synagogæ* conſecrare non ſuſtinent? An illi *hoſtes Hebraismi* propterea pronunciabuntur? quum *Hebraismus* infinitum quantum ipſis debeat; æque ac *Megalandro*, etiam apud nos, *Luthero*; cujus ego *verſionem* nunquam ſine admiratione ingenii, judicii, & eloquentiæ conſulo; etiam ibi, ubi pro ratione iſtorum temporum, magis adhuc multisque cum difficultatibus colluctandum erat. Cordatum eſt, quod de ſemet dedit, teſtimonium: *Non ſum Hebræus ſecundum Grammaticos, & Regulas; nec*

patior me uſpiam alligari; ſed libere quaqua verſus incedo.

Enimvero *libere*, ſed & *religioſe*, ſed & *prudenter;* ubique optima quæque ex *Veteribus* & *Recentioribus*, ut omnes reliqui, pro ſuo quisque genio, libans, quin ignea virtute magnæ mentis ea ſæpe numero exſculpens ex *Lingua* & ſerie, quæ palmam Veteribus ac Recentioribus præripiant. Non clemens proinde judicium *Lœſcherianum* in Heroas noſtros, ſuosque adeo; quum eodem *zelo* flagrans, ſubdit: *At principes hos viros non alia cauſa, quam Criticus faſtus & neglectus harum literarum ita ſentire juſſit.* Itane non *faſtus* ſolum *Criticus*, (quo *Anticriticos* caruiſſe non video, accedente inſuper alio *fermento* doloſius nocente) non *faſtus*, inquam, qui utinam utrimque abfuiſſet! verum etiam *neglectus harum literarum?* quum *J. Scaliger* inter *literaturæ* quoque *Orientalis* prima *columina* ab omnibus ſuſpiciatur: quumque *Erpenio* noſtro univerſa *Europa* debeat, quicquid in *linguis Orientalibus*, ac præſertim in *dialecto Arabica*, nitidius, quam antea, effloruit. Probat tamen Cl. *Lœſch.* hunc *neglectum* ita pergens: *Equidem, qui in Scaligeri Opere de Emend. Temp. L. VI. legerit, in Pentateucho Samaritano ne unicam quidem Literam aliter legi, quam in Hebræo, is facile credet, ne ſemel quidem collata a Scaligero vel initia iſtorum Codicum.*

Non

Non juſta cenſura; produxerat *Scalig.* in *not.* ad *Annum Samaritarum* p. 620. locum *Tudelenſis* inter alia notantis, *Samaritas carere tribus Literis* חהע quibus *Abrahami*, *Iſaaci*, & *Jacobi* nomina ſignata. Addit *hoc ſigno eos argui, non eſſe ex poſteritate Iſraëlis, quamvis agnoſcunt Legem Moſis, his tribus literis exceptis.* Ad hæc ὁ Παὶν; *De tribus literis, Sycophantia Judaica eſt: totidem enim* LITERIS, *ne una quidem minus aut amplius, Pentateuchum legunt* &c. &c. Idem ab *Hieron.* ſupra inſinuatum: eſtque veriſſimum; quum *literæ* חהע ab eorum *Alphabeto* non exulent: etiamſi omnes illas *gutturales* uno ferme *ſpiritu* leniore efferant: quin & crebro confundant.

Collationis inſtituendæ nulla *Scaligero* copia fuit; quum *Pentateuchus Samaritanus* poſt ejus fata demum in *Europam* ſit illatus. Quanta autem cum voluptate eam inſtituiſſet, ſatis declarant, quæ *pag.* 627. de *Emend. Temp.* ſubnexa: ubi mentione *Chronici Samaritani*, quem *Librum Joſuæ* vocitant, facta, hiſce ſalivam *orbi Erudito* movere conatur: *Qui in Palæſtina peregrinantur, poſſent & alia, & Pentateuchum ab illis adipiſci. Nam ſane Chriſtianæ pietatis homines paulo hac in re negligentiores hactenus fuerunt: ex cujus rei cognitione uberrimi fructus in ſacram Hiſtoriam redundarent.*

Sed miſſis tricatiunculis illis, capitale tandem *Sca-*

ligeri & *Erpenii* expendamus crimen, *linguam Hebræam ipſam Phœniciam, id eſt, fœtum idololatrarum eſſe* pronunciarunt.

Cavillatio viros ſane Eruditos parum decens. Infauſtus *zeli* non boni, nec prudentis, fœtus; quem *dogma* illud *Phariſaicum* de *lingua* & *ſcriptione Sancta* peperit; atque *Chriſtianis* Doctoribus fovendum transmiſit.

Semel is in ſinum ſuſceptus, quantumvis ſpurius, inde ſe revelli paſſus haud eſt, præſertim poſtquam a magno Fultore *ſcholæ Anticriticæ* pro genuino adoptatus, & commendatus fuiſſet *Diſſert.* III. de *Linguæ Hebraicæ poſt confuſionem conſervatione*, ac *propagatione.* Illætabilis enimvero eventus! Graviſſima ſecuris, in *rem Hebraicam* injecta per eum, qui eandem cum beato *Parente* ſtrenue promoverat, & pro ratione iſtorum temporum, cum aliis præclaris *Philologis* reddiderat florentiſſimam: cujusque veri ac genuini ſenſus ab omni *Fanatismo Rabbinico* abhorrebant. Fervente interim cum *Capellianis* certamine obnubilati puriores iſti ſenſus, non attenderunt ad *Judaicum virus*, & *fermentum*, quo talia decreta intus turgent.

Indigni *Cananæi!* (maledicti *Chamitæ*) qui eandem *linguam* tenerent, quam Benedictum *Abrahæ* ſemen. *Sanctior* illa *lingua*, quam ut in *labia adſcendere* dignata fuerit *hominum Profanorum*; per

ſolam

ſolam *Lineam Sanctam cœleſte* illud *pignus* ut *poſſideri*, ita *conſervari* ac *propagari* potuit, & debuit. En compendium, & medullam, *Theologiæ Rabbinicæ*, in *Libro Cozri* enucleatiſſime expreſſam, *part.* I. *ſect.* 47. ubi *Regi* rogitanti, *Quot ergo numeratis annos a creatione Mundi?* per *Magiſtrum* reſpondetur: *Quater mille & quingentos; quorum calculus computatur in Pentateucho noſtro a diebus Adami, Sethi, Enoſchi, ad Noachum usque: deinceps per Semum, Heberumque, ad Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum, usque ad Moſen, qui fuerunt cor* (ſive *nucleus*) *Adami* & סגלתו PECULIUM *ejus Sanctius. Horum unusquisque habuit Filios ſui ſimiles: reliqui fuerunt inſtar* קלפות CORTICUM *ſive putaminum, quibus ſe* RES DIVINA *non aſſociavit. Ad iſtos viros Divinos quum referretur* חיו יחירים ולא רבים *fuerunt ſingulares*, (*Buxt*, adjecit *pauci*, contra vim vocis) *& non multi, usque dum genitor noſter Jacobus procreavit XII Tribus, qui omnes digni fuerunt* RE DIVINA, *& tum primum* DIVINITAS *translata fuit in magnum* COETUM, *unde Æra proceſſit.* Cl. *Buxt. Diſſ* III. p. 126. primam partem hujus *Sanctæ Lineæ* produxit; poſteriorem de *XII Tribubus* ſuppreſſit: quum tamen inde *ſcopus* audaciſſimi *commenti* traluceat, & vel maxime perſentiſci potuiſſet.

Nempe *Genealogia* hæcce *Lineæ* & *Linguæ Sanctæ*, inde ab *Adamo* ad *Moſen*, & *Legem* cum *Sancto Semine Jacobi* communicatam, tanquam *paries Sacroſanctus* exſtructus, & doloſa calce incruſtatus eſt, a *Synagogæ Paraſtatis*, ad *æternam* ſibi *poſſeſſionem* illius *theſauri cœleſtis*, & *peculii Divini*, a communione ejus & ſorte expulſo toto humano genere, vindicandam. Huc tendit belliſſima illa comparatio *Sethi*, *Enoſchi*, reliquorumque usque ad *Noachum*; ac deinceps *Semi*, *Heberi*, *Abrahami*, *Iſaaci*, *Jacobi*, usque ad *Moſen*, cum לב האדם *corde Adami*, vel, ut Cl. *Buxt.* in verſione *Lib. Cozri* maluit, *Medulla quaſi generis humani*; & *reliquorum* eorundem *poſterorum*, qui *inſtar corticum* ſeſe habuerint. Huc item, quod ante *Moſen*, inde ab *Adamo*, iſta *res Divina*, i. e. *Lingua Sancta*, cum ejusdem *Scriptione Myſtica*, reſederit tantum penes יחידים *ſingulares*, ולא רבים & *non multos*. Huc denique, faſtu jam in oculos incurrente, quod per *Moſen omnes Jacobi poſteri* in iſtum eminentiæ gradum ſint evecti, ut *cor* & *nucleus Adami* cenſeri mererentur, utque ſoli *Linguam* ac *Scriptionem Sanctam* in perpetuum occuparent; cunctis gentibus a communione *cœleſtis* illius *peculii* æternum excluſis: tanquam *humani generis corticibus*, & *glumis* impuriſſimis; quibus *res* iſta *Divina* ſeſe aſſociare haud queat.

Habes

Habes *baſin* utriusque *Kabbalæ*, id eſt, *rem Divinam infuſam & impreſſam Adamo*, ut per *lectiſſimos canales* deflueret ad *Legislatorem Iſraëlis*; atque per eum conflueret in *centrum* illud XII *Tribuum*, inter quas *æterna* ſua *lumina*, & *ſapientiæ cœleſtis effluvia*, quam largiſſime explicaret Penitius adhuc *myſterium* hocce *perduellionis Judaicæ* introſpicere, atque diſcernere, dabitur, ſi eandem hancce *Sanctæ Lineæ ſeriem* propius contemplandam dedero ex *ſect.* 95. ejusdem *Lib.* I. *Cozri:* ubi poſtquam Rex *Rabbino*, ſolis *Iſraëlitis ſanctiſſimi peculii glorioſam poſſeſſionem* attributam fuiſſe jactanti, objeciſſet *apoſtaſiam* in *conflando vitulo*; & *idololatriam*, quæ contraria potius teſtentur; hac impudentiſſima reſponſione a *Magiſtro* deluditur: *peccatum hoc, quod tantopere exaggeratur, eſt potius teſtimonium magnitudinis & excellentiæ eorum; Magnus enim ſit neceſſe eſt, cujus peccata narrantur.* Pergit porro, inflatis ſeſe velis tam pulchro curſui permiſſurus: *Concede mihi, quæſo, paulisper magnitudinem tibi exponere noſtri Populi. Sat teſtimonii ad hanc rem mihi eſt, quod Deus illos ſibi legerit in Populum & Nationem, ex omnibus nationibus Mundi: quod* RES DIVINA *etiam requieverit ſuper* המונם *multitudine eorum* (ſive *communi plebe*, ut *Buxt.*) *ſic ut omnes pertigerint ad gradum* הדבור *ſermonis prophetandi, &* RES *illa* DIVINA *tranſierit quoque ad mulieres, atque*

ex

ex illis extiterint vates, (ut *Mirjam* &c. &c.) *cum antea* RES *illa* DIVINA *non niſi* ביחידים *in ſingularibus perſonis* (*Buxt. in paucis & ſingularibus*) *domicilium habuerit inde ab Adamo primo.* ADAMUS *enim* PERFECTISSIMUS *fuit* SINE ULLA CONDITIONE (ſive *exceptione*) *quia nullus exceptioni locus eſt circa perfectionem operis immediate facti ab Opifice ſapientiſſimo & omnipotenti* &c. &c. *Creatus ergo fuit tanquam perfecte aſſecutus ætatem juvenilem* &c. *Accepit item animam in integritate perfectiſſima; & intellectum in* SUMMO, *cujus capax ſit homo*, GRADU, *& poſt intellectum* חכח האלהי *facultatem Divinam, hoc eſt, gradum quo Deo & rebus ſpiritualibus adhæſit, & rerum verum notitiam habuit* SINE *ulla* INSTITUTIONE במחשבה קלה COGITATIONE SOLA ſive *ſimplice: unde a nobis vocatur* FILIUS DEI; *omnesque item e Semine ejus prodeuntes, eique ſimiles*, FILII DEI.

Hæc *ſpecioſo* ſub *cortice* intus *Sodomæam* recondunt *fuliginem* atque *favillam;* ſiſtuntque, *ſyſtema* illud de *infuſione Linguæ Sanctæ* in *Adamum*, unde *perfectiſſima Dei, rerumque ſpiritualium, ac naturalium ſimul, notitia, ad eſſentias* ipſas penetrans, redundarit: quod *Præfat.* ad *Prov. pag.* XIV. XV. delineavi.

Hic eſt ille *gradus*, quo *Deo* & *rebus ſpiritualibus*

bus adhæſit &c. Hæc eſt, ut uno oculi adjectu cuncta pateſcant, *imago* & *ſimilitudo Dei*, quæ ab *Adamo*, per *Lineam Sanctam*, ad ſolos *Iſraëlitas* tanquam *Sanctum ſemen*, & *Nucleum generis humani*, debuerit derivari.

Nulla proinde *lapſus*, nulla *facultatis* illius *Divinæ* vel *imminutæ*, vel *obſcuratæ*, mentio, quippe quæ nec imminui, nec obſcurari potuerit, tam parum quam ipſa *Lingua Sancta*, *gloriæ Divinæ* vel *radiatio*, vel *emanatio æterna*.

Ex hoc fonte *Kabbaliſtico* vide quam limpido ac prono alveo *Sancta* illa *Linea* deducatur, *ibid. Sect.* 95: *Hic Adamus genuit equidem filios multos; nullus tamen ex iis* DIGNUS *fuit, qui in ejus locum ſuccederet, niſi* ABEL, *quia ipſi* SIMILIS *fuit. Hunc quum Kain occidiſſet, quod ei huncce* GRADUM *invideret, ſubſtitutus ei fuit* SETHUS; *qui* SIMILIS ADAMO *fuit; ejusque* PECULIUM *ac* COR; (*nucleus*) *reliqui* CORTICIS *inſtar.* PECULIUM *Sethi fuit* ENOSCH; *& ſic usque ad* NOACHUM *in* SINGULARIBUS *perſonis* בּיחידים RES DIVINA *reſedit; qui omnes Adamo* SIMILES *extitere*, & FILII DEI *vocitati ſunt; perfecti nempe in corporis dotibus, in ſtatura, in longitudine dierum, in ſapientia & facultate Divina* (i. e. *Kabbala.*) *Ab his*, (non a ceteris) *nos numeramus, ab Adamo ad Noachum; & a Noacho item ad Abrahamum.* Hic

vero, quum *Lineam Sanctam* non parum interturbari ſentiret, quod *Abrahami* progenitores ad *idololatriam* fuerint prolapſi, ut diſertim de *Theracho*, & reliquo *Avorum* ordine conſignatum *Joſ.* XXIV: 3. *emplaſtrum* homini linendum fuit, ad malum ulcus contegendum. *Fieri equidem poteſt*, inquit, *ut ex his aliquis fuerit, cui* RES *illa* DIVINA *non adhæſerit, veluti Therach: attamen Abraham fuit* תלמיד *diſcipulus Avi ſui Heberi: præterquam quod Noachum etiam vidit & audivit: ſicque adhæſit ipſis* RES DIVINA *ab Avis ad Nepotes; & Abraham fuit* PECULIUM *Heberi & diſcipulus ejus, atque ideo* העברי HEBRÆUS *vocatus fuit:* (*Heber autem* PECULIUM *Semi: Semus* PECULIUM *Noachi:*) *quia ipſe heres fuit climatum temperatorum, quorum medium & præſtantiſſimum fuit terra Canaan, quæ eſt* TERRA PROPHETIÆ. *Japheth autem ad Aquilonem; Cham conceſſit ad Meridiem.* Hiant, ut quivis cernit, omnia; rimas agunt; ſentinam trahunt, atque eos vapores exhalant, qui ſi miſeram *Synagogam* vertigine perpetua potuerint rotare, & infinita imaginatione implere, *Chriſtianos* homines nunquam ne attingere quidem, nedum inficere debuiſſent: quum *Spiritum Gratiæ* & *Gloriæ* oppugnent, atque omnia fundamenta *Legis* & *Euangelii* convellant. Contumaciſſimam illam & deſperatam plane impugnationem ipſius *Legis*, nedum *Euangelii*,

lii, oculis ſubjiciet hæc periodus, qua profunda *Satanæ* tandem enudantur: *Ex Abrahami porro filiis* SANCTUM PECULIUM *fuit Iſaacus; unde reliquos ſuos omnes a Terra hac* מסוגלת SANCTA PECULIARI *procul amandavit; ut ſoli propria eſſet Iſaaco. Iſaaci autem* SANCTUM PECULIUM *fuit Jacob; expulſo fratre Eſavo; quia Jacob ſolus dignus illa Terra habitus. Filii Jacobi* כלם סגולה היו *omnes* SANCTUM *extitere* PECULIUM, *apti ad* REM DIVINAM *recipiendam; atque ad illos pertinuit ſedes hæcce* REI DIVINÆ *dicata. Sic primum omnium* RES DIVINA *reſedit* על קהל *ſuper majore cœtu; poſtquam* ביחידים *ſingularibus tantum perſonis inhæſiſſet: & Deus cuſtodivit, fœcundavit, multiplicavit, & magnificavit illos in Ægypto:* quemadmodum *arbor, quæ bonam habet radicem, ſuccreſcit, donec fructum priori, de qua plantata eſt, aſſimilem proferat; Abrahamo ſcilicet, Iſaaco, Jacobo, Joſepho & Fratribus ejus. Tales fructus fuere, Moſes & Aharon; Mirjam, Bezaleel & Oholiab; principes XII Tribuum; LXX Seniores, qui digni fuerunt Prophetia perpetua* (i. e. Spiritu infallibili per omnia ſecula) *Joſua, Caleb, Chur, Mirjamæ filius, & alii multi; qui digni fuere, ſuper quibus appareret* האור *illud Lumen* (iſtius *rei Divinæ*, ſive *Kabbalæ*) *& Divina illa Providentia:*

per quam videlicet *Sacratiſſimum* hocce *depoſitum* usque ad *R. Judah Hakkadosh*, Conditorem *Thalmudis*, per *Lineam Sanctam* deſcendere ac tramitti deberet; ut tactum ſupra *pag.* XV.

En *catenam auream Salutis*, quam fabricarunt *traditionum* Architecti; unde media in *Synagoga luminare* fulgentiſſimum utriusque *Kabbalæ* ſuſpenderunt. Hanc intendebat *Abarban. in Comm. Legis fol.* 48. laudatus a Cl. *Buxt. Diſſ.* III. p. 126. *Rabbini noſtri accurate veſtigarunt catenationem Sapientiæ, a ſchola Semi ad ſcholam Heberi; & inde ad Abrahamum Patrem noſtrum.* Haſce *Kabbaliſticas ſcholas* ubique concelebrant *Magiſtri*; easque ſine ſuſpicione fraudis adoptavit Cl. *Diſſertator pag.* 125. inde *theſi* ſuæ *ſecundæ* fulcrum ſubditurus. Ea erat: *Quare præ aliis Semi liberis & nepotibus, in Heberi potius, quam in alterius alicujus familia, Linguam Hebræam conſervari voluerit Deus?*

Quos hac in materia tractanda *manes* paſſus ſit inſignis *Philologus*, aperui *Præf.* ad *Prov.* a p. LIX. ad LXIV. Nunc inſpiciendum præbui, undenam nebulæ illæ offuſæ ſint oculis Noſtrorum, atque in *Eccleſiam Chriſtianam* imprudentiſſime infuſæ. An eo usque nobis fides habenda *Judæorum Scriptoribus*, ut etiam ubi *perfidiæ* manifeſti ſunt, *traditiones* adverſus *Nomen Chriſti* male confutas, atque interpoles, deveneremur? In *Comment. Myſtico* ad *Gen.* XXV:

22. ubi *Rebecca* dicitur *iviſſe ad conſulendum Dominum*, annotatur, *non alio iviſſe eam, quam in ſcholam Heberi.* In *Thalmude* etiam docemur, *Jacobum XIV annos vixiſſe in Domo Heberi, Legis diſcendæ cauſa:* hoc eſt, *Linguæ & traditionis Sanctæ.* Nempe ut *Seder Olam*, ſive *Chronicon Judaicum* habet, *Heber vixerat, cum naſceretur Phalegh, XXXIV annos*, & תפש *ſuſcepit adminiſtrandam Scholam & Academiam:* nempe *Kabbaliſticam* illam, inde ab *Adamo* in *Linea Sancta* derivatam. Fuit nempe *Heber* inter יחידים *ſingulares* illos, quibus *cœleſte pignus Linguæ Sanctæ* creditum; & quorum ab *ore infallibili* pendendum fuit; ut ſupra ex *Cozri*, per *Buxtorf.* ipſum edito converſoque, vidimus. Fuit & *Phaleg*, ejusdem PECULIUM ad *auream* iſtam *Lineam;* altero Filio *Joctane*, cum *numeroſiore* XIII liberorum *familia* a communione *Linguæ paternæ* excluſis: quippe qui fuerint קלפות *cortices* & *putamina* mera, quibus, ut reliquis *Semitis*, *Chamitis*, & *Japhetitis*, illa RES DIVINA, i. e. *Kabbala e Cœlo demiſſa*, & *per Linguam Sanctam* unice *propaganda*, non potuerit inhærere.

Hæc, quæ ante oculos erant, prætervidens tamen Cl. *Diſſert.* bona fide hinc *theſin* ſuam ita adſtruit p. 125. *Itaque per illos ipſos quoque*, Heberum & Phalegum, LINGUA DEI, & POPULI DEI, *con-*

tinue videtur propagata esse sine interruptione &c. iterumque: *quia ergo Heberi Linea & Familia* סגלה PECULIUM SANCTUM *erat Semi & Noachi, ideo quoque* לשון סגלה LINGUA PECULIARIS & SANCTA *in ipsius* FAMILIA, *& non per plures, fuit conservata* &c.

Si a *Postello* hæc profecta essent, qui in verba *Kabbalistarum* juraverat, haud mirarer: nunc a *Buxtorsio* nostro, nostro inquam, id est, summe *Orthodoxo*, & a *Kabbalæ impurissimis principiis* penitus abhorrente, talia proficisci potuisse miror simul, simul doleo.

Nempe *Postellus*, cum cohorte sua *Fanatica*, nemini sano potuit nocere. At *Buxtorfius*, magnæ in *Literatura Orientali* auctoritatis, bene multos & suo tempore, & nunc etiam, invenit; quibus sapientiæ suæ de religionis visa pars est, tanti Nominis sententiis circa has materias abstrusiores, nec intellectis, nec expensis, subscripsisse; atque etiam iisdem vehementius intendendis, ut fit, incubuisse.

His autem sententiis *purum putum Kabbalismum* esse inclusum, quamvis pleno in die jam reluceat; illustrius adhuc effulgebit ex iis quæ eadem *sect.* 95. *Lib.* I. *Cozri* subtexuntur, levando scrupulo adversus *Linguam Sanctam* incusso ex *improbitate eorum*, quibus ea *vernacula* erat: *si qui rebelles erant inter eos*, *qui*

qui expurgatione opus haberent, ſine dubio tamen fuerunt סגולה PECULIUM SANCTUM, *quatenus ratione nativitatis & naturæ ſuæ* מן הסגולה *de illo* PECULIO SANCTIORE *orti erant, & gignere poterant qui futuri eſſent* סגולה PECULIUM: *quin edocti erant, in* PATRE REBELLI *aliquid admixtum manere* מן הסגולה *de* PECULIO SANCTIORE, *quod ſe exereret in Filio aut Nepote, quum nempe gutta ſeminalis ſeſe purificaret; quemadmodum diximus de* TERACHO, *& aliis, quibus* RES DIVINA *non inhæſit; niſi tantum in* שורש תולדתו *Radice generationis, eo quod genituri eſſent* סגולה PECULIUM SANCTIUS. *Hoc non ita factum fuit in generationibus omnium, qui a Chamo & Japheto proſeminati. Simile quid cernere eſt & in rebus naturalibus; ſæpe enim accidit ut Filii Patribus prorſus non ſint ſimiles, ſed Avis: ubi non eſt dubitandum quin* RADICALITER *illa* NATURA & SIMILITUDO *latitaverit in Patre; quamvis ſenſibus externis id non apparuerit; prout* NATURA HEBERI *in Filiis ejus latuit, donec ſe prodidit in* ABRAHAMO.

Palpandam trado *Radicem* univerſæ *Theologiæ Judaicæ*, id eſt, *vitis Sodomææ*, quæ ex *ſideratis* ac *fulguritis* agris *Gomorrhæ*, per utramque *Kabbalam*, iterum orepſit, ſeque *uvis* & *botris*, omni *felle* adverſus

verſus *Chriſti Euangelium* turgentibus, ſuperbiſſime extulit.

Hinc quoque voces illæ jactabundæ *Joh.* VIII: 33. *Semen ſumus Abrahami* &c. itemque vſ. 39. *Abraham Pater noſter eſt:* quin vſ. 41. *unum habemus Patrem, Deum.* Nempe, ut ſupra viſum, *Adamus* & reliqua *Linea Sancta*, titulo *Filiorum Dei* præminuerunt reliquo *generi humano*, quod *Res Divina* עבין האלהי id eſt, *Gloria Dei* in *lingua* & *ſcriptione* illa *Sancta* refulgens, ipſis tanquam *ſemen cœleſte* adhæreret; ut qui סגולה *peculium Sanctum* conſtituti in terris a Deo, in quibus ſolis *Divinitas* voluerit reſidere, & *Sanctitatis* ſuæ lumina atque ornamenta explicare.

Hinc ergo omnes in univerſum *Judæi*, per omnem ſeculorum ſeriem, ac decurſum, *gens Sancta; peculium Dei; æterna* ejus *ſors*, *poſſeſſio*, *hereditas*; quos per *linguam*, & *ſcriptionem Sanctam*, *Divinæ* participes reddat *naturæ*. Sic ſibi ſuisque velificantes veſani iſti cæcique mortales, eousque provecti ſunt improbitatis, ut in *rebellibus* quoque *Iſraëlitis* iſtud *Sigillum*, & *Semen Sanctum*, ex parte remanere contendant; quod ſupra erat, *aliquid admixtum* מן הסגולה *de Sanctiſſimo peculio*, quod ſe iterum in *Filio*, vel *Nepote*, purius pleniusque ſit exerturum. Quo Patre tales *Abrahami poſteri* ſint editi, *Os veritatis* pronunciavit *Joh.* VIII: 44. Eorum in poſtremo

ſtremo hocce *dogmate* projectiſſimam *Apoſtaſiam*, alia occaſione in lucem protraxiſſe operæ pretium fuerit ex *ſect.* 96. & 97. *Lib.* I. *Cozri* ubi *Rex* ad prægreſſa: *In veritate hæc eſt dignitas ab Adamo deſcendens, quippe qui maximus inter creaturas terreſtres: ac proinde vobis debetur majeſtas* הגדולה *ſuper omnia, quæ in terris exiſtunt. Sed tamen ubinam illa dignitas, quum peccatum in vitulo patratum?* Tum *Magiſter* omnes ſe in formas convertere, ad *fœdifragium* illud ſpecioſis coloribus prætexendum, atque eo tandem prorumpere: *Excuſationem mereri hoc delictum, propter præcedentem inter ipſos conteſtationem; & quod de ſexcentis millibus non ad tria millia virorum pertigerit numerus eorum, qui vitulum coluerint* &c. *Antiſtites autem culpa eximi, eo quod hac ratione voluerint manifeſtos fieri contumaces, ut ob cultum vituli e medio tollerentur: ergo cum reliqua Dei beneficia, in Manna, in Columna, & glorioſa præſentia Lucis, non ceſſaſſe: tum præſertim Prophetiam continuatam; & indies inter ipſos adauctam: denique* NIHIL *ipſis de gratia Dei* SUBTRACTUM *fuiſſe.*

Ad hæc nihil aliud in præſenti, quam quod *Dominus. Joh.* VIII: 44. ut ad *ſcopum* tandem veniam; quem mihi hac in diſquiſitione præſtitui.

Nempe unico hocce fundamento ſubnixi *Judæo-*

rum Magiſtri, Alumnis *Synagogæ* inculcarunt, ex *Heberi* poſteris ſolum *Phalegum rei Divinæ* i. e. *linguæ Hebrææ* fuiſſe *heredem*; excluſis a patrimonio iſto Fratre ejus *Joctane*, & *Arabibus* ab eo *proſeminatis*. Itemque in *Familia Abrahami* ad ſolum *Iſaacum linguam Hebræam* transmiſſam, *Iſmaëlitis*, & *Keturæ* poſteris, qui *Arabiæ* ſedes occuparunt, a *peculio* iſto repulſis. In *Iſaaci* ſimiliter *domo* ſolum *Jacobum* ad uſum *linguæ Patriæ* & *Avitæ* admiſſum; *Eſavum* autem & *Eſavidas*, id eſt *Idumæos*, ſeſſores *Arabiæ Petrææ*, ejus poſſeſſione exutos: ut ſolæ XII Tribus in *æternam hereditatem* hujus PECULII SANCTISSIMI immitterentur.

Hæc quid in ſinu gerant, neminem ultra, ut ſpero, fugiet. Utinam non fugiſſet Cl. *Buxtorfium*, qui *Diſſ.* III. *pag.* 125, 126. hanc *Sanctam lineam* recenſens, ac ſi *fundamentum* & *firmamentum* efficeret purioris *Orthodoxiæ*, inter alia *Theſi* ſuperius propoſitæ ita inſiſtit: *Quia ergo Heberi Linea & Familia* סגולה PECULIUM SANCTUM *erat Semi & Noachi, ideo quoque* לשון סגולה *lingua peculiaris & Sancta in ipſius Familia, &* NON PER PLURES, *fuit conſervata* &c. &c. *Proinde per* HANC FAMILIAM *propagata fuit* lingua Hebraica, *ut tamen non ad omnes, qui ab Heber deſcenderunt, pervenerit, ſed ad quosdam duntaxat, qui videlicet ipſius fuerunt*

runt מגולה &c. &c. *Heber namque duos habebat Filios, Phalegum & Joctanem, Gen.* X. JOCTANIS FAMILIA *in hunc cenſum non venit* &c. &c. *Similiter non omnes, qui ab* ABRAHAMO *progeniti Filii Abrahami appellati ſunt; ſed tantum ii, qui ab* ISAACO *deſcenderunt. Nec omnes qui fuerunt a patre Iſraël, dicti Filii Iſraël Rom.* IX: 6, 7. *Huc facit quod in Lib. Cozri* p. 1. *ſect.* 47. & *ſect.* 95. extat: *Abraham fuit* PECULIUM *Heberi, Heber* PECULIUM SEMI, & *Semus* PECULIUM *Noachi.* Reliquum *ſtemma Kabbaliſticum* cum *Sacris* ſuis *vittis*, & RE DIVINA, per SANCTAM *Radicem* deplantata atque defixa in ipſis quoque *Rebellibus*, non expromſit Cl. *Diſſertator*, quod ea plane *perfida*, & *Phariſaica* eſſe, facile pervideret. Cur ergo vel particulas ex maſſa illa toto fermento *Phariſaico* conſperſa decerpſit; atque inde *Sanctam* iſtam *Lineam* transſumſit, per quam uſus hereditarius *Linguæ Hebrææ* ſoli iſti *Sacro ſtemmati* vindicetur, in *Heberi* familia ab iſtius *Linguæ* poſſeſſione excluſis *Joctanidis*; in *Abrahami* domo *Iſmaëlitis*, & reliqua proſapia minus legitima; in *Iſaaci* item, *Eſavo* & *Eſavidis* omnibus iſta hereditate dejectis: nedum ut maledicto illi ſemini *Canaanis* ulla ſors aut portio in *Linguæ Sanctæ peculio* potuiſſet concedi.

Incredibilis enimvero illuſio, qua mentes *Synagogæ* per *Kabbalæ* veneficium potuiſſe excantari nemo

emirabitur: ſed eidem ſeſe permiſiſſe imaginationi inſignes e noſtris *Theologos* ac *Philologos*, vix concipi poſſet, niſi experientia omnium ſeculorum doceret, in *colliſionibus* acrioribus, iis præſertim quibus ſe religioſus admiſcuit zelus, tanto graviores committi exceſſus, quanto animoſius utrimque depugnetur.

Illaudabile illud certamen, quo *factiones Critica*, & *Anticritica*, inter ſe ſeculo præcedente commiſſæ *orbem Eruditum* ſciderunt, etiamnum durat, ac ſubinde hinc & hinc recrudeſcit, *controverſiæ ſtatu*, cum ponderibus, ac momentis, vix bene cognito, nedum examinato atque perpenſo ab iis, qui vel his vel illis in partibus militant. *Capelliani* contendunt, inter alia, quæ alibi expoſita, *ſcriptionem veterem Moſis*, ipſis *Judæis* fatentibus non tantum, ſed ſancientibus veluti, fuiſſe *Samaritanam*. Id negant & pernegant *Buxtorfiani*, atque *Linguæ* & *Scriptionis Sanctæ* ſigna illa in aciem educunt, quæ ſupra luſtravimus.

Adoptatum ab iisdem *ſtemma* illud *Sacroſanctum*, quod ſupra pertextum: atque ab *hereditate linguæ* Patriæ & Avitæ expulſi ipſi *Patriarcharum* liberi, quotquot non eſſent de *Semine* illo *Sancto*, cui ſoli RES DIVINA i. e. *Linguæ* & *Scriptio Sancta* poſſet adhæreſcere; atque tam *beatum beansque* PECULIUM committi. *Dialectus Arabum* præſertim, qua nulla devinctior *domui Heberi* per *Joctanidas*: *Jemanæ*

næ poſſeſſores vetuſtiſſimos: nec non *domui Abrahami* per *Iſmaëlitas;* itemque *domui Iſaaci* & *Jacobi*, per *Eſavum*, & *Idumæos;* qui omnes non potuerunt non *Linguam Parentum* ſuorum cum lacte materno imbibere; atque ſuos ad poſteros transmittere, pronunciatur a bene multis, iis etiam in caſtris, ubi id minime omnium expectari potuit, quæ ad illuſtrationem *Hebrææ Dialecti* admoveatur: utpote *Sanctiori*, quam ut illuc *Dialectus* illa profana, & nunc *Muhammedis* ſordibus inquinata, adſpirare poſſit.

Ne *Judæi* quidem ipſi, cum iſta ſua *Arbore Kabbaliſtica Linguæ Sanctæ*, illuc progreſſi; quum *linguæ Arabicæ* intimam *affinitatem* comiter ubique venerentur, atque centenis locis lucem inde affuderint. Multo minus Cl. *Buxtorfii* illuc evecti, *Dialectorum* cultores & propagatores ſtrenui; quibus immenſum quantum hac in parte debetur.

Ne *Buxtorfiani* quidem ulli, qui in *Dialectis* plus minusve viderunt. Illi tantum hic conſpiciendos ſeſe dedere, qui nihil in iis videbant; ignorantiam videlicet ſuam contemtu earundem vel tecturi, vel ulturi.

Ut hos omnes, ubicumque tandem regionum, orarumque, demerear, eosque faſcino illo *Judaico* in perpetuum liberem, atque exſolvam; grande illud arcanum recludam, quod Natio perduellis iſti *ſtem-*

mati Sancto incluſum, atque *Chriſtianorum* oculis ſubtractum voluit quam vaferrime.

Apparet illud ab *Adamo linea recta* deductum eſſe usque ad *Iſaacum*, unde *Eſavus* & *Jacobus* deſcenderunt. Minorem illum fratrem cum *jure primogenituræ*, quod Major ei vendiderat, etiam *Linguæ Sanctæ poſſeſſionem* propterea ſolum retinuiſſe ſanciunt, eamque pro *æterno peculio* in omnes ſuos poſteros, probos improbos juxta, propagare meruiſſe tanquam pignus *habitantis* inter eos ſolos ac *reſidentis Divinitatis*: *Eſavum* vero glorioſa iſta hereditate exutum, atque æterna maledictione, cum omni ſua poſteritate, percuſſum. Non tam nugatores *Judæi*, ut pro *Lingua*, vel *literis* talia nobis monſtra cuderent, niſi *altiorem ſcopum* ferire voluiſſent. Hunc oculis ſubjiciam ex *Abarbanelis Comment.* in *Eſaj.* XXXIV. ubi dira *Edomi* evaſtatio coloribus exaggeratiſſimis depingitur. Et *oraculum* & *titulum* myſtice applicant *Chriſto* ac *Chriſtiano Nomini*. Nempe, ut doloſiſſimus ille *Judæorum* adſtruere molitur, חכמי אמת *Sapientes veritatis* (h. e. *Kabbaliſtæ*) *tradiderunt*, *animam* Esavi עשיו *migraſſe in animam Jeſu* ישו: *eumque Jeſum* ſcil. *hac de cauſa frequentem fuiſſe in diſertis*, *virum agreſtem*, *virum litium & contentionum cum Sapientibus Phariſæorum*. Subdit virulentus ואולי נקרא ישוע שאותיותיו חם

הם אותיות שם עשיו במילואו & *fortaſſe appellatus fuit Jeſus, quia literæ hujus nominis ſunt literæ Eſavi, ſi plene exaretur.* Nempe inſerto *Jod*, ut pro עשו ſcribatur עשיו, quod transpoſitis literis in ישוע *Jeſus* converſum ſit.

Eadem virulentia hæcce pigmenta linivit: *Multa ſane ſimilia inter Iſraëlitas & Romanos* ſive *Chriſtianos; ſicut olim Jacobum inter & Eſavum.* I. *Ut communem habuere patrem, & fidem unam; ſic fides Chriſtianorum & Iſraëlitarum in eo convenit, quod unum habeant Patrem in fide ſua, Deum Deorum: quin & unam Legem: nam & illi agnoſcunt Legem Moſis eſſe veram.* II. *Eſau doloſe ſerviit Patri ſuo* &c. *ſic Chriſtiani* &c. III. *ſicut Eſau uxores accepit Cananæas* &c. *ſic mixtum genus Chriſtianum* &c. IV. *Quemadmodum primogenituram & benedictionem meruit* JACOBUS, ESAU *tantum bona terreſtria; ſic Filii Iſraël digni habentur conjunctione & providentia Divina*, per *pignora Linguæ Sanctæ* videlicet; unde *Chriſtiani excluſa.*

Hoc eſt illud *Deut.* XXXII: 33. חמת תנינם יינם *Venenum Draconum eſt vinum eorum, & fel aſpidum virulentius.*

Cavebunt, ſpero, in poſterum Doctores *Chriſtiani*, ne *vitim* hancce *Sodomæam*, & *arborem Genealogicam Linguæ Sanctæ*, admirentur, ejusque vel aura ſe contigi amplius patiantur; nedum ut pro *dogmate*

mate Judaico, tanquam pro *orthodoxiæ Arce*, propugnent; quod rite examinatum, & penitius introſpectum, omnem *orthodoxiam* funditus ſubvertit: *Spiritum gratiæ*, ac *gloriæ* tam ſub V. quam ſub N. T. contumelia afficit, ſanguinemque *Fœderis utriusque* proculcat.

Ut omnes hæ tenebræ, quæ in *Eccleſiam* irruperunt, diſſipentur, reſuſcitanda ſunt *Dialectorum* ſtudia, quæ ſeculo præcedente pulcherrime enituere, noſtro autem hocce indecore elanguerunt; atque partim *Guſſetianismo*, partim *Kabbalismo Hieroglyphico*, ita oppreſſa jacent, ut vix liberum trahere valeant ſpiritum; atque ab illa parte, ubi earumdem ignorantia præſidet, & judicia dictat, vel maxime oppugnentur.

Hoc non tantum *Reformationis* curſum ſufflaminavit, verum etiam ad ejusdem dedecus ac detrimentum incredibile & redundavit jam, & ulterius redundabit, niſi cum faſcino *Judaico* jam ab oculis diſcuſſo, etiam veternus ille excutiatur, ſub quo *Literatura Orientalis* ferme ubique regionum conſopita eſt.

Ut autem ſtudia illa tantum non intermortua revigeſcant, atque ad lætiores usque ac usque fructus exuberent, non *limina* tantum *Dialectorum* ſalutanda; non in *atriis* ſubſiſtendum, ſed ad *penetralia* ipſa connitendum: ut per illam interiorem & ſolidiorem no-

notitiam, tum earundem *harmonia* diluceſcat, ac vere *ſororia connexio*, qua unum idemque *corpus linguæ Primævæ* conſtituunt, atque repræſentant; tum *Hebraicæ Dialecti* nativa indoles, cum veteri opulentia, & dotibus admirandis, ſuper *candelabro* refulgeat *Eccleſiæ:* atque læta luce, quicquid adhuc obnubilatum, diſſerenetur.

Eum in finem ſub prælum dedi *inſtitutiones Aramæas;* quibus potentiſſimas olim *Dialectos Syriacam* & *Chaldaicam*, in vetera ſua regna, per *analogiam* reſtitutam & amplificatam, immittere aggreſſus ſum. Opus diu graviores ob curas protractum, fores pulſat carceris; emittendum tum, quum de *lingua Primæva*, atque de *novarum*, ad *Turrim Babylonicam*, *Origine genuina*, datam fidem liberavero.

Eidem ſcopo ſubſervit renovata hæcce ſummi noſtri *Erpenii Grammatica Arabica*, per quam ad *Primævæ Linguæ* opulentiſſimam *Dialectum* aditus ita recluſus, ut quæ inacceſſa credebantur atque *Europæ* noſtræ impervia, expedito pede intrari, atque inoffenſo circumluſtrari cœperint a maximis ingeniis, ejus incredibilem ante cum *Sacri Codicis Dialecto* concordiam admirantibus: atque mox infinitam inde lucem in *Hebraicam* ditionem certatim infundentibus.

Hæc ſeculi XVII palma, & gloria, quam Docta ſemper poſteritas concelebrabit cum *Erpenii* perenni

laude, & *Golii* item noſtri immortalibus meritis, conjunctam.

A magnis hiſce viris traditam *lampada* ſi non deſtituerit noſtrum ſeculum, ſed eodem in ſtadio decurrere pergat, *origines* infeliciſſime hactenus in cœlo vel *Metaphyſico*, vel *Hieroglyphico*, vel alio quovis *imaginario* adhuc quæſitas, in *Dialectorum fundo ſororio* indagaturum, deprehendet, non propius, non certius, non dignius eas veſtigari poſſe, quam ex illa *Dialecto*, quæ, citra ullam dubitationem, una cum *Hebræa*, ex familia *Heberi* per *Joctanem* propagata, atque in *Arabiæ* penitiores, ac *feliciores* illas, quæ vocantur, *ſedes* immiſſa eſt: quæque deinceps per *Iſmaëlem* ex *Abrahami*, per *Eſavum* & *Idumæos* ex *Iſaaci* domo, in *Arabiæ Petrææ* provincias novis coloniis eſt deplantata: tam firmis, tam *antiquæ Linguæ* tenacibus, ut non de vano glorientur *Meccæ* & *Medinæ* poſſeſſores, *Muhammedem* ipſa *Dialecto Iſmaëlis* conſignaſſe *Alcoranum*; ſeque etiamnum eumdem florem honoremque illibati ſermonis retinere.

A communione ergo *Linguæ Hebrææ* excludere & ablegare *Arabas*, quid tandem aliud cenſeri queat? quam *fermentum* fovere *Judaicum* circa *rem* illam *divinam*, i. e. *Linguam & Scriptionem Sanctiorem*, quæ poſteris *Joctanis*, *Abrahami*, & *Iſaaci*, tanquam *corticibus* non potuerit inſidere, atque inhærere: quin

quin ultra *fanatismum* illum *Synagogæ* imaginationi ſuæ indulgere, quum *Rabbini* eos nunquam abdicarint *hereditate linguæ Patriæ*, qua *linguæ*; ſed qua *linguæ Kabbaliſticæ*, cœleſtibus arcanis in *ſcriptione* ſua *Quadrata* & *Beata* ſuffertæ: quippe ad cujus communionem extra *Lineam Sanctam* non potuerit adſpirari. Hinc *Liber* II. *Cozri Sect.* LXVIII. *Tres iſtæ Linguæ*, *Aramæa*, (cujus ambitu *Syra* & *Chaldaica* incluſæ,) *Arabica*, & *Hebraica ſunt* משותפות מתרמות *ſociatæ inter ſe*, & *aſſimiles in vocabulis*, *in flexionibus formarum*, & *in conſtructionibus*; *ſed Hebræa eſt earum eminentiſſima.*

Eam *eminentiam bifariam* probari ait: מקבלה ומסברא *ex Kabbala*, & *ex Ratione*. De *Kabbaliſtica* iſta *præcellentia* plus ſatis diſſertatum. Ex *Ratione* quæ promit, præterquam quod contorta ſint omnia, hominis cauſam jugulant; & tamen hoc ſub *vexillo* etiam ſtari video, ac militari, a Noſtris; quos quidem ego, præter Cl. *Buxtorfium*, illas argutationes, meracum ſpirantes *Synagogæ* venenum, vix ſub oculis habuiſſe crediderim; ſaltem nunquam eas expendiſſe perſuaſus ſum, quod alias eas *ſuas* facere haud potuiſſent. Præ foribus occaſio, qua & in hancce ingrediar diſcuſſionem. In præſenti tantum obſervari velim, *librum* iſtum *Kabbaliſticum*, qui *Cozri* inſcriptus, *Arabica Lingua* fuiſſe conſcriptum a *R. Jehuda Hallevi* qui circa Annum *Chriſti* 1140.

in *Hiſpania*, imperantibus ibi *Saracenis* floruit: & ſocer fuiſſe dicitur *Aben-Ezræ*. Erat *Dialectus Arabum* homini *vernacula*; ac proinde *teſtimonium* ab hoſte utique *Alcorani*, (& *Linguæ* eatenus *Arabicæ*) de *intima ſocietate* & *ſimilitudine* ejusdem, æque ac *Aramææ*, cum *Hebræa*, datum, anſam præcidit omnibus cavillatiunculis, quas *Dialectorum* ignari conquiſiverunt, præſertim adverſus *Arabicam*, quam ſingulari Numinis beneficio in *Europæum orbem* illatam, ad *Hebrææ veterem opulentiam*, *potentiamque*, cum *analogia*, & *originibus* antiquiſſimis, penitius perveſtigandam, tanquam *peregrinam*, *degenerem*, *impuram*, a *pomœriis Sacris* procul ablegare, neſcio quo *zelo*, ſuſtinent; ultra *Rabbinos*, quorum id vel maxime interfuiſſet, provecti. Sed hæc, & alia complura hanc in materiam, alias. Nunc vela colligens, & ex longo curſu in portum imminens, verbulo conſilii mei rationes expediam, atque de acceſſionibus, quibus *editionem* hancce renovatam prodire volui, pauca ſubtexam.

Deprehendi per univerſum profeſſionis meæ curſum, non aliunde graviorem *Literaturæ Orientali*, quum præcedenti ſeculo pulchre efflorescceret, maturioresque usque promittere videretur fructus, injectam eſſe ſecurim, quam per infeliciſſimam illam imaginationem de *Lingua* & *Scriptione Sancta*, qua *Hebræi* olim diſtincti, a vicinisque populis, *Chaldæis*, *Syris*,

Syris, *Arabibus* præſertim, diſcreti ac ſecluſi, fuiſſent. Hoc quum initio ſeculi XVII vel indoctum plane, vel *fanaticum* cenſeretur, poſt infauſtiſſimum illum conflictum inter *Capellianos* & *Buxtorfianos*, mutata rerum facie, ſi non doctum, religioſum ſaltem maxime cenſeri; eo usque, ut ſenſim ſine ſenſu ſupervacuum videri cœperit, *Dialectis* tali *ſanctimonia* haud inſignitis operam aliquam impendiſſe; idque curioſum magis quam neceſſarium aut utile tandem habitum: non ſane a fidiſſimis *Dialectorum* Cultoribus *Buxtorfiis;* non a *Buxtorfianis* eruditis; ſed tantum ab illis, qui ne primoribus quidem labris *Dialectos* deguſtarant: vel & ab iis qui ſe *Guſſetianis*, *Neumannianis*, ſimilibusque *Hypotheſibus*, permiſere.

Ne prætextu res careret, animoſe ſollicitari cœpta *Dialectorum auctoritas;* easque vel *degeneres* eſſe, vel *novicias*, non ſine vehementia pronunciatum; ab iisdem videlicet, qui eas nunquam ſalutaverant.

Geminam *Literaturæ Hebraicæ*, ne quid gravius dicam, remoram, & ſufflamen ſatis immodeſtum ac moleſtum, tandem e medio removendum eſſe duxi.

Priori nervum ſuccidit *Præfatio* hæcce; diſcuſſionem ante *Commentarium* in *Prov. Salom.* ſuſceptam complens.

Poſteriorem *immodeſtiam* confutabunt *Excerpta ex*

Hamaſa, quæ ſubnectenda curavi; tum ut *editio Goliana* cum luculentis illis, quibus ornata eſt, acceſſionibus, pretium ſuum retineret; tum ut noſtræ huic aliquid dignitatis circumdaretur ex antiquis monumentis, & Carminibus, quæ meraciſſimum veteris *Arabiæ* genium ſpirant. Titulus *Anthologiæ* huic inditus *Hamaſa* حماسة *fortitudinem* ſignat *bellicam*, omnemque adeo *vehementiam*. Ex innumeris *Poëtis*, qui ante, & poſt *Muhammedem*, floruerunt, eam collegit *Abu Temmam*, princeps *Parnaſſi Arabici*, qui vixit ab A°. *Hegiræ* 191. ad 231. atque breviſſimo iſto ſpatio, non intermorituram ſibi famam peperit. *Herbelotius* in *Bibl. Orient.* ſcribit, eum omnia ſua *Poëmata* unum in *Diwan* ſive *Syntagma* redegiſſe, quod *Hamaſſa* inſcripſerit. Necdum eam viderat tunc ſcilicet. Rectius ſe habent, quæ ad vocem *Hamaſſa* ſubnotavit. *Opus inter cultores Poëſeos nobilitatum, quod concinnavit Abu Tamam Tajenſis: ex Antiquiſſimis Poëtis Arabum collectum, in ſuo quibusque genere excellentiſſimis.* Juvabit paucula ex *Taurizio* appoſuiſſe: qui in veſtibulo commentarii ſui monet, *Arabes ab omni inde ævo Poëſi* fuiſſe deditos, quo veluti *Theſauro* publico gloriabantur, in quo antiquum decus ac pondus *Linguæ* ſemet conſervaſſet. Laudat quoque dictum *Muhammedis*, اذا اعياكم تفسير اية من كتاب الله فاطلبوه في الشعر فانه ديوان العرب

Quum

Quum vos exercitos habet interpretatio versiculi e Libro Dei; quærite usum verborum in carminibus; namque carmina sunt tanquam Rationarium Arabum. Hoc prosequens subdit, افضل الامم من كان به امهر وحظه منه اوفر وهم العرب الذين جعلوه ديوانهم الذي يحفظون به المكارم والمناسب ويقيدون به الايام والمناقب ويخلدون به معالم الثناء ويبقيون به مواسم الهجاء ويضمنون به ذكر وقايعهم في اعدايهم ويستودعونه حفظ صنايعهم الي اولبايهم والي هذا المعني اشار حبيب بن اوس بقوله

إنَّ ٱلْقَوَافِي وَٱلْمَسَاعِي لَمْ
تَزِلْ
مِثْلَ ٱلنِّظَامِ إذَا أَصَابَ
فَرِيدَا
هِيَ جَوْهَرٌ نَثْرٌ فَإنْ
أَلْفَتْهُ

فَالشِّعْرُ

فَقَالَ الشِّعْرُ صَارَ قَلَائِدًا
وَعُقُودًا ۞
وَتَنَدَّ بَيْنَهُمُ الْعَلَي إِلَّا
عَلَي
جَعَلَتْ لَهَا مِرَرُ الْقَرِيضِ
قَيُودًا ۞

Qui inter Nationes Poëſi præcelluere, atque ſortem in ea abundantiſſimam nacti fuere, ſunt Arabes; qui & Rationarium eam ſuum conſtituerunt, in qua nobilitates & proſapias cuſtodirent, illuſtres dies & glorioſa facinora conſignarent: inſignia laudis, & notas vituperii perpetuarent: cladium inimicis illatarum, ut & meritorum in amicos collatorum, memoriam includerent, atque reconderent. In hunc ſenſum Habyb Ibn Aus, (eſt nomen verum noſtri *Abi Temmam*)

Sane Rhythmi, & Muſæ, haud ceſſant
Inſtar habere lineæ unionibus conſertæ.
Soluta oratione, margaritæ ſunt; quas ſi nexueris
Carmine; exiſtant torques & monilia.
Diffugiunt inter eos celſiſſimæ virtutum, niſi queis
Funiculi poëmatum perennia injecerint vincula.

Sic ſuo jure ille, qui *Chalyphas*, aliosque ſui ſeculi prin-

principes, immortalitate donavit. De hac autem *Anthologia*, quam ex *Veterum Poëtarum* innumera copia delibavit, teſtatur *Taurizius*, judicatum fuiſſe ab omnibus ان ابا تمام في اختياره الحماسة اشعر منه في شعره *Aba Temmam in excerpenda Hamaſa ſe majorem ſemet ipſo Poëtam præſtitiſſe*, ſive *ſemet ipſum in Poëſi exſuperaſſe*. Nil mirum; ex millenis enim Auctoribus ſplendidiſſima quæque ſummo cum delectu conquiſiviſſe, atque unum in *Syntagma* compegiſſe, eſt *Arcem Poëſeos* occupaſſe ſimul, ſimul fructu cumulatiſſimo omnes in univerſum *Arabicæ Linguæ* cultores ſibi immortaliter devinxiſſe.

Opus decem ſub *Titulis* digeſtum. Primus eſt باب الحماسة *Fortitudo bellica*, omnis *animoſior vehementia*. Is dimidium *Syntagmatis* efficit: reliquis partibus in nominis ſocietatem admiſſis, quod nihil non *ſingularem* ſpiret *animoſitatem*. Alter *Titulus* ſiſtit المراثي *Epicedia*; unde paucula tantum promſi, quæ ad *pag.* 540. incipiunt. Tertius الادب *Literaturam humaniorem* p. 572. & ſeq. Quartus exhibet النسيب *Carmina amatoria*. Quintus الهجاء *Satyrica*. Sextus الاضياف *Hoſpitalitatis laudes*. Septimus الصفات *deſcriptiones* lectiſſimis *Epithetis* illuminatas. Octavus السير والنعاس *ignavos* taxat *mores*. Nonus الطرف والملح venuſta & *ſalſa dicta* complectitur. Decimus denique

ذم ومدح النساء *vituperia & laudes Mulierum.*

Ex ſeptem poſtremis nihil hic libatum: quæ excerpſi, deſideria non explebunt *Philarabum*, quorum intereſt, quemadmodum & *Literaturæ Hebraeæ*, ut univerſus hicce *Theſaurus* ſinceræ & caſtæ *Antiquitatis* in dias luminis oras emergat.

Deſino in *Codicibus* quibus uſus ſum: quos *Bibliotheca Academiæ* noſtræ aſſervat.

Nitidiſſimus eſt *Taurizianus*, cum luculento inſignis illius *Philologi* commentario. Subnotatum ad finem, Exemplar noſtrum deſcriptum eſſe ex ipſo *Taurizii Autographo*, cum eoque exactiſſime denuo collatum. Alter *Marzoukii*, cujus plenior adhuc, ſed ſpinoſior commentatio. Tertius ſplendide item exaratus, ſola carmina complectitur, hic illic varias offerens lectiones, quas indicare non neglexi. Scripſi *Lugduni in Batavis* ipſis *Kalendis Majis* A°. MDCCXLVIII.

THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

LIBER PRIMUS, DE ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM

De literis.

ARABUM literæ consonantes sunt XXVIII. quarum nomina, ordinem, & figuras cum suis potestatibus sequens tabella exhibet.

Ordo. Nomen & Potestas.	*Figura.*			
	in fine dictionis.		extra finem dictionis.	
	annexa præcedenti.	non annexa præcedenti.	annexa præcedenti.	non annexa præcedenti.
1 Elif. أَلِفْ *Spiritus lenis Græcorum, & Hebræorum.*	ـا	ا	ـا	ا
2 Be. بَآءْ B.	ـب	ب	ـبـ	بـ

Ordo. Nomen & Poteſtas.	*Figura.*			
3 Te. تَآءٌ T.	ـتـ	ـت	ت	ت
4 Thſe. ثَآءٌ T *blæſum.*	ـثـ	ـث	ث	ث
5 Gjim. جِـيـمٌ G *Gallerum ante e & i.*	ـجـ	ـج	ج	ج
6 Hha. حَآءٌ ח *Hebræum, i. e. duplex* H *ex ime pectore protractum* H', H H.	ـحـ	ـح	ح	ح
7 Cha. خَآءٌ Ch, *ſeu* χ *Græcorum cum raſione gutturis.*	ـخـ	ـخ	خ	خ
8 Dal. دَالٌ D.	د	د	د	د
9 Dhſal. ذَالٌ D *blæſum.*	ذ	ذ	ذ	ذ
10 Re رَآءٌ R.	ر	ر	ر	ر
11 Ze. زَآءٌ Z, *aut* S, *inter duas vocales.*	ز	ز	ز	ز
12 Sin. سِـيـنٌ S *initio dictionis, aut poſt Conſonantem.*	ـسـ	ـس	س	س

شد ـّـ

Ordo. Nomen & Poteſtas.		*Figura.*			
13 Sjin.	شِـيـنٌ	ش	ش	ـشـ	شـ
Sj *Belgarum, ch Gallorum, Sch Germanorum, & Sh Anglor.*					
14 Sad.	صَـادٌ	ص	ص	ـصـ	صـ
TS, *ſed ita ut S magis quam T audiatur.*					
15 Dad.	ضَـادٌ	ض	ض	ـضـ	ضـ
Idem blæſe.					
16 Ta	طَـآءٌ	ط	ط	ـط	طـ
T *in gutture pronuntiatum.*					
17 Da.	ظَـآءٌ	ظ	ظ	ـظ	ظـ
Idem blæſe: vix differt à ض.					
18 Ain.	عَـيْـنٌ	ع	ع	ـعـ	عـ
y Heb. difficillima litera.					
19 Gain.	غَـيْـنٌ	غ	غ	ـغـ	غـ
G *in guttura pronuntiatum.*					
20 Fe.	فَـآءٌ	ف	ف	ـفـ	فـ
F.					
21 Kaf.	قَـافٌ	ق	ق	ـقـ	قـ
K *in gutture pronuntiatum.*					
22 Kéf.	كَـافٌ	ك	ك	ـكـ	كـ
G *ante a o u, id eſt, K in anteriori parte oris.*					

Ordo. Nomen & Poteſtas.		*Figura.*			
23 Lam. L.	لَامٌ	ل	ل	ـل	ل
24 Mim M.	مِيمٌ	م	م	ـم	م
25 Nun. N.	نُونٌ	ن	ن	ـن	ن
26 Waw. W *noſtrum, Germanicum, Anglicum.*	وَاوٌ	و	و	ـو	و
27 He. H.	هَآءٌ	ه	ه	ـه	ه
28 Ie. ' *Heb. id eſt,* I *conſona, quam caveant Galli ſuo more pronuncient; is enim ſonus τοῦ* ج *eſt.*	يَآءٌ	ي	ي	ـي	ي

D E

DE NOMINIBUS LITERARUM.

NOMINA hæc πχνικὰ ſunt, ut apud nos, Be, Ce, El, Em, Ix, Zeta, &c. Quod ſi quædam aliud etiam ſignificant, caſu ſunt æquivoca. Declinantur autem Arabibus more reliquorum nominum: unde terminationem *on* in nominativo adſciscunt, quam ego brevitatis cauſa Latine non expreſſi, ut ipſi quoque Arabes in recitatione Alphabeti ſui eam negligunt. Elif etiam *Hamza* vocatur: ratio poſt patebit.

DE ORDINE.

ORDO hic Orientalium Arabum eſt, id eſt, Aſiaticorum & Ægyptiorum: Occidentales, ſeu Mauri, paulo alium obſervant, ſcilicet

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض
ع غ ف ق س ش ه و لا ي ۞

Olim apud utrosque alius obtinuit, qui etiam numeris denotandis inſervit, & octo fictis vocabulis vulgo exprimitur; apud illos, ſcilicet Aſiaticos, idem qui apud Hebræos, hoc modo,

أَبْجَدٍ هَوَزٍ حُطِيٍّ كَلَمُنَ سَعْفَصْ
قُرِشَتْ ثَخُذْ ضَظُغْ ۞

Apud hos, nempe Mauros, paulo alius, in hunc modum,

أبجد هوز حطي كلمن صعفض
قرسنت ثخذ ظغش ۞

Qui in Alphabeto Aſiatico hodierno ف literæ ع poſtponunt, contra omnium Lexicorum, & Alphabeticarum inſtitutionum ipſorum Orientalium, quæ mihi videre contigit, id faciunt fidem.

De Figuris literarum.

Dubium non eſt, quin pleræque figuræ literarum Arabicarum a Syriacis derivatæ ſint.

Septem autem ſcripturæ Arabicæ reperiuntur genera, quorum

Primum & potiſſimum eſt نسخي *Niſchi*, quo Alcoranus vulgo apud illos ſolet ſcribi, apud nos autem libri excudi.

Secundum تعليق *Taalik*, quo Perſæ utuntur; quique ad *Niſchi* ſe habet, ut typi Hebræi Henrici Petri ad typos Plantinianos aut Bombergianos.

Tertium ديواني *Diwani*, quod in forenſibus & quotidianis negotiis Turcæ uſurpant; maxime cum Turcice ſcribunt: habetque ſe ad *Niſchi*, ut *Masket*

ket Hebræorum ad ſcripturam Aſſyriacam. Ad hujus ſcripturæ elegantiam pertinere videtur, quod lineæ in progreſſu aſcendunt, maxime verſus finem: raro enim quid hac ſcriptura expreſſum videas, in quo id non contingat.

Quartum قِرْمَهْ *Kirma*, cujus uſus fere tantum eſt in tabulis accepti & expenſi Imperatoris Turcarum. Hoc minus attente conſideratum ſimilius videtur eſſe ſcripturæ vulgari Judæorum, quam תֹּ֫ *Niſchi*: literis enim conſtat exiguis, nec invicem connexis.

Quintum eſt ثُلُثِّي *Sjulſi*, in titulis librorum & diplomatum adhiberi ſolitum; habetque ſe ad *Niſchi*, ut majuſculi illi characteres Latini, quibus librorum tituli apud nos excudi ſolent, ad characteres communes: literæ enim eædem ſunt quæ *Niſchi*, ſed multo majores & pinguiores, mireque elegantibus ductibus cohærentes.

Sextum eſt يَاقُوتِيّ *Iakuti*, & ſeptimum رَاحَنِيّ *Rahani*, ſic dicta ab auctoribus ſuis ياقوت & راحن; qui ad majorem ſcripturæ venuſtatem, ut ſunt Arabes καλλιγραφίας ſtudioſiſſimi, peculiares quosdam literarum ductus & nexus, ſuo quisque modo, excogitarunt.

Hiſce octavum addi queat *Mauritanicum*, quod ſatis multum a præcedentibus differt; qua de re poſt nonnihil.

Nos

Nos typorum inopia, primæ tantum ſcripturæ, tanquam præcipuæ & primitivæ, quaque cognita, reliquæ nullo fere negotio addiſcuntur, literales figuras propoſuimus in tabula Alphabetica.

Cæterum, cum literæ Arabicæ omnes, præter ſex ا د ذ ر ز و, ſequenti in eadem dictione inter ſcribendum annectantur, & in fine liberiori ductu protrahantur, ejusdem literæ, ratione connexionis & ſitus, plures ortæ ſunt figuræ: ita in tabella propoſitæ, ut prima columna eas, quæ initio dictionum, & in medio poſt ſex illas illigabiles: ſecunda, quæ in medio poſt ligabiles: reliquæ duæ quæ in fine; prior quidem poſt illigabiles; poſterior vero poſt ligabiles uſurpantur, exhibeat. Separatim autem exprimendæ, figura finali illigabili pinguntur.

ل tamen ـلـ ſubjungendum peculiare quiddam habet: nam aut ſeparatim illi apponitur & quaſi cadens includitur, ſic ﻝ; idque tum maxime, cum ل præcedenti annectitur: aut cum illo in unum coaleſcit, hoc modo ﻟ, quum ل non cohæret cum alia: atque iſtæ literæ ſic conjunctæ, nomine compoſito vocantur *Lam-elif*, ac ſi una eſſent; ut & quidam opinari videntur, dum ultimæ Alphabeti literæ eas præponunt: at male.

Variant interdum, in codicibus manuſcriptis præcipue, ut non omnes uno modo & æque bene pingunt, figuræ nonnihil a ſupra poſitis; ſed ea variatio tanta eſt, ut nec regulis comprehendi, nec typis repræſentari facile poſſit. Tu talia exemplaria nactus, diligenti conſideratione & cum his noſtris col-

collatione, facile eas agnoſces & obſervabis, etiam in omni ſcripturæ genere: eſſentialem enim ab his differentiam non habent, niſi quod Mauri *Kaf* uno puncto ſuperne inſigniunt, hoc modo ڧ; τῷ *Fe* vero, ut ab illo differat, ſuum apicem ſubjiciunt, in hunc modum ڤ: qua quidem nota certo dignoſces codices eorum ab iis, qui in Oriente exarati ſunt.

Orientales autem pro triplici puncto τῦ ش lineolam interdum adhibent, hoc ﺵ, aut hoc ﺵ, modo. Utrique compendii gratia omittunt ſubinde puncta illa Διακρίτικα, quibus ſolis figuræ quædam diverſarum literarum diſtinguuntur; ut ب ت ث ج ح خ ف ق; unde ſcriptura exſurgit lectu & intellectu difficillima. Parum eſt, quod interdum in una & altera litera negligantur, quæ absque iis facile agnoſcitur: ut in le finali hoc modo ى ſcripto; quod paſſim accidit.

Plerumque tamen puncta illa Διακρίτικα ſolent adjici; quin & iis figuris, quæ illorum abſentia ab aliis diſcernuntur, ſcilicet ع ط ص س ر د ح, quædam interdum apponi notæ, ſignificantes debitam punctorum abſentiam, τοῖς س ر د quidem ſuperne hoc modo ﺱ ﺭ ﺩ, reliquis vero inferne, ſimiles illis aliæ, minori ut plurimum forma, ſic ع ط ص ح
ع ط ص ح
Idem ſubinde τῷ س contingit; cui & eadem de cauſa interdum tria puncta ſubjiciuntur, hoc modo ﺱ. Ita τῷ He finali aliud interdum ſuperponitur, indicans abſentiam punctorum quibus interdum in-

ſignitur; de quo poſtea. Hæc tamen hodie raro, & non niſi in accuratiſſime ſcriptis obſervantur.

Figurarum in dictione & dictionum in linea, ea eſt conſequutio, quæ Orientalium fere omnium, a dextra ſcilicet ſiniſtram verſus.

Pleræque autem figuræ baſi lineæ incumbunt, nec ulla infra eam deprimuntur, præter ى ر ز ه ه م و & لا, itemque finales protractas; unde ج ح خ annectendæ literis, quæ ductum ſuum in baſi lineæ terminant, ne ipſæ deprimantur, eas, cumque iis ſæpe alias, connexas elevant: ut تَجْرِبَةٌ *experientia*, non تَجْرِبَةٌ: ſic أَلتَّجْرِبَةُ, أَلْمُخَاطِبُ *colloquens*, شَحْطٌ *remotio*, &c. Quæ autem unius ſunt dictionis, juſte a ſe invicem ſeparatæ ſunt, nec nimis magnis diſtantiis aut vinculis ſe mutuo conſequuntur, niſi lineæ quantitas obſtet: dictio enim in fine ejus ſcribenda ſi ſatis loci non reperiat, admittit inter inconnexas grandius ſpatium, ac inter eas in duas partes ſecatur; quarum prior lineam reliquis adæquat, poſterior in margine ponitur, hoc modo:

كُلُّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِي بِهِ ٱلْحَافِي

Omni calceo calceatur γυμνοπόδης. Crebro tamen priori ſuperponitur, fere ſic:

قَ

أَلْحَيَاءُ يَمْنَعُ ٱلرِّزْ *Verecundia prohibet largitionem.*

Interdum initio ſequentis lineæ collocatur, quod per-

perpetuo obſervant libri typis excuſi. Si autem diſſectionem iſtam dictio aliqua commode non admittat, tota initio ſequentis lineæ reſervatur, & ad lineæ complementum præcedentis dictionis vinculum aliquod producitur in hunc modum:

فِي ٱلْبَدْءِ كَانَ ٱلْكَلِمَةُ وَٱلْكَلِمَةُ كَانَ عِنْدَ ٱللَّهِ
وَٱللَّهُ هُوَ ٱلْكَلِمَةُ كَانَ هٰذَا قَدِيماً عِنْدَ ٱللَّهِ ۞

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Erat hoc æternum apud Deum.

Quæ vinculi productio in principio aut medio lineæ etiam interdum adhibetur ornatus gratia: maxime in trito illo,

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ ۞

In nomine Dei miſeratoris miſericordis.

Dictionum a ſe invicem diſtantia major, quam quæ eſt literarum unius dictionis, in manuſcriptis vix obſervatur, quod fines earum figuris literarum finalibus ut plurimum facile cognoſcantur. At periodorum ſic ſatis magna fere adhibetur; quin & notis hisce ۝ * * * * . ·: & ſimilibus, itemque ﴿ & ﴾ fines earum non raro indicantur; quæ tamen neceſſitate aliqua urgente periodi membris diſtinguendis inſerviunt: particulares enim diſtinctionum & certarum orationis qualitatum notas extra Alcora-

num non facile eſt reperire: at in eo ﷺ minio voci ſuperne adſcriptum periodi finem, aut colon deſignat, ut ﷺ hypocolon, & ﷺ comma; niſi, quod malim, hoc unionis potius quam diſtinctionis notam eſſe ſtatuas. Triplex autem punctus craſſus & caudatus hoc modo ﷺ, & in quibusdam exemplaribus unus ſolum ſic ﷺ, rhythmi nota eſt, non diſtinctionis; etſi rhythmo ſententiæ non raro terminentur. Atque hæc diabolico illi libro peculiaria ſunt, ut alia pleraque, de quibus alias. Ait Theſeus Ambroſius ﷺ commatis, ﷺ coli, ﷺ hypocoli, ﷺ Interrogationis, ﷺ reſponſionis, & ﷺ periodi apud Arabes notas eſſe: ſed fides ſit penes auctorem.

ΠΑΡΕΡΓΟΝ.

Solent Arabes Chriſtiani & Judæi odio Mahomedanorum pleraque ſua quæ ad religionem ſpectant ſcripta Arabica alio charactere conſignare: illi quidem Chriſtiano, id eſt Syriaco; hi vero Judaico, id eſt Hebræo. Ac tum literas ﷺ & ﷺ more Arabum formant ab affinium figuris appoſito puncto, in hunc modum ﷺ & ﷺ: ﷺ autem & ﷺ a Caf & Gimel, Judæi quidem ſuperſcripto raphe, hoc modo ﷺ, quibus ﷺ eſt ﷺ, ﷺ, & ﷺ. Syri vero ſubſcripto puncto, ſed ſoli Caf, ſic ﷺ: nam Gimel manet nudum; cui ut repræſentet ﷺ punctus inſcribitur, hoc modo ﷺ Literis autem ﷺ & ﷺ exprimendis Syri ﷺ & ﷺ, id eſt figuras τοῖς ﷺ nullo conſtituto diſcrimine etiam adhibent: ſecus

Ju-

Judæi, qui has cum daghes, ſic תּ דּ, illas cum raphe, in hunc modum תֹ דֹ, exprimunt, ut tale ſit horum Alphabetum Arabicum.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ
א ב ת תֹ ג ח כֹ דֹ ר ז ם שׁ צ צֹ ט טֹ
ع غ ف ق ك ل م ن ه و ي ۞
ע גֹ פֹ ק כ ל מ נ ה ו י

DE POTESTATE FIGURARUM.

POTESTAS ſeu valor figurarum eſt, quod ipſæ tanquam ſigna repræſentant: eſtque primaria aut ſecundaria. Primaria eſt ipſe literarum ſonus, quem aliarum linguarum characteribus, quorum valor notus eſt, in tabula quam potuimus convenientiſſime expreſſimus; quod in plerisque commode ſatis fieri potuit, in aliis non item. Præcipua difficultas eſt in ثخذ ضظغ, maxime in حضع, quæ vivam docentis vocem requirunt.

De ſolis ـه & ـة pauca quædam hic addenda ſunt: eæ enim valorem ſuum interdum mutant: ـة quidem in eum qui eſt ـتْ, in cujus indicium hujus puncta ſuperne aſſumit hoc modo ـة: quod in finibus nominum tantum accidit, ad genus fœmininum aut plurale deſignandum, ut poſt fiet manifeſtum.

ـه autem vocali deſtitutum, poſitumque immediate ante aliud ـه, aut literas اهحخغ, retinet quidem proprium ſonum, non ſecus ac ſi vocalem poſſideret; inque ejus indicium ſuperne inſigni-

tur Nun rubro, ut أَنْهَارٌ *fluvii*, مِنْ عَبْدِ ٱللَّهِ *a ſervo Dei:* ſed ante alias ſonum variat: nam,

1. Ante ب ſonat ut Mim; idque indicat Mim rubrum ei ſuperſcriptum, ut عَنْبَرٌ ambaron, non ânbaron, *ambra.* مِنْ بَيْتٍ mim beitin, non min beitin, *de domo.* Sic Latini & Græci N ante B in M mutant: ut, imbibo, ἐμβάλλω, pro inbibo, ἐνβάλλω.

2. Ante لَمْبِرٌ accipit ſonum ſequentis, ſuperpoſito Gain rubro, & appoſito ad لَمْبِرٌ duplicitatis nota Tesdid, de qua poſtea: ut, مِنْ رَبٍّ mirrabbin, non min rabbin, *a domino;* مِنْ لَّيْلٍ milleilin, non min leilin, *a nocte.* Sic Latini & Græci illicitus, immunis, ἐλλείχω, ἐμμιάω, pro inlicitus, inmunis, ἐνλείχω, ἐνμιάω.

3. Ante reliquas ſonat N cum G mixtum, quomodo Turcæ ڭ non raro pronunciant, & vulgo nunc ſolet efferri ע Hebræum: ejusque ſoni nota eſt Cha ſuperſcriptum, & rubedo puncti ττ̃ Nun: ut, أَنْزَلَ angzala, non anzala, *demiſſit:* مِنْ طِينٍ ming tinin, non min tinin, *ex luto* Ante ق autem & ⊆, G illud τῳ̃ N adjunctum eſt manifeſtius, ſonusque ille mixtus fortior & vehementior; idque indicat punctum ττ̃ Nun rubrica triplicatum: ut,

ut, مُنْقَلِبٌ mungkalabon, *converſus*, مِنْ قَلْبِهِ ming kalbihi, *ex corde ſuo*: مُنْكَدِرٌ mungkedaron, *conturbatus*: ſic مَنْ كَفَرَ mengkefera *qui infidelis eſt*. Sic & N apud Latinos ante C eum quoque ſonum vulgo habet: ut incumbo, incredulus; & ſimiliter apud Græcos ante K, ſed in γ mutatum, ut συγκλάω, πέφαγκα.

Secundaria figurarum poteſtas ſunt numeri, quorum notæ ſunt eodem modo, quo Hebræis ſuæ, alphabeti enim ordine antiquo (ut ſupra) deſcripti primæ IX literæ unitates exprimunt, IX ſequentes denarios, reliquæ centenarios, ultima غ millenarium: cæteros additione ſupplent, ſicut Hebræi; ut يا ſit 11, يب 12, يج 13, يد 14, يه 15, كا 21, كج 23, تل 430, غق 1100, غش 1300, غخيج 1613, غغ 3000, &c.

Recentiores Arabes alios etiam ab Indis mutuati ſunt, quas his adjiciendas duximus.

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	o

His eodem prorſus modo utuntur, quo nos vulgaribus iſtis noſtris; ut ١٠ ſit 10, ١١ 11, ١٢ 12, ٢٠ 20, ٣٠ 30, ١٠٠ 100, ٤٠٠ 400, ١٠٠٠٠ 10000, ١٦١٣ 1613, & ſic cætera. Obſervandum autem eſt, pro decima (٠) non raro uſurpari quintam ٥: ſed tunc quinarius hac figura exprimitur ٥: ſic ١٥٥ eſt 100, ١٥٥ 155.

Sed

Sed ad figuras noſtras literarum revertamur: quarum duplici valori addi videtur poſſe tertius, quo compendii gratia ſigna integrarum dictionum ſunt, aſſumpta ut plurimum ſuperne hac ~ figura in myſterii hujus indicium. Idque accidit vocabuli ſignificandi, ſi ſolum ſit, literæ primæ; ut صّ pro صَدِيقٌ *juſtus*, جّ pro جَمْعٌ *plurale*, طّ pro طَرَفٌ *finis*. ſi cum aliis conjunctum, vel primæ, ut كّهيعّصّ pro كَافِي هَادِي يَدُهُ عَلَيْهِمْ صَادِقٌ *Efficax* (ſcilicet *eſt Deus*,) *director fidelium*,) *manus ejus* (*ſuſtentat omnia*,) *ſciens* (*omnia*,) *verax* (*in promiſſis ſuis*) vel alii, puta primi vocabuli primæ, medii mediæ, ultimi ultimæ; ut عّمّ pro عَلَيْهِ السَّلَامُ, עה, *ſuper eo ſit pax*, الّمّ pro أَنَا اللَّهُ أَعْلَمُ *Ego Deus ſum ſapientiſſimus.*

CAPUT SECUNDUM

De diviſionibus literarum.

DIVIDUNTUR hæ literæ multifariam, ratione ſcilicet pronuntiationis, roboris, affinitatis, officii & ſocietatis.

Ratione pronuntiationis: in Gutturales, quæ nullum certum linguæ ſitum aut labiorum motum re-

requirunt, ſed in ipſo gutture efformantur, ſuntque أَ حَ خَ عَ غَ هَ.

Labiales, quæ labiorum opera pronuntiantur, بُ وَ مَ فْ.

Palatinas, quæ efferuntur mucrone linguæ inferius palatum tangente, & interiori ejus parte ſuperius palatum pulſando ſonos diſtinguente, & ſunt جِ يِ شَ قْ كْ.

Dentales, quæ proferuntur mucrone linguæ tangente ſuperiores dentes, vel inferne, vel interne رَ زَ سْ شَ صَ ضْ.

Linguales, quæ proferuntur mucrone linguæ ſuperius palatum mobiliter tangendo, ſuntque ثَ ذَ ظْ تَ دَ طَ لَ نْ. Hæ una cum Dentalibus *Solares* vocantur, ut reliquæ omnes *Lunares*.

Ratione roboris dividuntur literæ in *Debiles*, quæ inter pronuntiandum interdum enervantur, ſonoque proprio amiſſo alii inſerviunt, أَ وِ يِ; & *Robuſtas*, quibus id non accidit, quales reliquæ omnes.

Ratione affinitatis, in *Permutabiles*, quæ facile invicem commutantur, quales eæ fere omnes ſunt quæ ejusdem ſunt organi, itemque ض & ظ, & longe frequentiſſime Debiles أَ وِ يِ; & *Impermutabiles*, quæ non permutantur invicem, ut pleræque aliæ.

Ratione officii, in *Radicales*, quæ radicem ipſam ſeu primum thema ſolummodo conſtituunt, ſequentes, ثَحَجْ خَدَذْ رَزَشْ صَضَطْ ظَعْغَفْ; & *Serviles*, quæ derivatis formandis & accidentibus radici inducendis non raro inſerviunt, quales reliquæ. Quin & طد etiam interdum pro ت ſervili veniunt: ſed de his poſtea.

Ratione ſocietatis, in Compatibiles, quæ mutuo ſe in eadem dictione conſequi poſſunt, & Incompatibiles, quæ conjungi recuſant.

Incompatibiles ſunt.

Gutturales حَعْخَغَه: interdum tamen ſ τφ̃ ع ſubjungitur.

ب & ف م. At Nun ante Be ſonum τδ̃ Mem induit, ut jam monui.

ث & ت	ض & ش
ث & س ص ض ط ظ	ص & ض ط ظ
ج & ق غ ك	ض & ط ظ
خ & ق ظ ك	ط & ظ ك
د & ذ	ظ & غ ق
ذ & ص ض ط ظ	غ & ق ك
ر & ل	ف & ك
ز & ص ض ظ	ل & ن; ſi لَنْ *nequaquam*, &
س & ص ض	عَلَنَ *manifeſtavit*, exceperis.

At ſerviles his incluſas ut radicem conſtituentes accipio: actu enim cum ſerviunt, cuilibet literæ adjungi poſſunt: ut بِفِضَّةٍ *argento*, تَثَبَّتَ *con-*

confirmabis, لِرَبٍّ *domino*, كَقُوْلِكَ *ut si dicas*, &c.

Duæ quoque similes initio dictionis quam rarissime concurrunt, nisi prior serviat. Et ن vocali destitutum in medio dictionis raro ponitur ante literas لَوْمِيرُ: د autem carens vocali, etsi interdum scribitur ante ت, nunquam tamen pronuntiatur; qua de re Cap. 4.

Reliquæ omnes Compatibiles sunt, quamvis aliæ aliis sæpius conjunguntur.

Hujus observationis usus est ad ea scripta, quæ punctis essentialibus consonantium destituuntur, melius legenda, corrupta restituenda, ambigua determinanda, & denique vocabula Arabica a Barbaris discernenda.



CAPUT TERTIUM

De Vocalibus.

CONSONANTES ex clauſtris oris educuntur à vocalibus, quarum tabella hæc eſt.

Nomen.	*Figura.*	*Poteſtas.*
Phatha فَتْحَةٌ	بَ	Nunc *a* purum & clarum, ut in *ama ham*; nunc cum *e* mixtum, id eſt η Græcum, ut multi id nunc pronuntiant.
Dſhamma ضَمَّةٌ	بُ	Nunc *u* purum & clarum; nunc cum *o* mixtum, id eſt *o* obſcurum.
Kesre كَسْرَةٌ	بِ	*i* ſimplex.

Literam ب ſingulis adjeci, ut una opera ſitum earum docerem, quo ſolo prima & ultima diſcernuntur: utraque enim lineola eſt, apud Orientales qudiem a dextra ſiniſtram verſus deſcendens, ut tabula eas exhibet, apud Occidentales vero prorſus jacens, hoc modo بِ بَ. Quare interdum perpendiculariter pingatur in hunc modum ا, poſt fiet manifeſtum.

Valet autem Phatha *a* clarum, & Dshamma *a* obſcurum, cum ponuntur ſupra ultimas dictionum literas, aut ſupra حَخْصَضَ طَظْغَعَقْ: ut in ſe-

ſequenti exemplo liquet, خَلَقَ ٱللَّهُ ٱلْعَالَمَ. وَكُلَّمَا فِيهِ وَهُوَ لَا خُلِقَ مِنْ أَحَدٍ Chalaka l laho l alema wakollama fihi wahua la cholika min ahadin, id eſt; *Creavit Deus mundum & quidquid in eo eſt; ipſe autem non eſt creatus a quoquam.* alias illud nunc *a* clarum, nunc cum *e* miſtum, id eſt a Anglorum, *ai* Gallorum, ut in **mate**/ *faire:* hoc nunc *u* clarum, nunc cum *o* mixtum, id eſt, *o* obſcurum Belgarum & Italorum? ut in **lucht**/ *dolce:* quod uſu diſcendum; ut: إِنْ كَانَ ٱللَّهُ مَعَنَا مَنْ يَكُونُ عَلَيْنَا In cana l laho maana men jecuno aleina. *Si Deus eſt pro nobis, quis erit contra nos?*

Accidit his vocalibus Productio & Nunnatio.

Productio eſt ſoni ſimplicis roboratio, & quaſi duplicatio; ita quidem, ut

Phatha ſonet *a* circumflexum ſeu longum; quomodo noſtrates pronuntiant **ae**/ exempli gratia, **maer**/ **daer**: vel a Anglicum productum, ſeu ã.

Dshamma *u* longum, ut Germani id pronuntiant, id eſt u Græcorum, **oe**/ Belgarum, *ou* Gallorum: *vũs*, **hoer**/ *vous.*

Kesre *i* circumflexum ſeu longum, **ie** noſtrum, ut **niet**/ **riet.**

Quod tum iis accidit, cum habent poſt ſe literas أَوِي vocalibus deſtitutas.

Phatha quidem ◌َ, ut قَارٌ, KAR.

Dshamma vero ◌ُ, ut قُورٌ, Kŭg.

Kesre autem ◌ِ, ut قِبْرٌ. Kĭg.

Exuunt enim in tali ſtatu literæ iſtæ poteſtates ſuas, (unde vulgo dicuntur *quieſcere*) & naturam vocalium præcedentium induunt, cumque iis in unam longam coaleſcunt.

Nunnatio eſt additio ſoni Nun ad ſonum earum, ita ut ſonent *an*, *on*, *in*, ſintque ſyllabæ inverſæ potius quam vocales: quod accidit iis tantum ad extremas nominum literas; ejusque in ſcriptura indicium eſt duplicatio figuræ, hoc modo, بّ, vel بًّ, بٌّ, بٍّ vel بٍّ; quæ ſonant بَنْ, بُنْ. بِنْ. *ban*, *bon*, *bin*. Unde & Nun, quod in iis includitur, conditionibus illis mutationis ſubjectum eſt quibus ◌ ſubjectum eſſe, dictum eſt Capite primo. " autem niſi ponatur ſupra ◌ّ, aut ◌ٕ pro ◌ِ poſitum, aſſumit poſt ſe ا, hoc modo بِّا, absque ullo ſoni augmento. Et ◌ّ compendii gratia non raro ſic pingitur ◌ّ, ◌ّ ,, .

CA-

CAPUT QUARTUM

De ſyllabis, ubi de Gjezm & Tesdid.

EX conſonantibus & vocalibus conſurgunt *Syllabæ*, ita ut in pronuntiatione conſonæ vocales ſemper præcedant: nulla enim ſyllaba Arabica a vocali inchoatur, aut ea ſola conſtat; ſuntque puræ vel mixtæ.

Pura eſt, quæ conſtat una ſola conſonante & vocali, eaque vel brevi, ut بُ بِ بَ, velut in نُصِرَ *adjutus fuit*; vel longa, ut بَا بُو بِي, velut in نَاصِرِيْنَ, نَاصِرُوْنَ, نَاصِرٍ, *juvantium, juvantes.*

Mixta, quæ duabus conſonantibus vocali una copulatis, ut بَلْ بُلْ بِلْ (quo pertinent literæ cum vocali nunnata, ut ـًـٌـٍ) ubi vides ultimam literam hac nota (°), quæ tamen non raro imperfecte ſic (·) vel ſic (ᵒ) pingitur, ſuperne inſigniri; cujus nomen eſt جَزْمٌ *Gjezmon*, i. e. *reſectio*: officium vero, indicare, eam, cui ſuperponitur, literam ſyllabam mixtam conſtituere, & cum præcedente vocali copulari. Invenies quidem eam etiam literis اوي quieſcentibus ſubinde appoſitam, ut نَاصِرِيْنَ: يَنْصُرُوْنَ, ſed minus bene; ut præter rationes,

quæ

quæ adferri queant, correctiſſima Alcorani exemplaria, eam iſtis locis non habentia, abunde confirmant. Sed nec ا in fine dictionis poſt و quieſcens id agnoſcit: quia nullum ſonum auribus exhibet, ut نَصَرُوا *juverunt*; non vero نَصَرُوْا.

Secunda ſyllabæ mixtæ litera compendii cauſa inter ſcribendum non exprimitur, cum immediate poſt ſe habet aliam ſui ſimilem, ſed per figuram quandam ſequenti appoſitam commode repræſentatur: cui figuræ nomen eſt تَشْدِيدٌ *Teſdid*, i. e. *roboratio*, *duplicatio*; forma, iſta (ّ); ſitus, ſupra literam: Occidentalibus tamen etiam hac forma (ـّـ) ſubjicitur; ſicut hac (ـٍـ), & hac quoque (ـّـ) ſubinde, ſuperponitur: ut نَزَّلَ, نَزِّلَ; نَزَّلَ, نَزَّلَ, pro نَزْزَلَ. Duplicat itaque figura iſta literam ſuam: ac omnibus omnino conſonantibus communis eſt; excepto ا, quod ut conſonans vocali deſtitui nequit.

Eſt autem Teſdid duplex: Neceſſarium, & Euphonicum.

Neceſſarium eſt, quod adſcribitur literæ immediate ante ſe vocalem habenti: ut in exemplis allatis.

Euphonicum vero, cujus litera ante ſe habet conſonam vocali deſtitutam, quæ Euphoniæ cauſa in pronuntiatione periens ſequenti ſimilem in locum ſuum ſubſtituit.

Eſtque Commune, vel Initiale.

Il-

Illud eſt quod ſupra mediam vel ultimam dictionis literam ponitur.

Eſtque Deltale, vel Lambdale.

Deltale adſcribitur literæ ت poſt د, ut: وَجَدْتُّ wagjatto, *inveni;* حَمِدْتُّمْ hamattum, *laudaſtis.*

Lambdale adſcribitur literis *Solaribus* poſt ل Articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ nominibus præfixi, ut: أَلسَّرَبُّ errabbo, ὁ κύριος; أَلدِّيْنُ eddino, ἡ κρίσις; أَللّٰهُ allaho, ὁ θεός: in quo tamen ultimo litera in prioris locum ſuppoſita ab ea non differt. Sic Latini pro adtollo dicunt attollo, pro conripio corripio, pro conligo colligo, non pingentes literam euphonice mutatam; alioqui ſcriberent adttollo, conrripio, conlligo: ſecus Arabes confuſionis evitandæ gratia. ل tamen Articuli non raro omittitur, cum *Solaris* eam ſequens ل quoque eſt, ad compendium & ſcripturæ elegantiam, ut: أَلْبَيْتُ pro أَلْلَبَيْتُ ἡ οἰκία, أَلْهَبُ pro أَلْلَهَبُ, ἡ φλόξ. Quod ob frequentem uſum perpetuum eſt in pronomine relativo أَلَّذِي, ejusque fœminino أَلَّتِي, & plurale maſc. أَلَّذِيْنَ, (nunquam autem in reliquis caſibus, quia rariores ſunt) ſcribuntur enim pro أَلَّذِي, أَلَّذِيْنَ, أَلَّتِي; & ſemper quoque accidit, cum Articulo præfigitur ل dativi caſus nota, ne tria

Lam concurrant, ut: لِلَّيْلِ *nocti* pro لِلَّيْلِ, لِلَّهِ *Deo*, pro لِلَّهِ.

Initiale eſt quod ſupra primam dictionis literam ponitur, adeoque ultimam præcedentis ſupplet.

Eſtque Primarium, aut Secundarium.

Primarium eſt, quod apponitur literis نَوْمِيرُ immediate ante ſe habentibus Nun giesmatum: expreſſum, ut: مِنْ رَبِّهِ mir rabbihi, *a Domino ſuo*; vel latens in vocali nunnata, ut: قَلْبٌ مُطَهَّرٌ qalbom mutahharon, *cor mundum* ſeu *mundatum*.

Secundarium, quod apponitur cuivis non gutturali immediate poſitæ poſt ſui ſimilem *giezm* affectam, ut: مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ men jeſtagfir rabbaho, *qui petit veniam a Domino ſuo*. Ubi ſimilis pro ſimili tantum ponitur, adeoque nulla ſoni mutatio inducitur: unde non video cur id fiat, niſi fortaſſis ne duæ iſtæ voces in unam coaleſcant. Invenies & interdum tale *tesdid* poſt ſimilem vocali affectam, ſed minio pictum, quod notat quædam exemplaria id non agnoscere; &, me judice, bene: nullam enim rationem video cur apponatur.

Cæterum *tesdid* initiale non in quibusvis codicibus reperitur: ſed ex regulis poſitis facile eſt noscere ubi ſubintelligendum ſit, ſi pictum non compareat.

CAPUT QUINTUM.

De reliquis notis Orthographicis; ubi de Hamza, Wesla, & Medda.

HAMZA.

ء (pro quo Mauri punctum crassum flavo aut viridi colore usurpare solent) *Hamza* i. e. *punctio* vocatur, & servus est literæ Elif mobilis; eique cum vocali appositum, motum ejus indicât actualem, ut أَنْ, أُنْ, إِنْ; ut sine ea, potentialem, id est, ا natura sua radicale & mobile esse, ut يَأْمَنُ *securus est:* unde & nomen ejus τῷ ا mobili sæpe attribuitur: quin & pro eo usurpatur, idemque in pronuntiatione valet, cum positum in fine dictionis, habet ante se aliquam literarum اوي, ut: مَآءٌ, سُوءٌ, شَيْءٌ, pro مَآأٌ, سُوأٌ, شَيْأٌ, *aqua, malum, res;* aut in medio literam aliam vocali carentem, ut: يَسْأَلُ pro يَسْأَلُ, *rogabit*, vel aliud ا, ut: أَءَنْذَرَ pro أَأَنْذَرَ, *an terruit?* Literis autem ى & ي superscriptum indicat eas pro ا sua natura mobili poni: يُوْمِنُ pro يُأْمِنُ, *credet*, إِيْزِرْ pro إِأْزِرْ *cinge.*

WESLA.

ـ *Weſla* vocatur, & ſoli quoque ا adſcribitur, in principio vocum, cum id, vocali ſua abjecta, plane otioſum eſt, quæque eam ſequitur conſonans cum præcedentis dictionis ultima vocali uniri debet, ut: قَلْبُ ٱلْمَلِكِ Kalbo-lmeliki, *cor regis.* Nihil itaque ـ eſt aliud, quam unionis illius indicium.

ANNOTATIO.

UNIONI autem huic ſubjectum Elif initiale eſt triplex, Verbale, Nominale, & Articulare.

Verbale eſt duplex; Imperii & Characteriſticum.

Imperii eſt, quod format Imperativum primæ Conjugationis, ut: أَنْصُرْ onſor, *juva*; اِضْرِبْ idrib, *verbera.*

Characteriſticum. quod initiale eſt in Præteritis Activis, Imperativis, & Infinitivis Conjugationum derivativarum ſecundæ & tertiæ claſſis, ut:

اِنْصَرَفَ	اِنْصَرِفْ	اِنْصِرَافًا	*mutatus fuit, mutatur, mutando.*
اِسْتَطْعَمَ	اِسْتَطْعِمْ	اِسْتِطْعَامًا	*cibum petiit, pete cibum, petendo cibum.*

Nominale eſt in his decem Nominibus.

اِمْرَأٌ	*vir.*	اِثْنَانِ	*duo.*
اِمْرَأَةٌ	*mulier.*	اِثْنَتَانِ	*duæ.*

اِبْنٌ	*filius.*	اِسْمٌ	*nomen.*
اِبْنَةٌ	*filia.*	اِسْتٌ	*nates.*
اِبْنَمٌ	*filius.*	أَيْمُنٌ	*juramentum.*

Articulare eſt Articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ: quo pertinet id, quod eſt in Relativo أَلَّذِي, & Caſibus ejus.

In his omnibus (niſi initio ponantur ſententiarum, aut poſt Articulum) ا initiale vocali ſua privatur, & quæ eam ſequitur litera vocali deſtituta, unitur cum vocali terminante dictionem præcedentem, aut ſervilis præfixæ, ut: يَدُ ٱبْنِكَ jedo-b nica, *manus filii tui*; بِٱبْنِكَ bibnica, *in filio tuo.*

Si dictio præcedens terminetur conſonante, ea adſumit Kesram, ut: ضَرَبَتِ ٱلْأُمُّ darabati-l,ommo, *verberavit mater*; مَنِ ٱبْنُكَ Meni-b, nuca, *quis filius tuus?* ubi ضَرَبَتِ eſt pro ضَرَبَتْ, & مَنِ pro مَنْ. Sed terminationes verbales تُمْ & وَا, itemque Affixa كُمْ & هُمْ, adſumunt Damma, ut: قَتَلَهُمُ ٱلْعَدُوُّ katalahumo-l,adouwo, *occidit eos hoſtis*: غَزَوُا ٱلْعَدُوَّ gazawo-l,adouwa, *oppugnarunt hoſtem*; & مِنْ *a* Fatham: ut مِنَ ٱلْمَلِكِ mina-l, meliki, *a Rege.*

Si autem præcedat nunnata, ea ante Articulum أَلْ abjicit Nun, ut: بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ Beito-l, mukaddaſo, *Domus ſanctificata*, pro بَيْتٌ. Alibi retinet, & ا unionis licet vocalem ſuam adſcriptam non habeat, in pronuntiatione tamen eam adſumit, ut: مَدِينَةٌ ٱفْتَتَحَتْ medinaton iftetahat, *urbs quæ capta eſt.*

Si præcedat aliqua literarum اوي quiescens, ea non obſtat unioni, ut: غَزَا ٱلْمَدِينَةَ gaza-l, medinata, *oppugnavit urbem*; يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ jagzou-l, medinata, *oppugnabit urbem*; نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ naſarou l, melica, *opem tulerunt regi*; أَنْصُرِي ٱلْأَخَ onſori-l, acha, *adjuva f. fratrem.* Sed Affixa ي, *meus*, *mea*, *meum*, & ني *me*, adſumunt Fatham ſuper ي, ut: كِتَابِيَ ٱلْعَظِيمُ kitabia-l, adimo, *liber meus magnus*; ضَرَبَنِي ٱلْمُعَلِّمُ darabania-l, muallimo, *verberavit me præceptor.*

Obſerva autem omnia Elif unionis ſervilia eſſe, & omnia naturaliter Kesram poſſidere; præter Imperativum, quod interdum habet Damma, & Articulare, quod Fatham; uti & Nominale & in ſolo أَيْمُنٌ.

Nota quoque hanc Regulam:

Elif

Elif unionis, ſequente immediate vocali, excidit, ut: مُدَّ pro أُمْدُدْ *extende.*

MEDDA.

~ *Medda* vocatur, & apponitur ا quiescenti ante ء, idque producitur: ut سَمَآءٌ ſamâon, *cœlum.* Superſcribitur tamen quoque notis Arithmeticis: & dictionum compendiis, ſeu literis integras dictiones repræſentantibus, ut apud Hebræos ſignum" hoc.

DE ACCENTIBUS.

ACCENTUS hic nulla eſt nota: ſed quæ dictionis ſyllaba attollenda ſit, facile cognoſcitur, Nam diſſyllaba attollunt penultimam, ut: بَيْتٌ beiton, *domus.* أُنْصُرْ onſor, *adjuva.* Polyſyllaba antepenultimam, ut: مَكْتَبٌ mectebon, *ſchola.* يَنْصُرُ janſoro, *adjuvabit.* Niſi penultima producatur per اوِي quiescens: tunc enim ea accentum habet: ut إِلَاهٌ ilâhon, *Deus.* غَفُورٌ gafouron, *condonans.* رَحِيمٌ rahîmon, *miſericors.*

LIBRI PRIMI APPENDIX

VERE AUREA.

SEU

CANONES

DE

Literarum اوي Natura & Permutatione.

CANONES GENERALES.

I.

LITERÆ أَوِي frequenter inter se commutantur. Sed in principio dictionis, itemque in medio, & fine, post Gjezmam, constanter manent.

II.

II.

Literæ اوي vocalibus destitutæ, post vocales heterogeneas, iis fiunt homogeneæ, ut:

نُـــؤْيٌ		نُـــأْيٌ *incile.*
بِـــئْـــرٌ		بِـــأْرٌ *puteus.*
نَـــارٌ		نَـــوْرٌ *ignis.*
مِـــيْـــعَـــادٌ	pro	مِـــوْعَـــادٌ *dictus locus, vel dictum tempus.*
دَارٌ		دَيَـــرٌ *domus.*
مُـــوْقِـــنٌ		مُـــيْـــقِـــنٌ *certum reddens.*

EXCEPTIO.

و ع ي *post Fatham non raro manent; ع diphthongescunt, adscripta Gjezma; aut quiescunt instar* ا, *sine Gjezma, ut:*

يَـــوْمٌ Jaumon, *dies.* رَمَـــيَـــةٌ Ramaho, *jecit eum.*

لَـــيْـــلٌ Leilon, *nox.* غَـــزَوَةٌ Gazaton, *oppugnatio.*

III.

Literæ اوي quiescentes, sequente Gjezma, excidunt, ut:

يَخَفْ
يَقُمْ
يَسِرْ
pro
يَخَافُ *timeat.*
يَقُومُ *ſtet.*
يَسِيرُ *eat.*

ANNOTATIO.

Elif unionis non ſit quieſcens, nec huic regulæ ſubjicitur, ut: فَٱنْصُرْ, itaque adjuva.

CANONES SPECIALES

ELIF.

I.

Elif in medio dictionis, mobile per Damma, in و; per Keſram, in ي mutatur, ut:

أُوبٌ
سُئِلَ
pro
أَأْبٌ *paſcua.*
سُئِلَ *rogatus fuit.*

Etiam poſt Elif quieſcens, ut:

قَآئِلٌ
مَآؤُهُ
pro
قَآئِلٌ *dicens.*
مَآؤُهُ *aqua ejus.*

II.

II.

Elif in medio dictionis, mobile per Fatham, post Damma, in و; post Kesram, in ي mutatur, ut:

دُؤَبٌ pro دُأَبٌ *studia.*

فِئَةٌ pro فِئَةٌ *agmen hominum.*

III.

Elif in fine dictionis, post Damma, in و; post Kesram, in ي mutatur, ut:

دَنُوَّ pro دَنُؤَ *vilis fuit.*

خَاطِيٌ pro خَاطِئٌ *peccans.*

IV.

Elif in fine dictionis post Fatham, mobile per Damma, in و; per Kesram, in ي mutatur, ut:

تَفْنَوُ pro تَفْنَؤُ *desinis.*

سَنَيٍ pro سَنَإٍ *foliorum sennæ.*

V.

Elif quiescens post Elif Fathatum excidit, Fatha perpendiculariter picta, vel adscripta Medda, ut:

أَمَنَ vel آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit.*

V I.

Elif quieſcens, ſequente alio Elif quieſcente, in Fathatum mutatur, ut:

نَـــأْصِـــرٌ pro {نَـــوَاصِـــرُ} *adjutrices.*

ANNOTATIO I.

و & ي, *ex Elif mobili deſcendentes, Hamzam perpetuo adſcriptam habent,* & ي *punctis non raro ſuis tunc deſtituitur. Mobile autem Elif* & *illud eſt, quod, licet actu vocalem non habeat, radicale tamen eſt, eamque habere aptum, ut:* بِـــئْـــرٌ *puteus.*

ANNOTATIO II.

Voculæ inſeparabiles ا ب ف ل و *non cenſentur Elif in medium collocare, ut:* لِأَبٍ patri, كَـــأُمٍّ inſtar matris: *niſi in Particulis quibusdam, ut:* أَئِـــنْ an ſi? لِـــئَـــلَّا ut ne.

CANONES WAW.

I.

و in medio dictionis mobile per Fatham, poſt Kef-

Kesram, interdum in ي mutatur, ut:

ثِيَابٌ } pro { ثِوَابٌ *vestes.*

II.

و in medio dictionis, habens post se aliud و quiescens, sæpe id expellit:

طَاوُسٌ } pro { طَاوُوسٌ *pavo.*
رُءُوسٌ } pro { رُؤُوسٌ *capita.*

III.

و finale post Fatham nequit moveri, sed abjecta sua vocali, & rejecto ad Fatham Nun vocali, si quod adsit, quiescit, in ا mutata, si sit tertia dictionis litera; aut in ي conversa, si quarta, aut ulterior, ut:

غَزَا } pro { غَزَوَ *oppugnavit.*
عَصًا } pro { عَصَوٌ *baculus.*
يُغْزَي } pro { يُغْزَوُ *oppugnatus fuit.*
مُعْطًي } pro { مُعْطَوٌ *datus.*

IV.

و finale post Damma, non fert Damma, vel Kesram; sed iis abjectis, quiescit, ut:

رُدُوْ } pro { رُدُوَ } & { رُدُوِ *periens & pereuntis.*

Si adſit Nun vocale, id retrocedit, & ى excidit, ut:

أَدْلِ } pro { أَدْلُوْ } & { أَدْلِيْ } *ſitulæ.*

V.

ى finale poſt Keſram in ي mutatur, ut:

رَضِيَ } pro { رَضِىَ *gratum habuit*, θέλησε.

V I.

ى ſervile in fine dictionis, ne eam terminet, adſciſcit Elif otioſum, ut:

نَصَرُوا } pro { نَصَرُوْ *juverunt.*
رَمَوْا } pro { رَمَوْ *jecerunt.*

CANONES IE.

I.

ي in medio dictionis, mobile per Fatham, poſt Damma, interdum in و mutatur, ut:

رَمَوَانٌ } pro { رَمْيَانٌ *projectio, jaculatio.*

I I.

ي in medio dictionis, habens poſt ſe aliud ي quieſcens, ſæpe id expellit, ut:

مُرْبِسٌ

رَئِيسٌ } pro { رَئِيسٌ رَئِيسٍ رَئِيسًا *præfectus.*

III.

ي finale poſt Fatham nequit moveri, ſed abjecta ſua vocali, & rejecto ad Fatham Nun vocali, ſi quod adſit, inſtar Elif quieſcit, ut:

أُولَى } pro { أُولَيٌ أُولَيٍ أُولَيًا *prima, æ, am.*
فَتًى } pro { فَتَيٌ فَتَيٍ فَتَيًا *vir, i, um.*

Si aliud ي præcedat, mutatur in ا, ut:

هَدَايَا } pro { هَدَايَيٌ *res oblatæ, munera.*

Excipiuntur يَحْيَى & رَبِّي *nomina Propria virorum.*

IV.

ي finale poſt Keſram, non fert Damma, vel Keſram; ſed, iis abjectis, quieſcit, ut:

خَافِي } pro { خَافِيٌ } & { خَافِي *nudipes, dis.*

Si adſit Nun vocale, id retrocedit, & ي excidit, ut:

رَامٍ } pro { رَامِيٌ } & { رَامِي *jaculator. is.*

V.

ي finale poſt Damma, id in Keſram mutat, ipſum non mutatur, ut:

تَمْنِي

تَمَنِّي } pro { تَمَنِّيْ *optatio.*
أَيْدٍ } pro { أَيْدِيْ *manus*; plur.

Etiam intercedente و, quod in ي vertitur, ut:

مَرْمِيٍّ } pro { مَرْمُوْيٌ *jactus.*

CANONES WAW & IE.

I.

و & ي, mobiles ante و & ي quieſcentes, excidunt, vocali ſua abjecta, ſi præcedat Fatha; (cum qua quieſcens diphthongeſcit,) aut rejecta, in locum præcedentis vocalis, ſi ea ſit Damma vel Keſra, ut:

رَمَوْا } pro { رَمَيُوْا *jecerunt.*
تُغْزَيْنَ } pro { تُغْزَوِيْنَ *oppugnaberis fœmina,*
أُغْزِي } pro { أُغْزُوِيْ *tu fœmina oppugna.*
غَازُوْنَ } pro { غَازِوُوْنَ *oppugnantes.*
يَرْمُوْنَ } pro { يَرْمِيُوْنَ *jacient.*

II.

و & ي mobiles, ante literam mobilem, poſt Fa-

Fatham, ſæpe in Elif quieſcens mutantur, ut:

قَامَ } pro { قَوَمَ *ſtetit.*
سَارَ } pro { سَيَرَ *profectus fuit.*

III.

و & ي ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat, mutatur و in ي, duoque ي per Teſdid coaleſcunt, ut:

أَيَّامٌ } pro { أَيْوَامٌ *dies*; plur.

IV.

و & ي finales, poſt Elif ſervile, in Hamzam mutantur, ut:

رِدَآءٌ } pro { رِدَايٌ *pallium.*
سَمَآءٌ } pro { سَمَاوٌ *cœlum.*

OBSERVATIO I.

Cum in hisce Canonibus, literæ أَوِي *vocali alicui poſtpoſitæ dicuntur, immediata intelligitur poſtpoſitio, non intercedente ſcilicet Gjezma, aut litera quieſcente expreſſa, vel latente in Teſdid: ut ſit in*

سَطْوٌ *inſultatio,* سَطْوٍ *inſultationis.*

عَدُوٌّ *inimicus;* عَدُوٍّ *inimici.*

اُنْثَيَيْنِ

اِتْيٌ	*perditio*,	اِتْيِ	*perditionis.*
رَكِيٌّ	*putei*, vel *infirmus.*	رَكِيِّ	*puteorum*, vel *infirmi.*
تَحْوِيلٌ	*mutatio.*	مَرْمِيُّونَ	*jacti*, *petiti.* plura.

Observatio II.

Affixa censentur Elif in medium collocare, non و & ي, *ut:*

مَآءٌ	مَآؤُهُ	non	مَآءُهُ	*aqua ejus.*
مَآءٍ	مَآئِهِ		مَآءِهِ	*aquæ ejus.*
رَمَى	رَمَيَهُ		رَمَيَهُ	*jecit illum.*
غَزَا	غَزَاهُ		غَزَوَهُ	*oppugnavit eum.*

Finis Libri Primi.

THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

LIBER SECUNDUS

DE

VERBO.

CAPUT PRIMUM

De Verbo in Genere.

PRIMA Verbi vox seu thema apud Arabes vocatur أَصْلٌ, id est, *radix*; & literæ ejus أَصْلِيَّةٌ id est, *radicales*: ad quas quæ accedunt ad formationem Conjugationis, Temporis, Personæ, Numeri, Generis, & Nominis, quales sunt se-

ptem, quas comprehendit vox يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*; vel ad conſignificationem, quales inſuper quatuor, contentæ voce بِعُلْكٍ *in navi*, Accidentales ſeu *ſerviles* vocantur, ut dictum eſt Cap. 2. lib. 1. Eſtque radix tertia præteriti perſona ſingularis maſculina: quæ paucioribus quam tribus, ut in نَصَرَ *adjuvit*, مَدَّ *extendit*, pluribus quam quatuor, ut in دَحْرَجَ *volvit*, غَرْغَرَ *fefellit*, nequit conſtare literis: quarum prima *Fe* dicitur, penultima *Ain*, & ultima *Lam:* quod eum ſingulæ obtineant locum, quem literæ iſtæ in uſitato paradigmate فَعَلَ *fecit*.

In verbo autem conſideranda ſunt ſex. 1. Qualitas. 2. Conjugatio. 3. Tempus. 4. Numerus. 5. Perſona. 6. Genus.

I. Qualitate aliud eſt ἀνάλογον ſeu *Regulare*, quod ſcilicet regulam communem ſeu typum Conjugationum (qui eſt verbum فَعَلَ) ſequitur; qualia omnia illa ſunt quæ nec ſecundam tertiæ ſimilem habent, nec aliquam literarum أَوِيَ radicalem: vel ἀνώμαλον ſeu *Irregulare*, quod ab ea regula recedit, qualia ſunt reliqua fere omnia. Illud *Perfectum*, hoc *Imperfectum* vulgo ſolet appellari.

II. Conjugatio genus ſignificationis activum aut paſſivum continet. Deducuntur autem trilitera per tre-

tredecim conjugationes, denominatas a forma quam in ſingulis habet paradigma فَعَلَ: in quibus omnibus obſervanda ſunt Character & Significatio.

Prima nuda & ſimplex eſt, omnique charactere deſtituta, ut:

فَعَلَ 1.

Reliquæ certis literis characteriſticis affectæ, & in tres claſſes diviſæ: quarum prima continet formata a radice adjectione unius, ſecunda duarum, tertia trium literarum: hoc modo.

I.		I I.		I I I	
فَعَّلَ	2	تَفَعَّلَ	5	اِسْتَفْعَلَ	10
فَاعَلَ	3	تَفَاعَلَ	6	اِفْعَالَّ	11
أَفْعَلَ	4	اِنْفَعَلَ	7	اِفْعَوْعَلَ	12
		اِفْتَعَلَ	8	اِفْعَوَّلَ	13
		اِفْعَلَّ	9		

Ubi quæcunque literæ accedunt ad فَعَلَ, characteris vice funguntur.

Sed obſervandum eſt in octava اِفْتَعَلَ, ت epentheticon mutari interdum in ط vel د.

In ط quidem, cum prima radicis eſt una literarum صضطظ, ut: اِصْطَبَغَ *intingi*, pro اِصْتَبَغَ: اِضْطَرَمَ *accendi*, pro اِضْتَرَمَ; اِطَّبَعَ *imprimi*, pro اِطْتَبَعَ;

اِطْتَبَعَ; اِظَّلَمَ, *injuria affici*, pro اِظْتَلَمَ; ubi ط insuper in ظ mutatur, & cum priori per teſdid coaleſcit.

In د vero, cum prima radicis eſt una literarum دذز: ut pro اِدْتَرَّ dicitur اِدَّرَّ *propelli*; pro اِذْتَكَرَ *recordari*, اِذَّكَرَ, ut ذ radicale etiam in د mutetur, & cum ſequenti contrahatur; vel اِدَّكَرَ, ut e contrario poſterior priori aſſimiletur; vel اِدْدَكَرَ utraque ſalva manente: pro اِنْزَلَقَ, اِنْدَلَقَ *prolabi*; & ذ interdum in ز converſa اِنَّزَلَقَ.

At ipſum illud ت mutat primam radicis in ſui ſimilem; cum qua per teſdid unitur, cum ea eſt ا, ث, و, aut ي, ut: اِتَّخَذَ *incipere*, pro اِأْتَخَذَ; اِتَّبَتَ *firmari*, pro اِثْتَبَتَ; اِتَّجَرَ *transfigi*, pro اِوْتَجَرَ; اِتَّسَرَ *ludere aleis*, pro اِيْتَسَرَ: ſi autem ſit ت, abſque ulla mutatione cum illo coaleſcit.

In prima autem conjugatione verba ſignificationem habent ſimplicem & activam, quam a prima ſua origine poſſident; eamque vel tranſitivam, ut كَتَبَ *ſcripſit*; vel intranſitivam, ut: حَزِنَ *triſtatus eſt*: in reliquis vero intentam, ſeu auctam, vel

vel aljo modo mutatam: etſi & in plerisque earum primitivam ſignificationem obtinere poſſint, maxime ea quæ in prima conjugatione ſunt inuſitata.

Secunda autem فَعَّلَ, & quarta أَفْعَلَ, ex abſolutis formant tranſitiva, ut: حَزَنَ & أَحْزَنَ *contriſtavit*: ex tranſitivis tranſitiva in ſecundum, ut: ضَرَبَ & أَضْرَبَ *verberare fecit.*

Tertia فَاعَلَ ſignificat actionem in id a quo ſimilis actio recipitur: بَطْرُسُ ضَارَبَ بَوْلُسَ *Petrus verberavit Paulum*; ſed ita, ut a Paulo reverberatus fuerit, adeoque mutuo ſe verberaverint, at Petrus tamen prior Paulum. Et ſic neutra, ut: بَطْرُسُ قَاعَدَ بَوْلُسَ *Petrus ſedet cum Paulo, conſidet illi.*

Sexta تَفَاعَلَ cooperationem & mutuam actionem, ut Latinorum compoſita per *con* & Græcorum per συν, ut: تَضَارَبَ *alter alterum verberavit*; تَغَالَمَ غِلْمَانٌ *colluſerunt pueri*: تَصَارَعَ بُطْرُسُ وَبَوْلُسُ *Petrus & Paulus colluctati ſunt.*

Quinta تَفَعَّلَ, ſeptima انْفَعَلَ, & octava افْتَعَلَ formant abſoluta & paſſiva: quinta quidem & ſeptima a ſecunda, u عَلَّمْتُهُ وَهُوَ تَعَلَّمَ *do-*

docui eum & ipse doctus fuit, seu *didicit*. كَسَّرْتُ الْاِنَاءَ فَانْكَسَرَ *fregi vas & fractum est*, id est, sivit se frangi nec restitit actioni meæ. Octava vero a prima, ut: قَصَّرْتُ ذٰلِكَ فَاقْتَصَرَ *abbreviavi hoc & abbreviatum est.*

Nona اِفْعَلَّ & undecima اِفْعَالَّ formant absoluta colorum cum intensione: mediocri quidem prior, vehementiori vero posterior, ut: اِصْفَرَّ *valde flavus fuit*, اِصْفَارَّ *multo flavissimus fuit*: & deformitatum verba, ut: اِضْبَمَّ & اِضْبَجَمَّ *ore distorto fuit.*

Decima اِسْتَفْعَلَ petitionem designat, ut: اِسْتَغْفَرَ *veniam delicti petiit*, a غَفَرَ *remisit*; اِسْتَطْعَمَ *cibum petiit*, a طَعِمَ *gustavit*, *edit.*

Duæ ultimæ, quæ rarissimæ sunt, significationem intendunt, ut: اِخْشَوْشَنَ *valde asper fuit*, a خَشُنَ *asper fuit*: اِعْلَوَّطَ *fortiter adhæsit*, ab عَلِطَ *adhæsit.*

Non raro tamen conjugationes derivativæ, maxime quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod usu discendum, & ex dictionariis: sicut &, in quibus conjugationibus quodque verbum usitatum sit: non enim quælibet radix in qualibet con-

conjugatione occurrit. Multæ, ut apud Hebræos, in una ſolum conjugatione uſurpantur; multæ in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem quatuor ſolum agnoſcunt conjugationes, quarum prima primæ, ſecunda quintæ, tertia ſeptimæ, quarta nonæ triliterorum reſpondet: ſuntque hujusmodi,

1	فَعْلَلَ	3	افْعَنْلَلَ
2	تَفَعْلَلَ	4	افْعَلَلَّ

ut: دَرْبَجَ *inclinavit caput*, تَرَهْوَكَ *ſuperbivit*, اِحْرَنْجَمَ *tumultuatus fuit*, اِقْشَعَرَّ *horripilavit*.

Ad tertiam افْعَنْلَلَ malo cum nonnullis Arabum Grammaticis reducere اِقْعَنْسَسَ *pectus egrediens habuit*, & اِسْمَانْقَى *pronus cubavit*, quam cum aliis eorum cauſa particulares triliterorum conſtituere conjugationes.

Eſt autem cujusque conjugationis forma duplex, *Activa* & *Paſſiva;* quarum eadem ratio quæ in lingua Hebræa & aliis: unde verba intranſitiva, cujuscunque tandem ſint conjugationis, convenienter naturæ ſuæ *paſſivam* non agnoſcunt.

III. In conjugatione quinque ſunt partes, quæ tempora & modi vulgo dicuntur. 1. Præteritum. 2. Futurum. 3. Imperativus. 4. Participium. 5. Infinitivus.

In quibus omnibus tria conſideranda ſunt. 1.

Significatio. 2. Literæ ſerviles. 3. Vocales literarum radicalium.

1. Significationem quod attinet,

a. Præteritum reſpondet noſtro præterito perfecto Indicativi modi, ut: سَقَطَ *cecidit*, مَاتَ *e vita exceſſit*.

Sed verbum ſubſtantivum كَانَ *fuit*, itemque particulæ لَوْ *ſi*, إِنْ *ſi*, إِذَا *cum*, ei præpoſitæ hanc ſignificationem ſolent immutare.

Præteritum enim ejusdem verbi كَانَ importat ei ſignificationem præteriti plusquamperfecti Indicativi, ut: كَانَ ضَرَبَ *verberaverat*, quaſi dicas, *fuit verberavit*; ſic كَانُوا قَالُوا *dixerant*; كَانَ قَدْ أَمْسَكَ *jam prehenderat*, &c.

لَوْ *ſi* id vertit in Optativi præſens vel præteritum perfectum, & quod ſequitur præteritum, eodem tempore exponendum eſt, habetque ل in capite præfixum, ut: لَوْ عَلِمْتُ هَذَا لَنَصَحْتُكَ *ſi ſcirem hoc, monerem te*, vel *ſi ſciviſſim hoc, monuiſſem te*. Sed ſi ſecunda enuntiationis pars neganda eſt, uſurpatur futurum cum لَمْ (quod id in præt. vertit, ut poſt dicetur) nec ل ullum adſciſcitur, ut: لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *ſi fuiſſes hic, non mortuus eſſet frater meus.*

إِنْ

إِنْ *ſi* id vertit in Subjunctivi futurum, cum aliud præteritum (aut hujus loco futurum converſum) ei ſubjungitur; quo caſu ſecundum vertendum eſt per futurum Indicativi, ut: إِنْ قُلْتُمْ لِي قُلْتُ لَكُمْ *ſi dicatis mihi, dicam vobis*; إِنْ مَا قُلْتُمْ لِي لَمْ أَقُلْ لَكُمْ *ſi non dicatis mihi, non dicam vobis.* Puto tamen hac etiam forma efferri præteritum conditionatum: *ſi dixiſtis mihi, dixi vobis; ſi non dixiſtis mihi, non dixi vobis.* Vel in Subjunctivi aut Indicativi præſens, ſi aliud præteritum non ſubjungitur, ut: إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ ٱللَّهِ فَقُلْ *ſi es filius Dei, dic.* &c.

إِذَا & إِذْ *cum* id ſæpe vertit in Subjunctivi futuro-præteritum, ſeu futurum in *ro*, ut: إِذَا كَتَبْتَ ذَلِكَ أَحْمَدُكَ *Ubi ſcripſeris illud, laudabo te.*

Venit & aliis quibusdam caſibus jam memoratorum temporum & modorum loco; quin & interdum pro præſente, præterito imperfecto, & futuro Indicativi: quæ uſus docebit; & ego alibi, ubi fuſius de ſignificatione & uſu temporum diſſeram. Prolixum enim ea res exigit ſermonem, quem hic inſerere moleſtum eſſet.

b. Futurum, Indicativi noſtri præſens & futurum complectitur; quomodo autem exponendum ſit, contextus ut plurimum indicat: reſtringitur tamen

non raro ad futurum noſtrum, præfixa litera س, aut præmiſſa vocula سَوْفَ, vel hujus loco سَفْ, سَيْ, سَوْ, ut: يَنْصُرُ *adjuvat* vel *adjuvabit*; at سَوْفَ يَنْصُرُ & سَيَنْصُرُ vel سَوْ يَنْصُرُ &c. *adjuvabit*, tantum. Sic cum particula negativa لَنْ *nequaquam* futurum quoque ſignificat, ut: لَنْ يَنْصُرَ *nequaquam juvabit*: & ut plurimum etiam cum لَا *non*, ut: لَا يَضْرِبُ *non verberabit*: ſicuti cum مَا *non* frequentius præſens, ut: مَا أَعْلَمُ *non ſcio*; cum لَيْسَ utrumque.

At præmiſſo لَمْ *non*, & لَمَّا *nondum*, præteriti notionem induit, ut: لَمْ يَضْرِبْ *non verberavit*. لَمَّا يَخْرُجْ *nondum egreſſus eſt*.

Præpoſito autem præterito verbi ſubſtantivi, exprimit imperfectum Indicativi, ut: كَانَ يَجْلِسُ *ſedebat*, niſi præcedat لَوْ; tunc enim Optativi præſentis loco venit, ut & quod ei reſpondet futurum, cui verbum ſubſtantivum ل præfixum habens præponitur, ut: لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ *ſi noſceres eum, amares eum.*

Cum

Cum particula أَنْ *ut*, & aliis idem ſignificantibus, per Subjunctivum exponitur, ut: أُرِيدُ أَنْ تَكْتُبَ *volo ut ſcribas.*

c. Imperativus reſpondet noſtro imperativo: ſed uſurpatur ſolum in præceptis affirmativis, deprecationibus, & hortationibus, nam præcepta negativa, deprecationes, & dehortationes per fut. præpoſito لَا *ne* concipiuntur, ut: اِضْرِبْ *verbera*: لَا تَضْرِبْ *ne verbera.*

d. Participium noſtro reſpondet, ut: ضَارِبٌ *verberans*, مَضْرُوبٌ *verberatus.* At quia omiſſione temporis ſæpe fit nomen, futurum non raro pro eo uſurpatur.

e. Infinitivus non æquipollet noſtro, ſed Hebræorum abſoluto: adjungitur enim ſolum verbo ſuo ſignificationis augendæ gratia, & per gerundium in *do* verti utcunque poteſt ut: הָרוֹג הָרַג قَتْلًا قَتَلَهُ *occidendo occidit eum.*

2. Literæ autem ſerviles, & 3. vocales radicalium manifeſtæ fient in paradigmate.

IV. Numeri in tempore (excepto Infinitivo) tres ſunt; Singularis, Dualis, Pluralis.

V. In Numero tres Perſonæ, quarum tertia ſecundam præcedit, ſecunda primam: ſed hac ultima dualis deſtituitur.

VI. In Perſona duplex genus, Maſculinum &

Fœmininum, quorum quodque ſuam habet terminationem: ſed in ſingulari & plurali, prima; in duali, ſecunda communis eſt generis.

CAPUT SECUNDUM

De prima Triliteri Conjugatione.

PRIMAM triliteri conjugationem reliquæ per omnia fere ſequuntur: quo circa paradigma ejus perfectum diſtincte hic proponam; deinde quatenus quadrilitera, & derivativæ conjugationes, item verba imperfecta ab ea diſcedant, paucis oſtendam. Paradigma nobis eſto نَصَرَ *adjuvit*: cujus forma Activa eſt hujusmodi.

PRÆTERITUM.

Pluralis.			*Dualis.*		*Singularis.*			NUM.
Fœm.	Com.	Maſc.	Fœm.	Com. Maſc.	Fœm.	Com.	Maſc.	GENUS.
نَصَرْنَ	نَصَرُوا	نَصَرْنَا	نَصَرَتَا	نَصَرَا	نَصَرَتْ		نَصَرَ	3. PERSONA.
نَصَرْتُنَّ	نَصَرْتُمْ		نَصَرْتُمَا		نَصَرْتِ	نَصَرْتَ		2.
نَصَرْنَا					نَصَرْتُ			1.

FU-

Futurum.

Pluralis.			*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	Com.	Maſc.	Fœm.	Com. Maſc.	Fœm.	Com.	Maſc.
يَنْصُرْنَ		يَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	يَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ		يَنْصُرُ 3.
تَنْصُرْنَ		تَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ		تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ	2.
	نَنْصُرُ					أَنْصُرُ	1.

Imperativus.

Pluralis.		*Dualis.*	*Singularis.*	
Fœm.	Màſc.	Com.	Fœm.	Maſc.
أُنْصُرْنَ	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرِي	أُنْصُرْ 2.

Participium.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*	
Fœm,	Maſc.	Fœm.	Maſc.	Fœm.	Maſc.
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرُونَ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَانِ	نَاصِرَةٌ	نَاصِرٌ

Infinitivus.

نَصْرًا

De Præterito.

Prima & ultima radicis perpetuo phatha habent: media fæpiſſime quoque phatha, ſignificatione vel intranſitiva, ut: قَعَدَ *ſedit*, vel tranſitiva, ut: ضَرَبَ *verberavit*; rarius keſre, ſignificatione quoque vel intranſitiva, ut: فَرِحَ *gaviſus eſt*, vel tranſitiva, ut: عَلِمَ *ſcivit*; rariſſime damma, ſignificatione tantum intranſitiva, ut: حَسُنَ *bonus fuit*. Ac primæ quidem duæ vocales inter flectendum conſtanter manent, ultima excidit; ut in paradigmate: in quo ſerviles, quæ in fine ad formationem Numerorum, Perſonarum & Generum aſſumuntur, ſatis ſunt manifeſtæ.

De Futuro.

Futurum formatur adſcitis literis أَتَيْن in principio, & يُونَا in fine, eodem fere modo quo apud Hebræos ſervientibus: *Elif* enim أَتَيْن format primam ſingularem, ut *Nun* pluralem: *Te* ſecundam ubique perſonam, & tertiam quoque fœmininam in ſingul. & duali. *Ie* tertiam maſculinam; & fœmininam quoque in plurali. In fine autem *Nun* ſolum plurale fœmininum format; ut cum ma-

maſculinum; cum ا autem duale, & cum *Ie* ſingul. fœm. ſecundæ perſonæ. Habent autem literæ أَتِيَن perpetuo phatha, & prima radicalis giezma: at ſecunda, ſi habet in præterito Damma, id hic retinet, ut: قَبُحَ *turpis fuit*, يَقْبُحُ. Si Keſre, id in Phatha mutat, ut: فَرِحَ *gaviſus eſt*, يَفْرَحُ; ſed in نَعِمَ *jucundus fuit*, حَسِبَ *putavit*, يَئِسَ *deſperavit*, يَبِسَ *aruit*, & ſecundum doctiſſimos Grammaticos etiam in فَضِلَ *excelluit*, قَنِطَ *deſperavit*, & عَرِضَ *receſſit*, Keſre non raro manet, diciturque يَنْعَمُ & يَنْعِمُ; يَحْسَبُ & يَحْسِبُ &c. Reperies quoque يَنْعَمُ & يَفْضَلُ cum Dshamma; ſed ea ſunt a præteritis نَعُمَ & فَضُلَ. Si autem ſecunda radicis in præterito Phatha habeat, id hic mutatur in Damma, ut: كَتَبَ *ſcripſit*, يَكْتُبُ; vel in Keſre, ut: ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ; niſi ipſa tertia radicis ſit gutturalis; tunc enim, etſi ſæpe quoque mutetur ut: نَبَحَ *latravit*, يَنْبَحُ; دَخَلَ *intravit*, يَدْخُلُ, non raro tamen manet, ut: شَغَلَ *laboravit*, يَشْغَلُ; مَنَحَ *donavit*, يَمْنَحُ. Sic quo-

que

que a رَكَنَ *associatus fuit*, sine gutturali, est يَرْكُنُ (quanquam quidam volunt etiam رَكِنَ in præterito dici) & ab أَبِيَ *noluit*, يَأْبَى: sed hoc imperfectum est.

Ultima radicalis habet Dshamma, quod accedentibus literis يُونَا cadit, ut patet in paradigmate. Sed naturalis ista futuri terminatio variatur interdum Apocope, Antithesi, & Paragoge.

Apocope tollit Damma finale, & Nun يُونَا, præter id quod format fœminina pluralis: ut hæc sit futuri forma, prorsus Hebraica:

Plural.	*Dual.*	*Singular.*
يَنْصُرُوا يَنْصُرْنَ	يَنْصُرَا تَنْصُرَا	يَنْصُرْ تَنْصُرْ
تَنْصُرُوا تَنْصُرْنَ	تَنْصُرَا	تَنْصُرْ تَنْصُرِي
نَنْصُرْ		أَنْصُرْ

Ubi vides in Plurali masculino abjecto ن assumi ا otiosum, secundum sextum Canonem ى.

Accidit autem futuro hæc Apocope ob influentiam particularum quarundam ei præpositarum, scilicet: لَمْ *non*, لَمَّا *nondum*, لَا *ne*, & لِ imperativum, ut: لَمْ يَضْرِبْ *non verberavit*, لَمَّا يَدْخُلْ *nondum ingressus est*, لَا تَذْهَبْ *ne abi*, لِيَكْشِفْ *detegat*. Item إِنْ *si*, مَا *id quod*,

quod, *quidquid*, مَنْ *quicunque*, أَيٌّ idem, مَهْمَا *quotiescunque*, كَيْفَمَا (& apud nonnullos etiam كَيْفَ) *quomodocunque*, أَنَّى *ubicunque*, أَيْنَ idem, حَيْثُمَا idem, مَتَى *quum*, إِذْمَا idem, أَيَّانَ idem, & in carmine quoque لَدَا, idem. Sed ea lege, ut aliud verbum in eodem orationis contextu tanquam retributive illis respondeat, ut si dicas: *quidquid facies faciam*, aut *feci*. *quocunque ibis*, *ibo*. *quicunque me amabit*, *amabo illum*. Actum, si utrunque futurum est, in utrunque influunt, ut: إِنْ تَخْرُجْ أَخْرُجْ مَعَكَ, *si egrediaris egrediar tecum*. مَتَى يَجْلِسْ أَجْلِسْ مَعَهُ *quum sedebit sedebo cum illo*. si prius tantum, in illud, ut: مَا تَصْنَعْ صَنَعْتُ *quidquid facies feci*: si posterius, liber est influxus, ut si dicas: مَا صَنَعْتَ أَصْنَعْ vel أَصْنَعْ *quidquid feceris faciam*.

Accidit quoque hæc apocope, cum præcedit Imperativus, cui futurum respondet, ut: أَنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *adjuva me*, *adjuvabo te*, id est, *si adjuves me*, *adjuvabo te*.

Antithesin similiter inducunt influentiæ particularum quarundam, quæ Damma tertiæ radicalis in

phatha mutant, & Nun يـــونـــا quoque tollunt: ut hæc ſit futuri forma:

Plural.	*Dual.*	*Singular.*
يَنْصُرُوا يَنْصُرْنَ	يَنْصُرَا تَنْصُرَا	يَنْصُرُ تَنْصُرُ
تَنْصُرُوا تَنْصُرْنَ	تَنْصُرَا	تَنْصُرُ تَنْصُرِي
نَنْصُرُ		أَنْصُرُ

Particulæ autem, quæ hanc mutationem cauſant, ſunt لَنْ *nequaquam*, ut: لَنْ يَضْرِبَ *nequaquam verberabit*, لَنْ يَضْرِبُوا *nequaquam verberabunt.*

لِ *Ut*, Conjunctio: *e. g.* جِئْتُ لِأَنْصُرَ *veni ut adjuvem.*

أَنْ idem, ut: أُحِبُّ أَنْ تَنْصُرَ *cupio ut adjuves.* Cum autem ſignificat *quod*, nihil mutat, ut: أَعْلَمُ أَنْ يَنْصُرُ *ſcio quod adjuvabit*: niſi præcedat verbum opinandi; qualia ſunt حسب, ظنّ, زعم, &c. tunc enim antitheſin inducit, ſed libere, ut: أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرَ, & أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرُ, *puto quod juvabit.*

كَيْ idem, ut: جَاءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit ut verberet te.* Sic horum compoſita, لِأَنْ, لِكَيْ, &

لِئَلَّا, أَلَّا *ne.* لِكَيْلَا *ut*; كَيْلَا & كَيْ

لَذَنْ (quidam اذًا ſcribunt) reſponſionis & retributionis particula, *bene, age*, cum ponitur initio ſententiæ & immediate (vel intercedente ſolum juramento, vocatione, aut negatione,) ante futurum rem futuram ſignificante: ut ſi quis dicenti اَلْتَجِي اِلَيْكَ *confugiam ad te*, reſpondeat, اذَنْ أَنْصُرُكَ *bene, juvabo te*; vel اذَنْ وَاللّٰهِ أَنْصُرُكَ *bene, per Deum, juvabo te*; vel اذَنْ يَا حَبِيبِي أَنْصُرُكَ *bene, amice mi, juvabo te*: vel اذَنْ لَا أَنْصُرُكَ *bene, non juvabo te.* Si quid aliud intercedit, non influit, ut: اذَنْ أَنَا أَنْصُرُكَ *bene, ego juvabo te.* Ut nec ſi futurum pro præſenti ponitur, nec ſi initio ſententiæ non collocetur, ut: يَا حَبِيبِي اذَنْ أَنْصُرُكَ *o amice mi, bene, juvabo te.* Si tamen ſolum و vel ف copulativum ei præfigitur, libere influit, ut: وَاذَنْ أَنْصُرُكَ *Et bene,* (*Et bien* Gall.) *adjuvabo te*, & وَاذَنْ أَنْصُرُكَ; quanquam hoc rarius.

حَتَّى, cum ſignificat *ut*: e. g. جَاءَ حَتَّى يَنْصُرُكَ *venit ut adjuvet te*; vel *donec*, ut: أَسِيرُ حَتَّى تَغِيبَ اَلشَّمْسُ *ibo donec occidat ſol.*

أَنْ eadem ſignificatione, ut: أَرْغَبُ ٱللَّهَ أَنْ يَغْفِرَ لِي *rogabo Deum ut parcat mihi*, & أَنْتَظِرُهُ أَنْ يَخْرُجَ *exſpectabo eum donec egrediatur.*

فَ, cum præfigitur futuro, quod dependet a præcedente enuntiationis parte, includente imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem; adeoque cauſalis potius quam copulativa Conjunctio eſt, ut: أَنْصُرْنِي فَأَنْصُرَكَ *adjuva me, & (vel equidem) adjuvabo te*; لَا تَضْرِبْ بُطْرُسَ فَيَغْضَبَ *ne verbera Petrum & iraſcetur*, id eſt, *ne iraſcatur*; أَيْنَ بَيْتُكَ فَأَزُورَكَ *ubi eſt domus tua? & inviſam te*, id eſt, *ut inviſam te.*

وَ, cum Futuro præpoſitum, jungit illud cum præcedente enuntiationis parte, includente ſimiliter imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, ſignificatque *& ſimul*, ut: هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an piſces edes ſimulque lac bibes?* لَا تَأْكُلِ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *ne comede piſces & ſimul bibe lac.* Alio ſenſu acceptum nihil mutat, ut: هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an comedes piſces, & bibes lac?* Idem de præcedentibus particulis habendum.

Pa-

Paragoge adjicit futuro Nun phathatum cum teſdid, hoc modo:

Pluralis.	*Dualis.*	*Singularis.*
يَنْصُرْنَّ يَنْصُرْنَانِّ	يَنْصُرَانِّ تَنْصُرَانِّ	يَنْصُرَنَّ تَنْصُرُنَّ
تَنْصُرْنَّ تَنْصُرْنَانِّ	تَنْصُرَانِّ	تَنْصُرَنَّ تَنْصُرِنَّ
نَنْصُرَنَّ		أَنْصُرَنَّ

aut giezmatum ſine teſdid: ſed in ſingulari ſolum, ac plurali maſculino & communi; in hunc modum:

Pluralis.	*Singularis.*
يَنْصُرْنْ	يَنْصُرَنْ تَنْصُرَنْ
تَنْصُرْنْ	تَنْصُرْنَ تَنْصُرِنْ
نَنْصُرْنْ	أَنْصُرَنْ

Illud Nun paragogicum grave, hoc leve vocatur. Vides autem, ut ante Nun Damma tertiæ radicalis in phatha mutetur; itemque و & ي ſerviles in fine excidant; & in plurali fœminino ا inferatur, ne tria Nun concurrant.

Adhibetur autem fere ſolum hæc utraque paragoge, cum futurum rem futuram quodammodo petit; ut fit interrogando, imperando, vel optando, ut: هَلْ تَنْصُرُنَّ & هَلْ تَنْصُرْنَ *an adjuvabis?* لِيَنْصُرْنَ & لِيَنْصُرَنَّ *adjuvet:* لَا تَنْصُرَنَّ &

لَا

لَا تَنْصُرَنْ *ne adjuva* & لَيْتَ يَنْصُرَنَّ لَيْتَ يَنْصُرَنْ *utinam adjuvet*. &c. Et cum præcedit juramentum, ut: وَاللّٰهِ يَنْصُرَنَّ *per Deum, juvabit.*

De Imperativo.

IMPERATIVUS formatur præpoſito Elif unionis cum Keſra, ut: اِعْلَمْ *ſcito*, اِضْرِبْ *verbera*; niſi penultimæ vocalis, quæ talis ſemper eſt qualis in futuro, ſit Damma: tunc enim & Elif Damma habet, ut: اُنْصُرْ *juva.* Prima radicis giezma poſſidet; ut & ultima, quamdiu augmenti vocalem nullam recipit. Exciditque interdum ا imperativum poſt و & ف. Formationi autem Generum & Numerorum hic inſerviunt literæ يُونَا, ut in Futuro; cujus Nun paragogicum hic locum quoque habet, ſic:

Pluralis.		*Dualis.*	*Singularis.*	
اُنْصُرْنَانِّ	اُنْصُرْنَّ	اُنْصُرَانِّ	اُنْصُرِنَّ	اُنْصُرَنَّ
		& ſine teſdid.		
	اُنْصُرْنْ		اُنْصُرِنْ	اُنْصُرَنْ

Secundam autem perſonam tantum agnoſcit Imperativus: reliquæ per futurum giezmatum exprimun-

muntur, præfixo ل cum kesra, ut: لِيَنْصُرْ *adjuvet*, لِنَنْصُرْ *adjuvemus;* quod & secundæ interdum contingit, ut: لِتَنْصُرْ *adjuva.* Sed excidit kesra τῆ ل, cum præfigitur و vel ف; ut: وَلْيَنْصُرْ & فَلْيَنْصُرْ *adjuvet*: quin & tum ل etiam interdum omittitur, sed influit tamen.

Prohibitiones quoque per futurum, præposita giezmante particula لَا *ne* concipi, jam supra dictum est.

De Participio.

HUJUS prima radicalis habet phatha, in quo elif quiescit, secunda kesra; ultima damma nunnatum, ut in Nominibus, quorum more etiam fœmininum & numeros format.

De Infinitivo.

VERBORUM transitivorum infinitivus regularis est نَصْرًا, ut: ضَرْبًا ضَرَبَ *verberando verberavit:* فَهْمًا فَهِمَ *intelligendo intellexit.* Intransitivorum autem, si media radicalis in Præterito habet phatha, نُصُورًا; ut: قُعُودًا قَعَدَ *sedit:* si damma, نُصُورَةً, ut: سُهُولَةً سَهُلَ *facilis fuit:* vel نُصَارَةً,

نَصَارَةً, ut: جَزَالَةً جَزُلَ *abundavit*; ſi keſra, نَصَرًا, ut: فَرِحَ فَرَحًا *gaviſus eſt*. Sed innumera excipiuntur, quæ aliter Infinitivum formant: adduntque Grammatici hiſce quinque formis alias 28, ut 33 ſint in univerſum, nempe:

1	نَصْرًا	9	نِصَارًا	17	نَصْرِيٌ	25	نَصِيرًا
2	نُصْرًا	10	نَصْرَةً	18	نُصْرِيٌ	26	نَصِيرًا
3	نِصْرًا	11	نُصْرَةً	19	نِصْرِيٌ	27	نَصِيرَةً
4	نَصَرًا	12	نِصْرَةً	20	نَصْرَانًا	28	نُصُورًا
5	نَصَرًا	13	نَصَرَةً	21	نُصْرَانًا	29	نُصُورَةً
6	نِصَرًا	14	نَصَارَةً	22	نِصْرَانًا	30	مَنْصَرًا
7	نَصَارًا	15	نُصَارَةً	23	نَصَرَانًا	31	مَنْصَرَةً
8	نُصَارًا	16	نِصَارَةً	24	نَصُورًا	32	مَنْصِرًا
						33	مَنْصِرَةً

Pa-

Paradigma Passivi.

PRÆTERITUM.

Pluralis.			*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	Com.	Masc.	Fœm.	Com. Masc.	Fœm.	Com.	Masc.
نُصِرْنَ		نُصِرُوا	نُصِرَتَا	نُصِرَا	نُصِرَتْ		نُصِرَ 3
نُصِرْتُنَّ		نُصِرْتُمْ	نُصِرْتُمَا		نُصِرْتِ		نُصِرْتَ 2
نُصِرْنَا					نُصِرْتُ		1

FUTURUM.

Pluralis.			*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	Com.	Masc.	Fœm.	Com. Masc.	Fœm.	Com.	Masc.
يُنْصَرْنَ		يُنْصَرُونَ	تُنْصَرَانِ	يُنْصَرَانِ	تُنْصَرُ		يُنْصَرُ 3
تُنْصَرْنَ		تُنْصَرُونَ	تُنْصَرَانِ		تُنْصَرِينَ		تُنْصَرُ 2
نُنْصَرُ					أُنْصَرُ		1

PARTICIPIUM.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*	
Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.
مَنْصُورَاتٌ	مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورَةٌ	مَنْصُورٌ

Præteritum & Futurum vocalibus tantum ab Activis differunt: habetque præteriti prima perpetuo damma, & ſecunda keſre. Futuri اتين ſimiliter damma, & ſecunda radicis phatha. In reliquis cum Activo conveniunt. Participium initio aſſumit م cum phatha, & و quieſcens poſt damma ante ultimam.

Sunt & participia quædam formæ نَصِيرٌ & نَصُورٌ: quæ nunc activa ſunt; nunc paſſiva.

Imperativus hic nullus eſt; ſed pro eo venit Futurum cum ل imperativo giezmante, ut: لِيُنْصَرْ *adjuvetur*, لِتُنْصَرْ *adjuvare*, لِنُنْصَرْ *adjuvemur*.

CAPUT TERTIUM.

De quadriliteris & Conjugationibus derivativis primæ claſſis.

QUADRILITERA, & verba derivativa primæ claſſis eodem fere modo flectuntur: & in eo ſolum a præcedenti differunt, quod,

1. Penultima radicalis in Activi præterito perpetuo phatha, in Futuro vero keſra habet: اتين autem non minus in Activo quam in Paſſivo damma afficiuntur, ut: دَحْرَجَ *volvit* يُدَحْرِجُ: كَسَّرَ *fre-*

fregit يُكَسِّرُ *volutus eſt* يُدَحْرَجُ: فُرِّحَ *exhilaratus fuit* يُفَرَّحُ.

2. Imperativus formatur a Futuro, ſola abjectione أَتَبْنْ, & ultimæ vocalis, ut: دَحْرِجْ *volve*, كَسِّرْ *frange*.

3 Participium utrumque a ſuo formatur Futuro, م pro أَتَبْنْ poſito, & nunnata vocali ultima, ut: مُدَحْرِجٌ *volvens*, مُكَسِّرٌ *frangens*: & in Paſſivo مُدَحْرَجٌ *volutus*, مُفَرَّحٌ *exhilaratus*.

4. Infinitivos habent ſpeciales; دَحْرَجَ ſcilicet دَحْرَجَةً & دِحْرَاجًا.

تَفْعِيلًا فَعَّلَ; & interdum quoque فِعَّالًا vel فَعَالًا, فَعْلًا, تَفْعَالًا, تَفْعِلَةً.

فَاعَلَ, مُفَاعَلَةً & فِعَالًا, vel فِيعَالًا.

أَفْعَلَ, اِفْعَالًا, raro فَعَالًا aut فَعَالَةً.

5. أَفْعَلَ accedentibus أَتَبْنْ abjicit ا, ſecundum regulam: (ا initiale formans verba derivativa, characteriſtica temporis præfixa, cum ſua vocali abjicitur.) ut يُنْصِرُ pro يُؤَنْصِرُ, ab أَنْصَرَ: unde in Imperativo, ubi أَتَبْنْ recedunt,

elif cum vocali ſua redit, ut: أَنْصِرْ; ubi non eſt putandum formare Imperativum, & unionis eſſe.

6. فَاعَلَ mutat ا in و in Præterito paſſivo, ut: نُوصِرَ pro نُصِرَ; juxta ſecundum Canonem generalem.

Quæ omnia initialibus Paradigmatis vocibus breviter hoc modo viſum eſt proponere.

ACTIVUM.

	Præt.	*Fut.*	*Imp.*	*Part.*	*Infin.*
	فَعَلَ	يَفْعَلُ	فَعْلْ	مَفْعُلٌ	فِعْلَالاً
2	فَعَّلَ	يُفَعِّلُ	فَعِّلْ	مُفَعِّلٌ	تَفْعِيلاً
3	فَاعَلَ	يُفَاعِلُ	فَاعِلْ	مُفَاعِلٌ	مُفَاعَلَةً
4	أَفْعَلَ	يُفْعِلُ	أَفْعِلْ	مُفْعِلٌ	اِفْعَالاً

PASSIVUM.

	Præt.	*Fut.*	*Part.*
	فُعِلَ	يُفْعَلُ	مَفْعُلٌ
2	فُعِّلَ	يُفَعَّلُ	مُفَعَّلٌ
3	فُوعِلَ	يُفَاعَلُ	مُفَاعَلٌ
4	أُفْعِلَ	يُفْعَلُ	مُفْعَلٌ

CA-

CAPUT QUARTUM

De reliquis derivativis.

In reliquis Conjugationibus derivativis Activi præteriti, penultima ſemper quoque phatha habet.

Futurum autem fit a Præterito, præfixis أَتَيْنُ cum phatha; elif initiali, ſi quod ſit, cadente ſecundum regulam Abjectionis: & phatha ultimo in regulare damma mutato, penultimo autem in keſra, præterquam in تَفَعَّلَ, & تَفَاعَلَ, quæ id retinent, ut: اِجْتَمَعَ *congregatus eſt*, يَجْتَمِعُ; اِسْتَعْمَلَ *uſurpavit*, يَسْتَعْمِلُ; تَكَسَّرَ *fractus fuit*, يَتَكَسَّرُ; تَبَاعَدَ *receſſit*, يَتَبَاعَدُ. At formæ iſtæ duæ a ت inchoatæ id compendii cauſa interdum abjiciunt, cum ت أَتَيْنُ præfigitur, ut: تَكَسَّرَ pro تَتَكَسَّرَ, تَبَاعَدَ pro تَتَبَاعَدَ: quæ ne arbitreris eſſe futura a فَعَّلَ & فَاعَلَ, facile impedient vocales; nam eorum futura activa, ſunt يُفَعِّلُ & يُفَاعِلُ; paſſiva, يُفَعَّلُ & يُفَاعَلُ.

Im-

Imperativus fit ſicut in quadriliteris, ut: يَتَكَسَّرُ *frangetur*, تَكَسَّرْ *frangitor*: ا abjecto, ſi quod eſt, redeunte, ſed cum keſra, ut: يَسْتَعْمِلُ *uſurpabit*, اِسْتَعْمِلْ *uſurpa*.

Participium aſſumit ء مـ cum damma, & penultimam vocalem keſra perpetuo habet, ut: مُسْتَعْمِلٌ *uſurpans*, مُتَبَاعِدٌ *recedens*.

Infinitivus autem cujusque conjugationis mox patebit.

Paſſivum nona & undecima non agnoſcunt: reliquæ formant præteritum ab Activo, primis duabus vocalibus in damma mutatis, & penultima in keſra, ut: تُفُعِّلَ a تَفَعَّلَ: & futurum quoque a futuro activo, phatha literarum أَتِبْ in damma, & keſra penultimo in phatha converſo, ut: يُسْتَفْعِلُ يُسْتَفْعَلُ. Participium autem a futuro fit, مـ pro أَتِبْ poſito, ut: مُسْتَفْعَلٌ. Itaque hujusmodi eſt Paradigma:

ACTI-

ACTIVUM.

	Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
5	تَفَعُّلًا	مُتَفَعِّلٌ	تَفَعَّلْ	يَتَفَعَّلُ	تَفَعَّلَ
6	تَفَاعُلًا	مُتَفَاعِلٌ	تَفَاعَلْ	يَتَفَاعَلُ	تَفَاعَلَ
7	انْفِعَالًا	مُنْفَعِلٌ	انْفَعِلْ	يَنْفَعِلُ	انْفَعَلَ
8	افْتِعَالًا	مُفْتَعِلٌ	افْتَعِلْ	يَفْتَعِلُ	افْتَعَلَ
9	افْعِلَالًا	مُفْعَلٌّ	افْعَلِلْ	يَفْعَلُّ	افْعَلَّ
10	اسْتِفْعَالًا	مُسْتَفْعِلٌ	اسْتَفْعِلْ	يَسْتَفْعِلُ	اسْتَفْعَلَ
11	افْعِيلَالًا	مُفْعَالٌّ	افْعَالِلْ	يَفْعَالُّ	افْعَالَّ
12	افْعِيعَالًا	مُفْعَوْعِلٌ	افْعَوْعِلْ	يَفْعَوْعِلُ	افْعَوْعَلَ
13	افْعِوَّالًا	مُفْعَوِّلٌ	افْعَوِّلْ	يَفْعَوِّلُ	افْعَوَّلَ

PASSIVUM.

	Part.	*Fut.*	*Præt.*
5	مُتَفَعَّلٌ	يُتَفَعَّلُ	تُفُعِّلَ
6	مُتَفَاعَلٌ	يُتَفَاعَلُ	تُفُوعِلَ
7			أُنْفُعِلَ

	Præt.	*Fut.*	*Part.*
7	اِنْفَعَلَ	يَنْفَعِلُ	مُنْفَعَلٌ
8	اِفْتَعَلَ	يَفْتَعِلُ	مُفْتَعَلٌ
10	اِسْتَفْعَلَ	يَسْتَفْعِلُ	مُسْتَفْعَلٌ
12	اِفْعَوْعَلَ	يَفْعَوْعِلُ	مُفْعَوْعَلٌ
13	اِفْعَوَّلَ	يَفْعَوِّلُ	مُفْعَوَّلٌ

Et sic quoque quadrilitera.

ACTIVUM.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
تَفَعْلَلَ	مُتَفَعْلِلٌ	تَفَعْلَلْ	يَتَفَعْلَلُ	تَفَعْلُلًا
اِفْعَنْلَلَ	مُفْعَنْلِلٌ	اِفْعَنْلِلْ	يَفْعَنْلِلُ	اِفْعِنْلَالًا
اِفْعَلَّلَ	مُفْعَلِلٌّ	اِفْعَلِلَّ	يَفْعَلِلُّ	اِفْعِلَّالًا

PASSIVUM.

تُفُعْلِلَ	يُتَفَعْلَلُ	مُتَفَعْلَلٌ
اُفْعُنْلِلَ	يُفْعَنْلَلُ	مُفْعَنْلَلٌ
اُفْعُلِلَّ	يُفْعَلَلُّ	مُفْعَلَلٌّ

CAPUT QUINTUM.

De verbo Surdo, ſeu geminante ſecundam radicalem.

HACTENUS de verbo perfecto: Imperfectum eſt triplex: Surdum, Hamzatum, & Quieſcens.

Surdum eſt quod ultimam radicalem penultimæ ſimilem habet, quarum prior poſteriori vocalem habenti per teſdid inſeritur; propria vocali vel abjecta, ſi præcedens vocalem habeat, ut: مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extenſus eſt*; vel in præcedentem rejecta, ſi ea giezma habeat, ut: يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendet*, يُمَدُّ pro يُمْدَدُ *extendetur*. Dixi poſteriori vocalem habenti: nam cum ea giezma habet nequit fieri contractio, ut: مَدَدْتَّ *extendiſti*. Itaque hujusmodi eſt ejus conjugatio.

PRÆTERITUM.

Pluralis.	*Dualis.*	*Singularis.*
مَدُّوا مَدَدْنَ	مَدَّا مَدَّتَا	مَدَّ مَدَّتْ
مَدَدْتُمْ مَدَدْتُنَّ	مَدَدْتُمَا	مَدَدْتَ مَدَدْتِ
مَدَدْنَا		مَدَدْتُ

Pluralis fit a Singulari dupliciter, perfecte ſcilicet aut imperfecte: unde Plurale aliud eſt perfectum, quod *Sanum* vocant Arabes, aliud imperfectum, quod *Fractum* appellant. Sanum formant potiſſimum nomina propria rationalium, & Adjectiva formantia fœmininum adjecto ة, cum de rationalibus prædicantur: Maſculina quidem adjecto وْنَ, ut: مُحَمَّدٌ *Mahomed*, مُحَمَّدُونَ *Mahomedes*; نَاصِرٌ *adjuvans*, نَاصِرُونَ *adjuvantes*; فَرِحٌ *lætus*, فَرِحُونَ *læti*; نَبِيٌّ *Propheta*, نَبِيُّونَ *Prophetæ*: Fœminina vero adjecto اتٌ, ut: مَرْيَمُ *Maria*, مَرْيَمَاتٌ *Mariæ*: نَاصِرَةٌ *adjuvans* fœmin. نَاصِرَاتٌ *adjuvantes*; فَرِحَةٌ *læta*, فَرِحَاتٌ *lætæ*; نَبِيَّةٌ *Prophetiſſa*, نَبِيَّاتٌ *Prophetiſſæ*. Nulla quoque adhibita ſin-

gularis mutatione, nisi quod ة fœmininum excidit; ut manifestum est in exemplis allatis. Sed Masculina terminata ي quiescente post kesra, id una cum kesra abjiciunt, ut: أَلْقَاضِي *judex*, أَلْقَاضُونَ *judices*, non أَلْقَاضِيُونَ; juxta Can. primum و & ي; at finita ي post phatha, solum ي amittunt manente in ejus indicium phatha, cum quo و plurale diphthongescit, ut: مُوسَى *Moses*, in plural. habet مُوسَوْنَ, non مُوسَيُونَ; & مُصْطَفَى *Mustapha*, مُصْطَفَوْنَ non مُصْطَفَيُونَ, juxta eundem Canonem. Substantiva autem fœminina perfecta (id est, non derivata a verbis imperfectis) nuda, vel sola ة aucta, quorum media radicalis habet giezma, illud in plurali mutant in vocalem talem, qualem possidet prima radicalis, ut: دَعْدُ *Daado;* nomen mulieris, دَعَدَاتٌ; جُمْرٌ *Gjumra*, nomen mulieris quoque, جُمُرَاتٌ; هِنْدٌ *Hinda*, nomen mulieris, هِنَدَاتٌ; قَصْعَةٌ *scutella*, قَصَعَاتٌ; سِدْرَةٌ *lotus*, arbor, سِدِرَاتٌ; جُلْبَةٌ *ventus*, جُلَبَاتٌ; ea tamen quorum prima habet damma vel kesra, giezma etiam retinere possunt, vel in phatha mutare, ut:

جُمْرٌ

جُمْرَةٌ *Gjumra*, جُمَرَاتٌ, جُمْرَاتٌ.

هِنْدٌ *Hinda*, هِنَدَاتٌ, هِنْدَاتٌ.

جُلْبَةٌ *ventus*, جُلَبَاتٌ, جُلْبَاتٌ.

سِدْرَةٌ *lot. arb.* سِدَرَاتٌ, سِدْرَاتٌ.

Plurale fractum eſt quod formatur imperfecte, ſeu non adjectis وْنَ & اَتٌ, fitque a plerisque ſingularibus tam rationalibus, quam irrationalibus. Formæ autem ejus præcipuæ, a Nudis triliteris & fœmininis eorum potiſſimum ortæ, ſunt XXII, videlicet:

1 نُصَرٌ	7 نُصَّرٌ	13 أَنْصَارٌ	19 نُصَرَآءُ
2 نُصُرٌ	8 نَصَرَةٌ	14 أَنْصِرَةٌ	20 أَنْصِرَآءُ
3 نُصْرٌ	9 نُصَرَةٌ	15 نَوَاصِرُ	21 نَصْرِيٌّ
4 نِصَرٌ	10 نِصَرَةٌ	16 نَصَايِرُ	22 نَصَارِيٌّ
5 نَصَارٌ	11 نِصْرَةٌ	17 نِصْرَانٌ	
6 نُصُورٌ	12 أَنْصُرٌ	18 نُصْرَانٌ	

Quarum rationem analytice, evidentioris doctri-

ctrinæ ergo, visum est proponere, in hunc modum.

Prima نُصَرٌ

fit a singularibus نُصْرَةٌ & نُصْرِيٌّ, ut: غُرْفَةٌ *cœnaculum*, غُرَفٌ *cœnacula*; كُبْرِيٌّ *maxima*, كُبَرٌ *maximæ*; raro a نَصْرَةٌ & نِصْرَةٌ, ut: قَرْيَةٌ *pagus*, قُرِيٌّ *pagi*; لِحْيَةٌ *barba*, *maxilla*, لُحًى *barbæ*, *maxillæ*.

Secunda نُصُرٌ

fit a substantivis quatuor literarum, quarum ultima non est و vel ي, penultima autem اوي quiescens, ut: جِدَارٌ *paries*, جُدُرٌ *parietes*; عَمُودٌ *columna*, عُمُدٌ *columnæ*; قَضِيبٌ *virga*, حَجَاجٌ قُضُبٌ *os supercilii*, حُجُجٌ: ذَلُولٌ *obsequens jumentum*, ذُلُلٌ سَرِيرٌ *lectica*, *solium* سُرُرٌ. Sed duplicantia secundam interposito ا quiescente, ut حَاجٌّ, sæpius decimam quartam formam obtinent.

Ter-

Tertia فُعْلٌ

fit ab Adjectivis masculinis formæ أَفْعَلُ, & fœmininis eorum فَعْلَاءُ, ut: أَحْمَرُ *ruber*, & حَمْرَاءُ *rubra*, حُمْرٌ *rubri*, & *rubræ*.

Quarta فِعَلٌ

fit a Singulari فِعْلَةٌ, ut: قِرْبَةٌ *uter*, *utris*, قِرَبٌ; حِجَّةٌ *annus*, حِجَجٌ; سِكَّةٌ *moneta*, سِكَكٌ.

Quinta فِعَالٌ

fit 1. a فَعْلٌ & فُعْلٌ فِعْلٌ, ut: قِدْحٌ *telum absque cuspide*, قِدَاحٌ; رُمْحٌ *hasta*, رِمَاحٌ; رَجُلٌ *vir* رِجَالٌ.

2. a فَعْلٌ & فَعْلَةٌ, ut: كَعْبٌ *calcaneus*; كِعَابٌ; قَصْعَةٌ *scutella*, قِصَاعٌ; صَعْبٌ

difficilis, صِعَابٌ: ثَوْبٌ *vestis*, ثِيَابٌ, mutato و post kesra in ي: فَيْفٌ *desertum*, فِيَافٌ.

3. a Substantivis نَصْرٌ & نَصَرٌ non habentibus tertiam radicalem secundæ similem, aut و vel ي, ut: جَبَلٌ *mons*, جِبَالٌ *montes*; رَقَبَةٌ *collum*, رِقَابٌ.

4. ab Adjectivis نَصِيرٌ & نَصِبٌ, ut: شَرِيفٌ & شَرِيفَةٌ *nobilis*, شِرَافٌ, non tamen a Participiis formæ نَصِيرٌ passive sumptis, ut: قَتِيلٌ *occisus*.

5. ab Adjectivis نَضْرَانٌ & نَضْرَانَةٌ, ut: نَدْمَانٌ & نَدْمَانَةٌ *pœnitens*, نِدَامٌ.

6. ab Adjectivis نُضْرَانٌ & نُضْرَانَةٌ, ut: خُمْصَانٌ & خُمْصَانَةٌ *esuriens*, خِمَاصٌ.

Sexta نُصُورٌ

fit a Substantivis نَصَرٌ, نِصْرٌ, نُصْرٌ, نَصْرٌ, & نَصِيرٌ, ut: جُنْدٌ; بُزُورٌ *semen*, بَزْرٌ

exer-

exercitus, جُنُودٌ; ضِرْسٌ *dens*, ضُرُوسٌ, أَسَدٌ *leo*, أُسُودٌ; كَبِدٌ *jecur*, كُبُودٌ. Et interdum quoque a نَاصِرٌ, ut: شَاهِدٌ *teſtis*, شُهُودٌ.

Septima نُصَّرٌ

fit ab Adjectivo نَاصِرٌ & نَاصِرَةٌ, cujus ultima radicalis non eſt ى vel ي, ut: ضَارِبٌ & ضَارِبَةٌ *verberans*, ضُرَّبٌ *verberantes*, maſcul. & fœmin. Sed differentiæ cauſa Maſculinum interdum aſſumit ا ante ultimam radicalem, hoc modo; ضُرَّابٌ *verberantes*, maſcul.

Octava نَصَرَةٌ

fit ab Adjectivo rationali (ſeu quod de re rationali prædicatur,) formæ نَاصِرٌ non habentis ultimam ى vel ي, ut: كَامِلٌ *perfectus*, كَمَلَةٌ; وَارِثٌ *hereditans*, وَرَثَةٌ; قَائِمٌ *ſtans*, قَوَمَةٌ; بَارٌّ *juſtus*, بَرَرَةٌ.

Nona نُصَيْرَةٌ

fit ab Adjectivo rationali formæ نَاصِرٌ quiescentis ultima, ut: رَامٍ *projiciens*, رُمَاةٌ; غَازٍ *oppugnans*, غُزَاةٌ: in quibus ultima radicalis in ا quiescens convertitur juxta secundum Can. و & ي.

Decima نِصَيْرَةٌ

fit a Substantivo نِصْرٌ, ut: كُوزٌ *urceus*, كِوَزَةٌ; دُبٌّ *ursus*, دِبَبَةٌ, & a paucis formæ نَصْرٌ & نِصْرٌ, ut: زَوْجٌ *maritus*, زِوَجَةٌ; قِرْدٌ *simia*, قِرَدَةٌ.

Undecima نُصَيْرَةٌ

fit a Nominibus نَصَرٌ, نَصْرٌ, نُصْرٌ, نُصَارٌ, نَصَارٌ, & نَصِبٌ, ut: فَتًى *puer*, فِتْيَةٌ; شَيْخٌ *senex*, شِيَخَةٌ; أَخٌ *frater*, إِخْوَةٌ, ubi و in singul. abjectum redit, est enim أَخٌ pro أَخَوٌ; غُصْنٌ *ramus*,

mus, غِـزْلَـةٌ: غَـزَالٌ *dorcas*, غُـلَامٌ: غِـلْـمَـةٌ *puer*, صَـبِـيٌّ, صِـبْـيَـةٌ *infans*.

Duodecima أَنْـصُـرٌ

fit a Subſtantivo نَـصْـرٌ non habente mediam و vel ي, ut: وَجْـهٌ *facies*, أَوْجُـهٌ: item دَلْـوٌ *ſitula*, أَدْلٍ; ثَـدْيٌ *mamma mulieris*, أَثْـدٍ; ubi و & ي excidunt, Nun vocali eorum retrocedente: ſic يَـدٌ pro يَـدْيٌ *manus*, أَيْـدٍ.

Et a Subſtantivis fœmininis quæ non terminantur ة fœminino, & quatuor conſtant literis quarum penultima eſt اوي quieſcens, ut: ذِرَاعٌ *brachium*, أَذْرُعٌ; يَـمِـيـنٌ *juramentum*, أَيْـمُـنٌ.

Decima tertia أَنْـصَـارٌ

fit a Subſtantivis trium literarum, cujusvis formæ (præter نَـصْـرٌ, non habentis mediam و vel ي aut ultimam penultimæ ſimilem), ut: مَـطَـرٌ *pluvia*, أَمْـطَـارٌ; مَـرَضٌ *morbus*, أَمْـرَاضٌ; كَـنِـفٌ

humerus, أَكْتَافٌ ; إِبِلٌ *camelus*, أَبَالٌ ; ubi ل radicale excidit, juxta Canon. quintum Elif: عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ ; يَوْمٌ *dies*, أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ, juxta Canon. tertium و & ي ; طَرَبٌ *gaudium*, أَطْرَابٌ : ab hac tamen forma نَصَرٌ fæpius venit plurale decimum ſeptimum نِصْرَانٌ ; رَحًى *mola*, أَرْحَاءٌ ; خِثْيٌ *fimus bovis* ; أَخْثَاءٌ : in quibus ultima radicalis mutatur in hamza, ſecundum Canon. quartum و & ي : اِسْمٌ *nomen*, أَسْمَاءٌ ; اِبْنٌ *filius*, أَبْنَاءٌ : ubi redit ultima radicalis quæ in ſingulari exciderat, mutaturque in hamza, juxta eundem Canonem.

Decima quarta أَنْصِرَةٌ

fit a multis Subſtantivis Maſculinis quatuor conſtantibus literis, quarum penultima eſt اوي quieſcens, ut : قِلَادٌ *torques*, أَقْلِدَةٌ ; اَلَهٌ *Deus* (quod compendii cauſa ſic ſcribitur pro أَلَاهٌ) آلِهَةٌ ; ubi ل radicale excidit, juxta Canonem quintum Elif: عَمُودٌ *columna*, أَعْمِدَةٌ ; رَغِيفٌ *libum*, أَرْغِفَةٌ, & ſic fere perpetuo ſurda, & quieſcentia ل ;

بَنَاتٌ, ut: نِصَارٌ & نَصَارٌ formarum; ل *ſupellex*, أَبِنَّةٌ; امَامٌ *antiſtes*; أَئِمَّةٌ, Elif radic. in ي mutato juxta primum Canon. Elif; قَبَاءٌ *tunica*, أَقْبِيَةٌ; فِنَاءٌ *aula*, أَفْنِيَةٌ.

Decima quinta نَوَاصِرُ

fit a ſingulari نَاصَرٌ, ut: طَابَقٌ *ſartago*; طَوَابِقُ, & ab Adjectivo نَاصِرٌ ac Fœmino ejus نَاصِرَةٌ, ut: ضَارِبٌ *verberans* maſcul. ضَارِبَةٌ *verberans* fœmin. ضَوَارِبُ *verberantes* maſcul. & fœmin. a Maſculino tamen rationali نَاصِرٌ rarius hæc forma venit.

Decima ſexta نَصَايِرُ.

fit a Fœmininis harum decem formarum:

نُصَارٌ نَصَارٌ نِصَارٌ نَصُورٌ نَصِيرٌ

نُصَارَةٌ نَصَارَةٌ نِصَارَةٌ نَصُورَةٌ نَصِيرَةٌ

ut:

سَحَابِيبُ; سَحَابَةٌ *nubes*, سَحَابِيلُ; شَمَالٌ *ſeptentrio*, شَمَايِلُ

ذُؤَابِيبُ; ذُؤَابَةٌ *antiæ*, عُقَابِيبُ; عُقَابٌ *aquila*,

رَسَايِيلُ; رِسَالَةٌ *epiſtola*, شَمَايِلُ; شِمَالٌ *ſiniſtra*,

حَمَايِلُ; حَمُولَةٌ *jumentum onerarium*, عَجَايِزُ; عَجُوزٌ *vetula*,

صَحَايِفُ; صَحِيفَةٌ *lamina*, أَصَايِلُ; أُصَيْلٌ *tempus ante veſperam*,

كَرَايِمُ. كَرِيمَةٌ *nobilis* fœm. سَعَايِدُ; سَعِيدٌ *felix* fœm.

Decima ſeptima نِضْرَانٌ

fit a ſingulari نُضَارٌ & نُضَرٌ, ut: غُلَامٌ *puer*, غِلْمَانٌ; صُرَدٌ *æſalo*; صِرْدَانٌ; & ſæpe etiam a concavis و formarum نَضْرٌ & نُضْرٌ, ut: حُوتٌ *piſcis*; حِيتَانٌ; عُودٌ *lignum*, عِيدَانٌ; قَاعٌ *ager*, قِيعَانٌ, تَاجٌ *corona*, تِيجَانٌ, & a paucis aliis, ut: ظَلِيمٌ *ſtruthiocamelus mas*, ظِلْمَانٌ; صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَانٌ.

De-

Decima octava نُصْرَانٌ

fit a Subſtantivis نَصْرٌ, نَهَرٌ, & نَصِيبٌ, quorum media radicalis non eſt و vel ي, ut: سَقْفٌ *tectum*, سُقْفَانٌ; بَلَدٌ *regio*, *provincia*, بُلْدَانٌ; رِغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ.

Decima nona نُصَرَاءُ

fit ab Adjectivo rationali نَصِيبٌ, cujus tertia radicalis non eſt ſecundæ ſimilis, aut و vel ي, ut: شَرِيفٌ *nobilis*, شُرَفَاءُ; كَرِيمٌ *honorabilis*, كُرَمَاءُ; بَخِيلٌ *avarus*, بُخَلَاءُ.

Vigeſima أَنْصِرَاءُ

fit ab Adjectivo rationali formæ نُصَيْبٌ, cujus tertia radicalis eſt ſecundæ ſimilis, aut و vel ي, ut:

أَحْبَبَاءٌ
أَشْدِدَاءُ
} contracte pro {
أَحِبَّاءُ
أَشِدَّاءُ
حَبِيبٌ *dilectus*, شَدِيدٌ *vehemens*,

أَوْلِيَاءُ, وَلِيٌّ *amicus*; أَغْنِيَاءُ, غَنِيٌّ *dives*;

& in pauciſſimis perfectis, ut: صَدِيقٌ *verax*, أَصْدِقَاءُ, ſicut contra imperfecta quædam habent نُصَرَاءُ, ut: تَقِيٌّ *pius*, تُقَوَاءُ.

Vigeſima prima نَصْرِي

fit ab Adjectivis formæ نَصِيرٌ, & interdum quoque نَاصِرٌ vel نَصِرٌ ſignificantibus dolorem aut deſtructionem, ut: جَرِيحٌ *vulneratus*, جَرْحَي هَالِكٌ *occiſus*, قَتْلَي قَتِيلٌ *periens*, هَلْكَي.

Vigeſima ſecunda نَصَارِي

fit a ſingulari نَصْرَاءُ, ut: صَحْرَاءُ *ager*,

ger, صَحَارِيّ ; عَذْرَاءُ *virgo*, عَذَارِيّ.

Si quæ autem harum formarum ab aliis etiam ſingularibus triliteris & Nudis aut Fœmininis eorum veniunt, id ſpeciale eſt & notandum, ſicuti & obſervanda ſunt illiusmodi ſingularia, quorum Pluralia diverſas habent formas a nominatis: qualia non usque adeo multa occurrent.

Ea autem ſingularia quarum formæ in diverſis hic comparent claſſibus, diverſa quoque ut plurimum habent Pluralia: ſic a نَفْسٌ *anima*, fit نُفُوسٌ & أَنْفُسٌ *animæ*; غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ & غِلْمَانٌ *pueri*; عَيْنٌ *oculus* أَعْيَانٌ & عُيُونٌ *oculi*; رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ & أَرْغِفَةٌ *liba*; سُورٌ *murus*, سِيرَانٌ & أَسْوَارٌ *muri*; جَفْنٌ *palpebra*, جُفُونٌ & أَجْفَانٌ *palpebræ*; عَبْدٌ *ſervus*, عِبَادٌ, عُبُودٌ, عُبْدَانٌ & quoque عَبِيدٌ *ſervi*: بَحْرٌ *mare*, بِحَارٌ, بُحُرٌ & أَبْحُرٌ *maria*; شَاهِدٌ *teſtis*, شَاهِدُونَ, شَوَاهِدُ, شُهُودٌ *teſtes*. Non tamen perpetuo omnia illa quæ a talibus formis derivari poſſunt: ſic

a نَفْسٌ non dicitur نِفَاسٌ, نِفَسَةٌ, نِفْسَةٌ, نُفْسَانٌ, نِفْسَةٌ; nec ab عَبْدٌ dicitur عِبْدَةٌ, عِبَدَةٌ, أَعْبُدٌ, &c. interdum vero unum tantum; ut a رَجُلٌ *vir*, ſolum fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, ſolum أُمُورٌ; quod uſus docebit.

Obſervandum autem eſt formas undecimam, duodecimam, decimam tertiam & decimam quartam, Pluralia paucitatis vocari & uſurpari cum numeralibus tantum, ſi videlicet aliud ejusdem ſingularis plurale extet; ſi minus, etiam has generaliter uſurpari, ut ſolent reliquæ.

Atque hæc quidem de nudis triliteris dicta ſunto: quadrilitera autem nuda omnia, & aucta pleraque, cum Fœmininis ſuis formant plurale fractum aſſumpto ا quieſcente poſt ſecundam literam, quæ, ut & prima, phatha poſſidet, ſicut tertia keſra; ut ſit formæ قَمَاطِرُ, ut: ضِفْدَعٌ *rana*, ضَفَادِعُ; مَدْخَلٌ *veſtibulum*, مَدَاخِلُ, ة autem finale excidit, ut: مَزْبَلَةٌ *fimetum*, مَزَابِلُ, & ultimam radicalem ſi præcedat aliqua literarum اوي quie-

quiescens, ea manet, ut: قِنْدِيلٌ *lampas*, قَنَادِيلُ: sed ob præcedens kesra in ي mutata, si sit ا vel و, ut: سُلْطَانٌ *princeps*, سَلَاطِينُ; عُرْقُوبٌ *calcaneus*, عَرَاقِيبُ: interdum tamen ea excidit, ة in fine accedente ad ejus compensationem, ut: اِبْلِيسٌ *diabolus*, & أَبَالِسَةٌ: اِسْكَافٌ *calcearius*, أَسَاكِفُ & أَسَاكِفَةٌ: sicuti & alias interdum accedit ة, ut: أَسْقُفٌ *Episcopus*, أَسَاقِفُ & أَسَاقِفَةٌ; تِلْمِيذٌ *discipulus*, تَلَامِيذُ & تَلَامِذَةٌ. Hanc etiam pluralis formam adsciscunt adjectiva formæ أَنْصَرُ, de quibus supra in نُصْرٌ dictum est, ut: أَسْوَدُ *niger*, أَسَاوِدُ, & comparativa, ut: أَصْغَرُ *minor*, *minimus*, أَصَاغِرُ; أَكْبَرُ *major*, *maximus*, أَكَابِرُ, & Pluralia quædam aucta triliterorum (formatur enim interdum ab uno Plurali aliud ad copiam sermonis,) ut: ظُفْرٌ *unguis*,

guis, in Plural. habet أَظْفَارٌ, unde formatur ſecundum plurale أَظَافِيرُ: ſic ab عِرْقٌ *vena*, fit عُرُوقٌ, & ab hoc عَرَايِقُ; a سِوَارٌ *armilla*; & ab hoc أَسَاوِرُ أَسْوِرَةٌ.

Ad hanc quoque pluralis formam reduci commode poſſunt formæ نَصَايِرُ & نَوَاصِرُ ſupra poſitæ, ut inſpicienti ſatis fit manifeſtum.

Cæterum quædam ultimam literam habentia quieſcentem, keſra penultimum in phatha mutant, ut: عَذَارَي pro عَذَارِي, ab عَذْرَي *virgo*.

Quæ autem quinque vel pluribus conſtant literis (non annumeratis ة & اوي quieſcentibus) eandem quidem formam aſſumunt, ſed abjecta tamen litera una aut pluribus: nuda enim pentagrammata abjiciunt ultimam radicalem, ut: سَفَرْجَلٌ *cydonium malum*, سَفَارِجُ; عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ: & interdum quoque penultimam, manente ultima, ut: خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِنُ & خَزَارِقُ; فَرَزْدَقٌ Collect. *fruſtum libi deciduum*, *mica*, فَرَازِدُ & فَرَازِقُ. Si tamen penultima eſt

و vel ي diphthongeſcens poſt phatha, utraque manet, ultima ſcilicet & penultima, ſed و in ي mutatur ob keſra præcedens, ut: فِرْعَوْنٌ *crocodilus*, فَرَاعِيْنُ. Aucta vero abjiciunt ſerviles, ut: مُدَحْرَجٌ *locus volutationis*, دَحَارِجُ: manet tamen م, ſi ſerviat cum ن, ut: مُنْطَلِقٌ *ſolutus*, مَطَالِقُ: vel cum ستـ, ut: مُسْتَخْرِجٌ *eductor*, مَخَارِجُ.

Obſervatio de Pluralibus Anomalis.

Notandum eſt Singularia quædam, Pluralia ſua aliunde mutuari, ut: أُمٌّ *mater* habet أُمَّهَاتٌ, tanquam ab أُمَّهٌ; فُمٌ *os*, أَفْوَاهٌ: a فُوهٌ; عُثَانٌ *fumus*, عَوَاثِنُ, ut ab عَائِثٌ; مَاءٌ *aqua*, أَمْوَاهٌ, & مِيَاهٌ, ut a مَاهٌ; امْرَأَةٌ *mulier*, habet نِسْوَانٌ & نِسْوَةٌ, نِسَاءٌ: إِنْسَانٌ *homo*, أُنَاسٌ, ab إِنْسِيٌّ, ponitur enim pro أُنَاسِيٌّ; ſed ob frequentem uſum يّ excidit: qui-

quidam tamen putant poni pro Plurali regulariter formato ab اِنْسَانٌ, nempe أَنَاسِيْنَ, abjecto يْنَ : & ſic pauca alia, de quibus alias. Atque hæc de Pluralibus nunc ſufficiant.

CAPUT SEPTIMUM

De Caſu.

In Numero tres ſunt Caſus, Nominativus, Genitivus (ſub quo Dativus etiam noſter & Ablativus continetur) & Accuſativus. Horum ratione nomina alia ſunt Triptota; alia Diptota. Triptota ſunt, in quibus caſus iſti tres tribus diſtinctis terminationibus diſcernuntur. Diptota, in quibus Caſus obliqui una terminatione continentur, atque adeo quæ duas tantum terminationes agnoſcunt. Triptota autem ſunt,

Omnia fere ſingularia, & pluralia fracta, terminantque Nominativum per ◌ُ *on*, Genitivum per ◌ِ *in*, Accuſativum per ◌َ *an*; ut: Nominat. رَجُلٌ *vir*, Genit. رَجُلٍ *viri* vel *viro*, Accuſ. رَجُلًا *virum*; رِجَالٌ *viri*, رِجَالٍ *virorum*, & رِجَالًا *viros*.

Di-

Diptota ſunt,

1. Dualia omnia, habentque Nominativum in ـَانِ, Genitivum & Accuſat. in ـَيْنِ, ut: رَجُلَانِ *duo viri*, رَجُلَيْنِ *duorum virorum, duobus viris, duos viros:* مَدِينَتَانِ *duæ urbes*, مَدِينَتَيْنِ *duarum urbium, duabus urbibus, duas urbes.*

2. Pluralia ſana Maſculina, habentque Nominativum in ـُونَ, Genitivum & Accuſat. in ـِينَ, ut: مُؤْمِنُونَ *credentes*, مُؤْمِنِينَ *credentium, credentibus, credentes.*

3. Pluralia ſana Fœminina, habentque Nominativum in ـَاتٌ, Genitivum & Accuſativum in ـَاتٍ, ut: أُمَّهَاتٌ *matres*, أُمَّهَاتٍ *matrum, matribus, matres.*

4. Nomina Invariabilia quæ vocant Arabes, ſeu quorum ultima vocalis non admittit Nunnationem: habetque Nominativum in ـٌ, Genitivum & Accuſativum in ـً, ut: عُثْمَانُ *Othmanus*, عُثْمَانَ *Othmani, Othmano, Othmanum:* مَسَاجِدُ *templa*, مَسَاجِدَ *templorum, templis, templa;* أَسْوَدُ *niger*, أَسْوَدَ *nigri, nigro, nigrum.*

Sunt autem Nomina invariabilia,

1. Adjectiva Positiva & Comparativa formæ أَفْعَلُ, ut: أَحْمَرُ *ruber*, أَكْبَرُ *major*, *maximus*, nisi, quod rarius accidit, fœmininum per ة forment; sicuti أَرْمَلُ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua*.

2. Adjectiva terminata اَنُ servili, quæ non formant fœmin. addito ة, ut غَضْبَانُ *iratus*, cujus fœmin. est غَضْبَى; sic enim etiam hujus formæ quædam Adjectiva moventur.

3. Terminata Elif servili, ut: صَفْرَاءُ *flava:* vel ي servili quiescente instar Elif, ut: ذِكْرَى *recordatio*, pro ذِكْرَيٌ juxta Canon. tertium ي, sic etiam غَضْبَى *irata*, قَتْلَى *occisi*.

4. Pluralia fracta formæ قَمَاطِرُ & نَوَاصِرُ vel قَمَاطِيرُ, ut: ضَوَارِبُ *verberantes*, ضَفَادِعُ *ranæ*, قَنَادِيلُ *lucernæ*, مَدَاخِلُ *vestibula*, خَزَارِنُ vel خَزَارِفُ *araneæ*. Sed eæ quarum ultima radicalis est litera quiescens, triptota sunt, ut reliqua Pluralia fracta: quædam tamen kesra penultimam in phatha mutant, & ea hujus quoque loci sunt, ut: عَذَارَى *virgines*, pro عَذَارِيٌ

in

in Nominativo, عَذَارَيْ in Genitiv. & Accuſat. ſic نَصَارَيْ *Chriſtiani*, pro نَصَارِيٌّ & نَصَارَىٰ. Cæterum vox سَرَاوِيلُ *femoralia*, aliis eſt Plural. a سِرْوَالٌ, & regulariter diptoton, ob ſimilitudinem quam habet cum plurali formæ نَصَارِيرُ.

5. Regionum, Inſularum, Urbium, Pagorum, Artium, Montium, Fluviorum, & Locorum quælibet nomina, ut: مِصْرُ *Ægyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*, مَكَّةُ *Mecca*, جِيزَةُ *Gjiza*, عَكَارُ *Acara*, دَرَنُ *Atlas mons*, دِجْلَةُ *Tygris*, غُوطَةُ *Gouta*.

6. Pleraque hominum propria, & inter cætera Maſculina omnia terminata اَنْ, ut: عِمْرَانُ *Imran*, عُثْمَانُ *Othman*, & Barbara pluribus quam tribus literis conſtantia, ut: اِبْرَهِيمُ *Abraham*, اِسْحَاقُ *Iſaac*, يَعْقُوبُ *Jacob*, آدَمُ *Adam*, جَهَنَّمُ *Gehenna*, فِرْدَوْسُ *Paradiſus*, &c. nec non fœminina terminata ſ fœminino, ut: عَبْشَةُ

عَـــيْـــشَـــةٌ *Aisja*; & conſtantia literis quatuor, زَيْـنَـبُ *Zainab*; vel tribus quarum media movetur, ut: سَـقَـرٌ *Sakar*, aut damma ante ſe habet, ut: جُـوَرٌ *Gjoero*, quæ autem tribus conſtant literis nec terminantur ة, niſi Barbara ſint, (nam hæc ſunt diptota) modo triptota ſunt, modo diptota, ut: Nominat. سَـقَـرٌ Genitiv. سَـقَـرٍ, Accuſat. سَـقَـرًا, & Nominat. سَـقَـرُ Genit. & Accuſat. سَـقَـرَ, ſic Nominat. دَعْـدٌ, Genitiv. دَعْـدٍ Accuſat. دَعْـدًا, & Nominat. دَعْـدُ Genitiv. & Accuſat. دَعْـدَ, quod & reliquis nominibus invariabilibus (in poëſi potiſſimum) interdum contingit, ſicut contra, variabilia ſeu triptota quædam, invariabilia ſeu diptota ſubinde fiunt, ſed utrumque rarum eſt.

Bene autem hic meminiſſe oportet Canonis tertii و, nec non tertii & quarti ي: nam juxta Canonem tertium و dicitur, عَـصًـا pro عَـصَـوٌ, عَـصَـوًا, عَـصَـى, *baculum*, *baculi* vel *baculo*, *baculum*: & juxta tertium Canon. ي, رَحًـى pro رَحًـيٌ, رَحًـيًـا, رَحًـيٍ, *mola*, *molæ*, *molam*;

jux-

juxta quartum vero ejusdem Canonem رَامٍ, pro رَامِي & رَمِيٌّ *projiciens*, *projicientis*; جَوَارٍ, pro جَوَارِيٌّ & جَوَارِي *puellæ*, *puellarum*.

Considerandæ autem in hisce casibus sunt Apocope & Permutatio.

Apocope est τῦ Nun Casualis: Vocalis quidem, in nominibus tripotis, & diptotis pluralibus fœmininis perfectis: Consoni vero in diptotis dualibus, & pluralibus masculinis perfectis: amittunt enim hæc omnia Nun ob Constructionem, tum I. Regiminis, seu cum sequitur Genitivus; ut: كِتَابٌ *liber*, كِتَابُ مُوسَى *liber Mosis*, كِتَابِ مُوسَى *libri* vel *libro Mosis*, كِتَابَ مُوسَى *librum Mosis*: كِتَابَانِ *libri duo*, كِتَابَا مُوسَى *libri Duo Mosis*, كِتَابَيْ مُوسَى *librorum duorum*, *libris duobus*, vel *libros duos Mosis*: كُتُبٌ *libri*, كُتُبُ مُوسَى *libri Mosis*, كُتُبِ مُوسَى *librorum*, vel *libris Mosis*, كُتُبَ مُوسَى *libros Mosis*: بَنُونَ *filii*;

بَنُوا ٱللَّهِ *filii Dei*, بَنِي ٱللَّهِ *filiorum*, *filiis* vel *filios Dei*; tum II. Affixi, ſeu cum annectitur Pronomen Poſſeſſivum, ut: كِتَابُهُ *liber ejus*; كِتَابِهِ *libri* vel *libro ejus*, كِتَابَهُ *librum ejus*; كِتَابَاهُ *libri duo ejus*; كِتَابَيْهِ *librorum duorum*, *libris duobus*, vel *libros duos ejus*; كُتُبُهُ, كُتُبِهِ, كُتُبَهُ, *libri*, *librorum*, & *libros ejus*. Et Nun vocale III. etiam excidit ob articulum ال tum 1. præcedentem, ut: أَلْكِتَابُ *liber*, أَلْكِتَابِ *libri*, أَلْكِتَابَ *librum*: tum 2. ſequentem, ut: كِتَابُ ٱلَّذِي *liber qui*, كِتَابَ ٱلَّذِي *librum qui*, &c. رَامٍ *ſagittarius*, رَامِي ٱلْمَلِكِ *ſagittarius regis*: excidente enim Nun redit ي abjectum.

Sed أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *ſocer*, & interdum quoque هَنٌ *res*, *muliebria*, Nun ob conſtructionem abjicientes (niſi accedat ي affixum,) aſſumunt ejus loco literam quieſcentem; in Nominativo و, in Genitiv. ي, in Accuſativ. ا, ut:

هُوَ

هُوَ أَبُو دَاوُدَ *is eſt pater Davidis*, مِنْ أَبِي دَاوُدَ *a patre Davidis*, رَأَيْتُ أَبَا دَاوُدَ *vidi patrem Davidis*; أَبُوكَ *pater tuus*, أَبِيكَ *patris tui*, أَبَاكَ *patrem tuum*. Sic ذُو *poſſeſſor*, in regimine (nec aliter uſurpatur) habet Genitivum ذِي, Accuſativum ذَا, & فُمٌ *os*, *oris*, in Genitiv. conſtructo فِي habet, (etiam cum affixo ي) & in Accuſativo فَا.

Permutatio eſt Nominativi cum Accuſativo: accipit enim ille hujus terminationem in ſubjecto enuntiationis, cum præcedunt particulæ ſubjecti, quæ ſunt

إِنَّ *etenim*, *utique*: أَنَّ *quod*: كَأَنَّ *ſicuti*, *ac ſi*: لَعَلَّ *utinam*: لَيْتَ *ſed*: لَكِنَّ & لَكِنْ *fortaſſis*.

Ut إِنَّ مُحَمَّدًا يَقُومُ *utique Mahomed ſtat*; إِنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ *etenim Deus eſt clemens*; عَلِمُوا أَنَّ ٱلْمَلِكَ قَدِيرٌ *ſciunt quod rex eſt potens*; ubi مُحَمَّدًا eſt pro مُحَمَّدٌ, ٱللَّهَ pro أَللَّهُ, ٱلْمَلِكَ pro ٱلْمَلِكُ.

Sed neceſſe eſt ut nihil intercedat; niſi forte Præ-

Præpoſitio cum ſuo caſu, ut: إِنَّ فِي ٱلدَّارِ رَجُلًا *utique in domo eſt homo:* إِنَّ quoque & لَيْتَ aſſumunt interdum مَا in fine; & tunc إِنَّ ſemper, لَيْتَ ut plurimum, virtutem illam amittit.

Sic لَا *non eſt*, immediate præpoſitum appellativo, ei influxu ſuo pro Nominativi dat Accuſativi terminationem, ſed ſine Nun vocali, ut: لَا رَيْبَ فِيهِ *non eſt dubium in eo;* ſed iteratum libere influit in alterutrum, & utrumque, ut:

لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ
لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ
لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ
لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ
} إِلَّا بِٱللَّهِ *non eſt virtus nec potentia niſi in Deo.*

De Vocativo.

Vocativus per Accuſativum concipitur, ut: يَا رَجُلًا *o vir*, يَا عَبْدَ ٱللَّهِ *o ſerve Dei:* niſi ſit nominis Proprii, aut Appellativi poſſidentis Articulum: vel abſolute poſiti, quod ſignificat rem quam vocans intuetur; tum enim concipitur per Nominativ. ſed absque Nun vocali, ut:

يَا

يَا آدَمُ *o Adam*, يَا مُحَمَّدُ *o Muhamed*, يَا رَجُلُ *o tu vir*, يَا أَيُّهَا النَّاسُ *o homines*, (quem ſcilicet aſpicio) يَا رَجُلَانِ *o vos duo viri*, يَا نَبِيُّونَ *o vos prophetæ*. Si quis ad opem invocetur, adhibetur non raro Genitivus præfixo لَ, ut: يَا لَزَيْدٍ *o Zeide* (*adjuva* ſcilicet) vel Accuſat. cum اهُ, ut: يَا زَيْدَاهُ. Adjectivum Vocativo appoſitum, aut Subſtantivum per copulativam Conjunctionem ei adjunctum, indifferenter Nominativi terminationem habet vel Accuſativi; niſi adſit Affixum, tunc enim Accuſativi tantum. Cum autem Vocativo addendum eſt *mi* vel *mei*, id regulariter fit per affixum ي, ut: يَا غُلَامِي *o puer mi*; & phathato ي, يَا غُلَامِيَ; vel eo omiſſo, ut غُلَامِ: raro per اَ, ut: يَا غُلَامَا; rariſſime per ſimplex damma, ut: يَا غُلَامُ; pro أَبِي autem *pater mi*, & أُمِّي *mater mea*, interdum dicitur, أَبَتَ vel أَبَتِ, & أُمَّتَ vel أُمَّتِ: quod ſpeciale eſt.

CAPUT OCTAVUM

De Declinatione.

Ex Numerorum & Caſuum ſupra memoratorum varietate Declinationes exſurgunt quatuor.

Prima triptota eſt in Singulari & Plurali, (nam Dualis ubique eadem eſt ratio,) ut:

Sing. Nom. بَيْتٌ, Gen. بَيْتٍ Accuſ. بَيْتًا.

Plur. Nom. بُيُوتٌ, Gen. بُيُوتٍ Accuſ. بُيُوتًا.

Secunda triptota in Singulari & diptota in Plurali, ut:

Sing. Nom. نَاصِرٌ, Gen. نَاصِرٍ, Acc. نَاصِرًا.

Plur. Nom. نَاصِرُونَ, Gen. & Acc. نَاصِرِينَ.

Sing. Nom. نَاصِرَةٌ, Gen. نَاصِرَةٍ, Acc. نَاصِرَةً.

Plur. Nom. نَاصِرَاتٌ, Gen. & Acc. نَاصِرَاتٍ.

Sing. Nom. مَسْجِدٌ, Gen. مَسْجِدٍ, Acc. مَسْجِدًا.

Plur. Nom. مَسَاجِدُ, Gen. & Acc. مَسَاجِدَ.

Ter-

Tertia diptota in Singular. & triptota in Plurali; ut:

Sing. Nom. أَحْمَرُ, Gen. & Acc. أَحْمَرَ.
Plur. Nom. حُمْرٌ, Gen. حُمْرٍ, Acc. حُمْرًا.

Quarta diptota in Singular. & Plurali, ut:

Sing. Nom. أَصْغَرُ Gen. & Acc. أَصْغَرَ.
Plur. Nom. أَصَاغِرُ Gen. & Acc. أَصَاغِرَ.

CAPUT NONUM

De Comparatione.

COMPARATIVUS fit a positivo præfixo أَ; estque formæ أَفْعَلُ, ut: حَسَنٌ *bonus*, أَحْسَنُ *melior*; صَغِيرٌ *parvus*, أَصْغَرُ *minor*; حَبِيبٌ *charus*, أَحَبُّ (pro أَحْبَبُ) *charior*, habetque post se مِنْ, ut: أَعْظَمُ مِنَ الْمَلِكِ *major rege*; si absolute ponatur aut in regimine, Superlativus est, ut: اللّٰهُ أَعْلَمُ

أَحْسَنُ النَّاسِ *Deus eſt ſcientiſſimus; optimus hominum.*

CAPUT DECIMUM

De Numeralibus.

NOMINUM Numeralium, quia peculiaria quædam habent, tractatum hic lubet adjicere: ſunt autem duplicia: Cardinalia, & Ordinalia. Cardinalia ſunt

	Maſc.	Fœm.
1	وَاحِدٌ أَحَدٌ	وَحِدَةٌ إِحْدَى
2	اثْنَانِ	اثْنَتَانِ
3	ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ
4	أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ
5	خَمْسَةٌ	خَمْسٌ
6	سِتَّةٌ	سِتٌّ
7	سَبْعَةٌ	سَبْعٌ
8	ثَمَانِيَةٌ	ثَمَانٍ
9	تِسْعَةٌ	تِسْعٌ
10	عَشَرَةٌ	عَشْرٌ

20 عِشْرُونَ

Fœm.		Masc.		Fœm.		Masc.	
مِائَتَانِ	200	ثَمَانُونَ	80	خَمْسُونَ	50	عِشْرُونَ	20
أَلْفٌ	1000	تِسْعُونَ	90	سِتُّونَ	60	ثَلَاثُونَ	30
أَلْفَانِ	2000	مِائَةٌ	100	سَبْعُونَ	70	أَرْبَعُونَ	40

Quorum prima duo regulariter formant fœmininum: ſequentia octo maſculina ſunt ſub terminatione fœminina, & vice verſa; reliqua communia. Ea autem quæ terminantur ن, diptota ſunt, ut reliqua Dualia, & Pluralia perfecta; cætera vero triptota.

Reliqua ex his componuntur, minori numero perpetuo præmiſſo: idque ſine Conjunctione copulativa usque ad viginti, ut:

Fœm.		Masc.		Fœm.		Masc.	
ثَلَاثَ عَشْرَةَ	13	ثَلَاثَةَ عَشَرَ		إِحْدَى عَشْرَةَ		أَحَدَ عَشَرَ	11
أَرْبَعَ عَشْرَةَ	14	أَرْبَعَةَ عَشَرَ		اثْنَتَا عَشْرَةَ		اثْنَا عَشَرَ	12

& ſic de cæteris: ita ut in hac compoſitione regulariter عَشَرَ ſit maſculinum, & عَشْرَةَ fœmininum, & utrumque terminetur nuda vocali phatha, idque in omni caſu; præterquam in quorum caſus obliquus eſt

اثْنَتَا عَشْرَةَ & اثْنَا عَشَرَ,

اثْنَتَيْ عَشْرَ & اثْنَيْ عَشَرَ.

In reliquis accedit Conjunctio absque ulla mutatione, ut: أَحَدٌ وَعِشْرُونَ, أَحَدٌ وَعِشْرِينَ, أَحَدًا وَعِشْرِينَ; & sic de cæteris.

Ordinalia sunt,

Fœm.	Masc.		Fœm.	Masc.	
سَادِسَةٌ	سَادِسٌ	6us.	أُولَى	أَوَّلُ	Primus.
سَابِعَةٌ	سَابِعٌ	7us.	ثَانِيَةٌ	ثَانٍ	2us.
ثَامِنَةٌ	ثَامِنٌ	8us.	ثَالِثَةٌ	ثَالِثٌ	3us.
تَاسِعَةٌ	تَاسِعٌ	9us.	رَابِعَةٌ	رَابِعٌ	4us.
عَاشِرَةٌ	عَاشِرٌ	10us.	خَامِسَةٌ	خَامِسٌ	5us.

عِشْرُونَ *vigesimus, ma;* ثَلَاثُونَ *trigesimus, ma:* & sic de cæteris denariis: nam in his non differunt Ordinalia a Cardinalibus.

Reliqua ex his componuntur eodem fere modo, quo Cardinalia, ut:

Fœm.	Masc.	
حَادِيَةَ عَشْرَةَ	حَادِيَ عَشَرَ	Undecimus.
ثَانِيَةَ عَشْرَةَ	ثَانِيَ عَشَرَ	12us.
ثَالِثَةَ عَشْرَةَ	ثَالِثَ عَشَرَ	13us.

&

& ſic cætera, ut aptota quoque ſint per phatha:

21us.	حَادِيَ وَعِشْرُونَ	حَادِيَةَ وَعِشْرُونَ	& ita reliqua.

Uſurpatur autem pro Ordinali numerus Cardinalis, cum numeratum non eſt reſtrictum.

Caput Undecimum

De Pronomine.

Nominis vicem ſubeunt Pronomina; quæ ſunt Separata, vel aliis vocibus Affixa. Separata ſunt triplicia, Perſonalia, Demonſtrativa, & Relativa; quæ Generibus & Numeris variantur ut Nomina: ſed Caſus, non agnoſcunt; nili dualia Demonſtrativa & Relativa, quæ more Nominum diptota ſunt.

Perſonalia autem ſunt hæc:

Pluralia.	*Dualia.*	*Singularia.*	
illi vos nos	*illi duo vos duo*	*ille tu ego*	
أَنْتُمْ هُمْ		أَنْتَ هُوَ	Maſc.
نَحْنُ	أَنْتُمَا هُمَا	أَنَا	Com.
illæ		*illa*	
أَنْتُنَّ هُنَّ		أَنْتِ هِيَ	Fœm.

Quo-

Quorum ea quæ tertiæ perſonæ ſunt pro verbo ſubſtantivo cujusvis perſonæ ſæpiſſime uſurpantur.

Demonſtrativum autem propinqui eſt ذَا *hic*; quod ſic flectitur:

Pluralia.	*Dualia.*	*Singularia.*	
	ذَانِ ذَيْنِ	ذَا	Maſc.
أُولَآءِ أُولَي			Com.
		ذِهْ ذِهِ ذِهِي ذِي	Fœm.
	تَانِ تَيْنِ	تَا تِهْ تِهِي تِي	

fitque demonſtrativum remoti addito كَ, in hunc modum:

Pluralia.	*Dualia.*	*Singular.*	
Comm.			
أُولَايِكَ أُولَاكَ	ذَانِكَ ذَيْنِكَ	ذَاكَ	*ille*
	تَانِكَ تَيْنِكَ	تَاكَ	*illa*

ante quod كَ in Singular. & Plural. non raro aſſumitur ل, ut dicatur ذَالِكَ, & cum م paragogico, أُولَالِكَ, تِلْكَ: ذَالِكُمْ; utrique autem, niſi ل illud aſſumatur, crebro præfigitur هَا:

هَـا: cujus tamen ا compendii cauſa non ſolet pingi; ſed per phatha perpendiculare aut medda repræſentari, (quod & ذَا τῷ ante ل, & aliis vocibus ا quieſcens habentibus creberrime accidit) hoc modo:

هٰـذَا	هٰـذَانِ	هٰـذَيْـنِ	هٰـؤُلَاءِ
هٰـذِهِ	هٰـتَـانِ	هٰـتَـيْـنِ	

Relativum eſt اَلَّـذِي *qui*, compoſitum ex articulo ال & لـذي; flectiturque hoc modo:

اَلَّـذِي	اَلَّـذَانِ اَلَّـذَيْـنِ	اَلَّـذِيـنَ	اَلَّـلَائِـي اَلَّـلَائِ
اَلَّـتِـي	اَلَّـتَـانِ اَلَّـتَـيْـنِ	اَلَّـلَاتِـي اَلَّـوَاتِي	اَلَّـلَاءِ

Nun duale hic & in Demonſtrativis interdum habet teſdid, in compenſationem ultimæ ſingularis excidentis.

Cæterum relativum hoc non patitur ante ſe literas ſerviles præter فـكـلـى, ac rariſſime uſurpatur in Caſu obliquo, ſed defectus hi ſupplentur per Affixa vocum ſequentium: ſic pro بِـالَّـذِي *in*

quo, dicitur بِهِ الَّذِي; & pro مِنَ الَّذِي *a quo*, مِنْهُ الَّذِي; pro رَأَيْتُ الَّذِي *quem vidi*, رَأَيْتُهُ الَّذِي.

Relativa quoque ſunt, ſed antecedens includentia مَنْ *is qui*, & *ii qui*, *quicunque*: مَا *quod*, *quodcunque*, *ea quæ*, *quæcunque*: illud de perſonis, hoc de rebus dicitur: & utrumque non raro interrogat.

أَيٌّ autem, *quis*, *qualis*, Nomen eſt interrogativum & ſubſtantivum; unde aliud ſubſtantivum regit in Genitivo, ut: أَيُّ كِتَابٍ *qualis liber*, مِنْ أَيِّ كِتَابٍ *ex quo* vel *quali libro?*

Affixa cum Nominibus ſignificant poſſeſſionem; referuntque Pronomina noſtra poſſeſſiva: cum Verbis ut plurimum Caſum patientem; non raro tamen Dativum, maxime cum Accuſativus alius ſequitur, ſuntque:

Plu-

Pluralia.			*Dualia.*		*Singularia.*				
3	2	1	3	2	3	2	1	Perf.	
كُمْ	هُمْ				هُ	كَ			Maſc.
		نَا	كُمَا	هُمَا			ـِي		Com.
كُنَّ	هُنَّ				هَا	كِ			Fœm.

Pro ـِي, cum Verbis & Particulis terminatis ى, eſt ـِيـ.

Nunquam autem mutantur: niſi quod هُمَا هُ damma in keſra mutant, 1. cum immediate præcedit keſra, ut: مِنْ رَبِّهِ, vel 2. ي vocali deſtitutum, ut: فِيهِ *in eo*, & عَلَيْهِ *ſuper eo*: & 3. quod ي loco keſra ante ſe, habet phatha ſuper ſe, & annectitur dictioni terminatæ aliqua literarum اوي vocali deſtituta, ut: خَطَايَا *peccata*, خَطَايَايَ *peccata mea*; غُلَامَانِ *duo pueri*, غُلَامَايَ *duo pueri mei*; غُلَامَيْنِ *duorum puerorum*, غُلَامَيَّ *duorum puerorum meorum*,

rum; مُسْلِمِينَ *fidelium*, مُسْلِمِيَّ *fidelium meorum*; sic & a مُسْلِمُونَ est مُسْلِمِيَّ juxta Canon. 5. Ie: عَصًا *baculus*, عَصَايَ *baculus meus*; رَامٍ *sagittarius*, رَامِيَّ *sagittarius meus*, & quod 4. post kesra interdum excidit, quod frequens est in Vocativo, ut: رَبِّ *domine mi*: & fere perpetuum, cum præcedit aliud ي descendens ex hamza, ut: أَحِبَّائِي *amici mei*, أَبَائِي *patres mei*. Sic pro نِي occurrit نِ, ut: أَنْصُرُونِ *adjuvate me*.

Et vocibus nullam inducunt mutationem: nisi quod 1. in Nominibus Nun casuale tollunt, ut supra dictum est: & 2. ad ي insuper ultimam vocalem, ut: كِتَابٌ *liber*, كِتَابِي *liber meus*: ac 3. fœmininum in ة mutant: ut عَمَّةٌ *amita*, عَمَّتُكَ *amita tua*: nec non hamza ultimum 4. in ن vel ي, juxta Canonem primum Elif. In verbis autem 5. pellunt ا otiosum post و servile, ut: نَصَرُوا *adjuverunt*, نَصَرُونَا *adjuverunt nos*: & 6. termina-

tio-

tioni تُمْ adjiciunt وْ, ut: نَصَرْتُمْ *adjuviſtis*, نَصَرْتُمُوهُ *adjuviſtis eum.*

In utrisque autem, tum Nominibus tum Verbis, Ie finale poſt phatha quieſcens inſtar Elif, libere in Elif quieſcens mutant vel relinquunt, ut: رَمَى *jecit*, رَمَاهُ & رَمَيْهُ *jecit eum*; & فَتًى *puer* فَتَاهُ & فَتَيْهُ *puer ejus.* Nam in Particulis ي hoc diphthongeſcit, ut: اِلَى *ad*, اِلَيْهِ *ad eum.*

Uni autem Verbo duo interdum annectuntur affixa, ut: أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eum*, يَكْفِيكَهُمْ *ſufficere fecit tibi illos.*

Poſſunt quoque Affixa ſeparatim verbis apponi, ſed præfixo اِيَّا, ut: اِيَّاكَ *te*, اِيَّايَ *me*, &c. ضَرَبَكَ, atque etiam ضَرَبَ اِيَّاكَ *verberavit te*,

Actiones autem reciprocæ per nomen نَفْسٌ cum affixis exprimuntur, ut: أَحْبَبْتُ نَفْسِي *dilexi me* (quaſi dicas *animam meam*) أَحْبَبْتُمْ أَنْفُسَكُمْ

أَنْفُسَكُمْ *dilexistis vos ipsos*, &c. rarissime per nudum affixum, ut: أُحِبُّنِي *diligo me.*

FINIS LIBRI TERTII.



THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

LIBER QUARTUS

DE

PARTICULIS.

CAPUT PRIMUM

De Particulis conjunctis.

PARTICULARUM orationis indeclinabilium aliæ ſunt conjunctæ, quæ perpetuo aliis vocibus præfiguntur; aliæ ſeparatæ: conjunctæ ſunt octo literæ أَبْنَسْ فَكَلَى.

ا

habet phatha, eſtque nota interrogationis, ut: أَمَاتَ *an obiit?* أَأَنْتَ *an tu?* أَفِي *an in?* & vocandi articulus, ut: أَيُّوسُفُ *o Joſephe?* vocatque propinquum.

ب

ſemper poſſidet keſra, &

1. ſignificat *in*, ut: بِٱلْمَسْجِدِ *in templo.*

2. notat *inſtrumentum*, ut: كَتَبْتُ بِقَلَمٍ *ſcripſi calamo.*

3. valet *cum*; quando videlicet ſubjungitur verbis adventus & diſceſſus, quæ tum per *adducere*, *afferre*, *abducere*, *auferre*, exponuntur, ut: أَتَوْا بِكِتَابٍ *attulerunt librum;* ذَهَبُوا بِٱلْفَتَى *abduxerunt puerum* vel *juvenem.*

4. ſignificat *per*, ut: بِأَبِي *per patrem meum.*

5. valet *propter*, ut: بِدُخُولِكَ *propter introitum tuum.*

6. eſt

6. eſt jurandi particula, ut: بِٱللَّهِ *per Deum*, بِٱلْأَرْضِ *per terram.*

7. Nominativo præfigitur pleonaſtice, ut: أَللَّهُ بِغَدِيرٍ *Deus eſt in potente*, id eſt, *potens*; أَنَا بِمُؤْمِنٍ *ego ſum in credente*, id eſt, *credens.*

8. conſtructioni verborum peculiariter inſervit, ut: مَرَّ بِي *præteriit me.*

ث

præfigitur nomini أَللَّهُ cum phatha, eſtque jurandi particula, ut: تَٱللَّهِ *per Deum!*

س

cum phatha Futuro præfigitur, & valet *poſt.* vide pag. 52.

ف

habet phatha, & ſignificat *ac*, *dein*; ſubjungitque præcedenti id quod re ipſa poſterius eſt, & ſequitur, ſed ſine mora, quo differt a ثُمَّ. Initio tamen

men ſententiæ, & poſt dictiones completivas ſæpe redundat, & completiva eſt. Emphaſin egregiam importat, & per *igitur* commode ſæpe reddatur, cum Imperativo præfigitur. Exempla paſſim ſunt obvia.

ك

phatha quoque poſſidet, & ſignificat *ſicut*, *inſtar*, regitque Genitivum, nec admittit affixa, ut: كَرَجُلٍ *ſicut vir.*

ل

1. eſt Dativi noſtri nota, regitque Genitivum, ac obtinet keſra, ut لِرَبٍّ *domino:* cum affixis tamen habet phatha, ut: لَكَ *tibi.*

2. ſignificat *ob*, *propter*, cum keſra, ut: ضَرَبْتُهُ لِكَذِبِهِ *verberavi eum ob mendacium ejus.*

3. denotat *ad*, ut: ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *verberavi eum ad erudiendum.*

4. juramenti cum admiratione particula, ut: لِلَّهِ *per Deum!*

5. cum phatha, eſt vocationis ad opem nota, ut: يَا لَزَيْدٍ *o Zeide adjuva!*

6. per

6. per pleonaſmum eleganter vocibus præfigitur cum phatha, nec mutationem ullam inducit; cum alibi, tum maxime initio prædicati, cujus ſubjectum ante ſe habet إِنَّ, ut: إِنَّ ٱللَّهَ لَقَدِيرٌ *etenim* ſeu *utique Deus eſt potens*; إِنَّ ٱللَّهَ لَفِي ٱلسَّمَآءِ *etenim Deus eſt in cœlo*; إِنَّ ٱللَّهَ لَيُحِبُّ ٱلْمُؤْمِنِينَ *namque, equidem, Deus amat fideles.*

7. præfigitur Præterito cum phatha, vertitque id in Optativum. Pag. 50.

8. præfigitur Futuro cum keſra, & tunc aut formatur ex eo Imperativum, inducitque apocopen; aut ſignificat *ut*, inducitque antitheſin. vide pag. 60. 65. & 68.

9. peculiariter inſervit Verbis, ut: رَدَفَ لَكُمْ pro رَدَفَكُمْ *ejecit vos.*

ف

habet phatha, eſtque

1. Conjunctio copulativa, &, *etiam*; ſed non includit ordinem, ut ف; de quo ſupra vide ſis.

2. jurandi particula, regit Genitivum, ut: وَرَبِّ *per Dominum!*

3. Præpositio æquivalens *cum*, & regit Accusativum, ut: جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu.*

Appendix.

م & ع videntur quoque serviles esse in مِمَّا عَمَّا pro مِنْ مَا & عَنْ مَا.

CAPUT SECUNDUM

De Particulis separatis.

PARTICULAS separatas more nostro visum est distinguere in Adverbia, Conjunctiones, Præpositiones, & Interjectiones: quæ omnes immutabiles sunt.

Adverbia Loci.

مِنْ حَيْثُ, أَيْنَ حَيْثُ *ubi*; & hinc مِنْ أَيْنَ *unde*; أَيَّ حَيْثُمَا, الَي حَيْثُ, الَي أَيْنَ *quo*: هَاهُنَا & هَئَا, هُنَا *hic*; هُنَالِكَ *ubicunque*:

هُنَالِكَ, هُنَاكَ *illic*; مِنْ هُنَا *hinc*; إِلَى هُنَا *huc*; مِنْ هُنَاكَ *illinc*; إِلَى هُنَاكَ *illuc*, &c.

مَتَى *quando*, *cum*; قَدْ *jam*, *ante*, cum Præterito; *interdum*, cum Futuro; sæpe etiam cum Præter. vacat, aut indicat Præteritum non veni e loco Futuri vel Præsentis, aut emphasin solum aliquam importat; ut & لَقَدْ & فَقَدْ, قَطُّ *unquam*; & إِذْ مَا, إِذَا, إِذْ & ثُمَّتَ ثُمَّ *deinde*: حِينَئِذٍ, يَوْمَئِذٍ & حِينَ, يَوْمَ أَيَّانَ *quum*: مِنْ بَعْدَ مَا, بَعْدَ, إِذْ, لَمَّا *tunc*: سَيْ, سَفْ, سَنْ, سَوْفَ *post-quam*: قَبْلَ هَذَا *post*: بَعْدَ هَذَا *antehac*: إِلَى أَنْ & حَتَّى أَنْ, حَتَّى إِذَا حَتَّى *posthac*: بَعْدُ & قَبْلُ & مِنْ قَبْلُ *donec*: مِنْ بَعْدُ *antea*: & مِنْ قَبْلُ أَنْ *postea*: & *antequam*.

Vocandi.

أَ propinquum vocat, de quo supra; أَيْ medio-

criter distans; آ, أَيَا & هَيَا remotum; يَا omnia; & sequente Articulo, يَا أَيُّهَا & أَيُّهَا, & fœmin. يَا أَيَّتُهَا & أَيَّتُهَا *o!*

Demonstrandi.

هَا, اذَا, هَاهُوذَا, هُوذَا, هَانَذَا, fœmin. هَانَذِهِ, *ecce.*

Interrogandi.

أَ, هَلْ, رُبَّ, *an, nunquid?* أَمَا, أَلَا, أَفَلَا, أَوَلَمْ, أَفَلَمْ, أَلَمْ, أَوَلَا *an non?*

Affirmandi.

إِنَ *etiam;* أَجَلْ, جَيْرِ, بَلَى, نَعَمْ, إِي, أَمِينَ *amen.*

Negandi.

لَا *non* & *ne* prohibitivum. كَلَّا *nequaquam, minime gentium,* مَا, لَمْ, لَيْسَ *non* (sed hoc ultimum modo præteriti quoque conjugatur, venitque pro

pro verbo ſubſtantivo negante, ut: لَيْسَ *non eſt*, لَسْتُمْ *non eſtis*, &c.) اِنْ idem, ſed non niſi ſequente اِلَّا *niſi*; لَمَّا idem, & *nondum*; لَنْ *nequaquam*.

Alia.

أَنَّى, كَيْفَ *quomodo*, كَيْفَمَا *quomodocunque*, لِمَا, & لِمَ, *quare*, فَقَطْ *ſolum*, ſemper poſtponitur. اِنَّمَا *ſolummodo*, *tantum*: يَا لَيْتَ, لَيْتَ *utinam*, *o utinam!* لَعَلَّ *fortaſſe*: رُبَّ idem, & *interdum*; ſed regit Genitivum, ſeu Nominativo dat Genitivi terminationem: اِذَنْ *age*: اِذًا idem, & *utique*: كَأَنَّ *ſicuti*: كَمَا *ac ſi*: كُلَّمَا *quoticſcunque*.

Reliqua.

Reliqua Adverbia fere exprimuntur per Accuſativos Nominum, ut: حَسَنًا *bene*, شَرًّا *male*, حَكِيمًا *ſapienter*, كَثِيرًا *multum*, جِدًّا *vehementer*, مَعًا *ſimul*, خَارِجًا *foris*, بَعِيدًا

بَعِيدًا *eminus*, أَوَّلًا *primum*, أَمْسِ *heri*, غَدًا *cras*; & cum Articulo, اَلْيَوْمَ *hodie*, اَلْآنَ *nunc*. Vel per Genitivum cum præpositione, ut: مِنْ فَوْقٍ *desuper*, اِلَى دَاخِلٍ *intro*, اِلَى الْآنَ *hactenus*, مِنَ الْآنَ *posthac*, &c.

Conjunctiones.

Copulativæ, sub quibus & disjunctivæ & adversativæ continentur: ثُمَّ & ثُمَّ, *deinde*, حَتَّى idem: أَوْ, اِمَّا *vel*, *aut*; أَمْ *an*, *vel*, بَلْ, لَكِنْ & لَكِنَّ *sed*: لَا *non autem*.

Causales.

إِنَّ *nam*, *etenim*, *utique*; أَنَّ, أَنَّهُ & أَنْ *quod*; لِأَنَّ *quia*; أَنْ, حَتَّى, كَيْ, لِكَيْ, كَيْمَا, لِكَيْمَا, *ut*: أَلَّا, لِئَلَّا, كَيْلَا, لِكَيْلَا, بِمَا *ne*: لِكَوْنِ *eo quod*, لَوْ *si*, de Præterito; إِنْ, لَئِنْ idem, de Futuro; اِلَّا & هَلَّا, لَوْلَا, لَوْمَا *nisi*: وَإِنْ, وَلَوْ,

وَلَوْ, & رُبَّمَا *etsi, quamvis,* مِنْ ثُمَّ *propterea.*

Completivæ.

فَإِنَّ, وَأَمَّا, فَأَمَّا, إِنَّمَا, أَنَّ, إِنَّ, أَمَّا, &c. *autem.*

Præpositiones.

مِنْ *a, ab, ex, de,* & sæpe pleonastice nomini apponitur. إِلَى *ad, cum:* حَتَّى *usque ad, donec, cum;* فِي *in, super, de;* عَنْ *a, de;* عَلَى *super, de;* لَدَنْ, لَدَى, & interdum لَدْ, لَدْ, لَدَ, لَدْنِ, لَدُنْ, *apud;* مِنْ لَدُنْ *a;* مُذْ & مُنْذُ *inde a,* de tempore; خَلَا, عَدَا, حَاشَا, *præter.* Quæ omnia admittunt affixa, præter حَتَّى, مُذْ & مُنْذُ.

Reliquæ autem Præpositiones, exprimuntur per nomina substantiva adverbialiter posita, id est, in casu Accusativo, sed abjiciente Nun vocale ob regimen, ut: فَوْقَ *supra* تَحْتَ *infra,* قَبْلَ *ante,* قُدَّامَ *ante,* أَمَامَ *coram,* عِنْدَ *apud,* مَعَ *cum;* & دُونَ *præter,* & *infra,* de numero, & *non autem,* subintellecta simul præpositione, si qua præ-

ceſſit: عَبْرَ *trans*, بَدَلَ *pro*, حَوْلَ *circa*, بَيْنَ *inter*, خَلْفَ *poſt*; شَطْرَ *verſus*; & ſi quæ ſimilia: quo pertinent سِوَى سَوَاءَ & غَيْرَ *præter*: quæ tamen interdum variant terminationem, ut dicetur libro ſequente; vel per Genitivum præcedente Præpoſitione, ut: مِنْ فَوْقِ *ſuperne*, مِنْ أَجْلِ *præter*, مِنْ دُونِ *poſt*. مِنْ بَعْدِ *propter*, لِأَجْلِ, idem, &c.

Interjectiones.

Has docebit facile uſus. وَيْلٌ autem *væ* Nomen eſt, & cum Articulo اَلْوَيْلُ dicitur; regitque Genitivum cum لِ.

Appendix.

كَمْ ac كَأَيِّنْ & كَأَيِّنْ *quot*, & كَذَا *tot*, Nomina quidem videntur potius eſſe quam Particulæ: ſed tamen Particularum more immutabilia ſunt, quod & Nominibus, ſonitus animaliumque voces ſignificantibus, & paucis etiam aliis Præteriti aut Imperativi valorem obtinentibus contingit, ut: غَاقْ *crocitatio*: هَاتِ *da, offer*; نَزَالِ *deſcende*.

Finis Libri Quarti.

THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

LIBER QUINTUS

DE

SYNTAXI.

CAPUT PRIMUM

De Syntaxi Nominum.

CONCORDIA Subſtantivi cum Adjectivo, Relativi cum Antecedente, ac Nominativi cum Verbo eadem hic quæ in aliis linguis. Solum obſervandum eſt.

1. Plurale inhumanum (ſic voco quod non ſignificat homines) eleganter conſtrui modo ſingularis

fœminini, ut: جَنَّاتٌ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ *horti ſub quibus currunt fluvii:* ubi ſingularia fœminina هَا & تَجْرِي conſtruuntur cum جَنَّاتٌ & أَنْهَارٌ pluralibus inhumanis.

2. Plurali humano eleganter quoque præponi Verbum ſingulare, eodem fere genere in Præterito, ſed non raro diſcrepante in Futuro, ut: قَالَ ٱلنَّاسُ *dixerunt homines*, يَقُولُ ٱلْحُكَمَاءُ & تَقُولُ *dicunt ſapientes;* ſi Verbum poſtponatur, omnia ſunt regularia, ut: أَلنَّاسُ قَالُوا وَيَقُولُونَ *homines dixerunt & dicent.*

Idem de Duali habendum.

3. Adjectivum appoſitum Vocativo vel Nomini affecto a vocula لَا cum Subſtantivo ſuo, interdum non convenire caſu.

Cæterum Adjectivum & Subſtantivum eandem partem enuntiationis conſtituentia hic etiam in reſtrictione & abſentia ejus conveniunt, id eſt, ſi utrumque pertinet ad ſubjectum, aut ad prædicatum, ac unum reſtrictum eſt, neceſſe eſt etiam alterum reſtringi, ut: أَلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ & كِتَابٌ عَظِيمٌ *liber magnus*, إِبْرَهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abraham fidelis*, أَبِي

ع

أَبِي ٱلْمُكَرَّمُ أَرْسَلَ إِلَيَّ هٰذِهِ ٱلرِّسَالَةَ

Pater meus reverendus misit ad me hanc epistolam. Si vero non constituant illa eandem partem enuntiationis, id non obtinet, ut: أَللّٰهُ قَدِيرٌ *Deus est potens*, هٰذَا كِتَابٌ *hic est liber.*

At Substantivum Appellativum cum adjuncto Adjectivo, nomen Proprium constituens, Articulum abjicit, ut: بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *domus sanctificata*, id est, *Hierosolyma*; بَابُ ٱلصَّغِيرِ *porta parva*, Nomen portæ Damascenæ.

Substantivum cum Substantivo genitivo casu jungitur, ut: يَدُ ٱلْإِنْسَانِ *manus hominis*: ٱبْنُ مَرْيَمَ *filius Mariæ.* Sic quoque كَأْسُ ذَهَبٍ *cyathus auri*, id est, *aureus.* Item كُلُّ إِنْسَانٍ *universitas hominis*, id est, *omnis homo*, vel *omnes homines*, nam كُلٌّ est Substantivum.

Exceptio.

Sed nomen mensuræ & ponderis regit mensuratum & ponderatum in Accusativo, ut: قَفِيزٌ شَعِيرًا

شَعِيرًا *modius*, vel potius *hemimedimnus hordei*;

رَطْلُ زَيْتًا *libra olivarum.*

OBSERVATIO I.

Quædam Subſtantiva aſſumpto affixo cum præcedente Subſtantivo congruente adjectiva quodammodo fiunt, & conſtructionem eorum imitantur, ut نَفْسٌ *anima*, cum affixo alii Subſtantivo appoſitum valet idem quod *ipſe*, *ipſa*, *ipſum*; & كُلٌّ *univerſitas*, idem quod *totus*, *tota*, *totum*; conveniuntque cum præcedente Subſtantivo, ut: حَبِيبٌ نَفْسُهُ *amicus ipſe*, quaſi dicas, *amicus animus ejus*; حَبِيبًا نَفْسَهُ *amicum ipſum*; خُبْزٌ كُلُّهُ *panis totus*, خُبْزٍ كُلِّهِ *panis totius*, &c.

OBSERVATIO II.

Numeri cardinales ratione regiminis ſubſtantiva ſunt, unde a tribus ad decem, & qui ſupra 99 ſunt, regunt numeratum in genitivo, more reliquorum Subſtantivorum; ſed minor denario Plurale cupit, centenarius & major eo, Singulare,

re, ut: ثَلَاثُ جَارِيَاتٍ *tres puellæ*; مِائَةُ رَجُلٍ, أَرْبَعَةُ رِجَالٍ *quatuor viri*; *centum viri*; أَلْفُ دِينَارٍ *mille denarii*; reliqui a decem ad centum, ut Subſtantiva ponderis & menſuræ, regunt numeratum in Accuſativo ſingulari: خَمْسَةَ عَشَرَ دِرْهَمًا *quindecim drachmæ*; عِشْرُونَ ذِئْبًا *viginti lupi*, &c. Quam conſtructionem ſequuntur, كَمْ, كَأَيِّنْ, & كَذَا, ut: كَمْ دِرْهَمًا *quot drachmæ?* كَأَيِّنْ رَجُلًا *quot viri?* quæ cum Præpoſitione regunt genitivum, ut: بِكَمْ دِرْهَمٍ *quot drachmis?* كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ *quot viri?* At ratione convenientiæ Adjectiva ſunt, & Maſculina Maſculinis, Fœminina Fœmininis, Communia utrisque apponuntur, ut patet in exemplis allatis. Interdum etiam Subſtantivis poſtponuntur more reliquorum Adjectivorum.

CA-

CAPUT SECUNDUM

De Syntaxi Verborum.

VERBA Subſtantiva & Nuncupandi, ut: كَانَ *fuit*, صَارَ *factus eſt*, لَيْسَ *non eſt*, مَا دَامَ *quamdiu fuit* vel *manſit*, & alia ſimilia, quæ *eſſe* vel *fieri* ſignificant aut includunt, quæque apud Latinos ante & poſt ſe Nominativum adſciſcunt, hic pro ſecundo Nominativo, qui ſcilicet exprimit prædicatum, aſſumunt Accuſativum, ut: أَللَّهُ كَانَ قَدِيرًا *Deus eſt potens*; زَيْدٌ صَارَ غَنِيًّا *Zeidus factus eſt dives*; اِبْنُهُ يُسَمَّي مُحَمَّدًا *filius ejus vocatur Muhammed*, &c. quod & interdum accidit omiſſo illo Verbo Subſtantivo; cum ſubjectum habet ante ſe مَا vel لَا *non*.

Verba Activa pleraque Accuſativum regunt: plurima Genitivum, mediante Præpoſitione بِ, لِ, إِلَي, مِنْ, فِي, عَلَي, عَنْ: quod uſu diſcendum & ex Dictionariis.

Verba quædam usque adeo tenacia ſunt Præpoſitio-

tionum, ut eas etiam non ſequente Nomine exigant, ut: لَا أَقْدِرُ عَلَيَّ أَنْ أَقُولَ *non poſſum ſuper ut dicam*, id eſt, *nequeo dicere.*

Inſtrumentum per Genitiv. præfixo بِ effertur. Motus ad rem, cum إِلَى & فِي; a re, cum عَنْ & مِنْ. Sed nota, Verba veniendi etiam per ellipſin Præpoſitionis إِلَى cum Accuſativo elegan-ter conſtrui, ut: جَاءَنِي *venit ad me*, أَتَيْتُكَ *veni ad te*; pro جَاءَ إِلَيَّ, أَتَيْتُ إِلَيْكَ.

Ad *quando* & *quamdiu* reſpondetur per Accuſa-tivum; ad *quanto tempore*, per Genitivum, præ-miſſo فِي.

Gerundium in *do*, ſeu Participium quomodo res geratur explicans, per Accuſativ. Participii Activi effertur, ut: جَاءَ رَاكِبًا *venit equitans*, ſeu *equitando*, يَأْكُلُ وَاقِفًا *edit ſtans*, صَرَخَ نَائِمًا *vociferatur dormiens.*

Gerundium in *dum*, vel, ut verbo dicam, *fi-nis*, per Accuſativ. Nominis verbalis exprimitur, ut: ضَرَبْتُهُ تَأْدِيبًا *verberavi*

eum ad erudiendum, id est, *ut erudirem eum.*

Quod Latini ponunt post *quoad* vel *ratione*, *respectu*, id per nudum Accusativ. hic effertur, ut: طَابَ اِسْحَاقُ نَفْسًا *bonus est Isaac quoad animam*; لَا مَاتَ يَسُوعُ الْأَهِبَّةَ بَلْ مَاتَ نَاسُوتًا *Non mortuus est Jesus ratione naturæ divinæ, sed mortuus est ratione naturæ humanæ.*

Infinitivus Verbo suo, aut alii ejusdem notionis, significationis augendæ causa appositus, est casus Accusativi, ut: ضَرَبْتُهُ ضَرْبًا *verberavi eum verberando*; قُمْتُ وُقُوفًا *steti stando.*

Atque in his omnibus Accusativi terminatio adverbialem significationem nomini videtur inducere.

Pro Infinitivo autem nostro adhibetur verbale, ut: أُرِيدُ ضَرْبًا *cupio verberationem*, id est, *verberare*, vel cum Præposit. لَا أَقْدِرُ عَلَى الضَّرْبِ *non possum verberare*: aut Futurum præposito أَنْ, ut: أُرِيدُ أَنْ أَسْمَعَ *cupio audire.*

Sed verba Notitiæ & Opinionis eleganter adsciscunt duplicem Accusativum, ut: ظَنَنْتُ أَبَاكَ غَنِيًّا *opinor patrem tuum esse divitem*; عَلِمْتُ زَيْدًا بَخِيلًا *scio Zeidum avarum esse.*

CA-

CAPUT TERTIUM

De Syntaxi Particularum.

CONJUNCTIONES copulativæ ſimiles caſus conjungunt: ſecus tamen interdum accidit, cum Nomen præcedens eſt Vocativus; aut Nominativus cum Accuſativi terminatione: qua de re alias.

Præpoſitiones omnes tum conjunctæ tum ſeparatæ regunt Genitivum: بِبَيْتٍ *in domo*, فِي بَيْتٍ idem: لِلَّهِ *Deo*, تَحْتَ مَائِدَةٍ *ſub menſa* &c. Sed exceptivæ, خَلَا, حَاشَا, عَدَا ſæpe quoque Accuſat. regunt, ut: قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدٍ & زَيْدًا *ſtat populus præter Zeidum*; إِلَّا autem cum oratio eſt affirmans, regit Accuſativum, ut: غَرِقَ ٱلنَّاسُ إِلَّا نُوحًا *ſubmerſi ſunt homines præter Noachum*; ſi negans, & nomen unde fit exceptio ſubticeatur, exceptum Nominis ſubintellecti caſum accipit, ut: مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ *non ſtat* (ſcilicet, *quisquam*) *niſi Zeidus*, مَا رَأَيْتُ إِلَّا نُوحًا *non vidi niſi Noachum*; ſi vero exprimatur illud nomen, exceptum indifferenter aut ejusdem cum illo

كُلَّمَا تَغْرُسُ فِي ٱلْغُدَّانِ يَنْفَعُكَ ۞ تَغْرُسُ ٱبْنَ آدَمَ يَقْلَعُكَ ۞

XI.

Præſtat te ſecretum tuum cuſtodire, quam alium a te.

حِفْظُكَ لِسِرِّكَ أَوْجَبُ بِهِ مِنْ حِفْظِ غَيْرِكَ لَهُ ۞

NOTÆ AD SENT. IX.

Affine huic eſt & ſenſu & verbis illud Hiſpanicum: A barua de necio aprenden todos a rapar.

X. الغدان] *ſunt Arab. uti & Hebr. & Chald.* Aratorii boves, *pec.* juges, eorumve par; *etiam* aratrum. *At hinc* agrum, *aut quod longius abeſt*, hortum *notare, nusquam reperi. Nec* في الغدان arando, *vel* inter arandum, *quis recte verterit. Itaque legendum videtur* في الجنان Fi'lzjinani, in hortis.

Hominem ſi plantes, &c.] *id eſt, ſi hominem ad*

XII.

مَنْ أَوْجَهَكَ فَقَدْ شَتَمَكَ ۞

Qui adulatur tibi, etiam detestatur te.

XIII.

مَنْ نَقَلَ اِلَيْكَ فَقَدْ نَقَلَ عَنْكَ ۞

Qui affert ad te, aufert & a te.

XIV.

اَلْعَالِمُ عَرَفَ اَلْجَاهِلَ لِأَنَّهُ كَانَ جَاهِلًا ۞ وَاَلْجَاهِلُ لَا يَعْرِفُ اَلْعَالِمَ لِأَنَّهُ لَا كَانَ عَالِمًا ۞

Doctus novit Indoctum, quia indoctus fuit: sed Indoctus non novit Doctum, quia doctus non fuit.

NOTÆ AD SENT. X.

dignitatem promoveas, is de tua te dignitate deturbabit. Non minus verum, quam elegans adagium, cui ſimillimum circumfertur apud Gallos.

XII. * اوجهك] *id eſt* شرفك, Sjerrafaca: Qui extollit te ac laudat, etiam maledicit tibi.

XIII. *Elegans Adagium in garrulos: qui ſi aliorum ſecreta tibi aperiant, nec tua alios celant. Belgæ iisdem fere & totidem verbis dicunt:* Die veel in zeugt/ zeugt veel uit.

XV.

Stultus, *ſeu* indoctus, ſibi ipſi inimicus eſt, quomodo ſit amicus alii?

أَلْجَاهِلُ عَدُوٌّ لِنَفْسِهِ
فَكَيْفَ يَكُونُ صَدِيقًا
لِغَيْرِهِ ۞

XVI.

Non egreditur anima a ſpe, donec ingrediatur mortis momentum.

لَا تَخْرُجُ ٱلنَّفْسُ مِنَ
ٱلْأَمَلِ حَتَّى تَدْخُلَ فِي
ٱلْأَجَلِ ۞

XVII.

Qui minuit negotia, equitat maria.

مَنْ مَارَسَ ٱلْأُمُورَ
رَكِبَ ٱلْبُحُورَ ۞

NOTÆ AD SENT. XVI.

اجل *generaliter* finem *ſeu* terminum *notat: ſed hic* & *alibi paſſim* vitæ terminum & mortis ipſius inſtans. *Unde Latini:* ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. *Et Itali:* La morte ſola puo occider la ſperanza. * *Quin ſæpe cum maxima ſperant homines, inopinantibus proxime adeſt ut exſpirent; juxta ſimile & eodem rhythmo dictum:*

مَنْ جَرَى فِي عِنَانِ أَمَلِهِ قَدْ عَثَرَ فِي أَجَلِهِ ۞

Dum quis forte ſpei laxatis currit habenis,
Ad fati metam cæſpitat ille ſui.

XVII. *Elegantiſſimum rhythmo adagium; ſed cujus*

ego

XVIII.

طُولُ ٱلتَّجَارِبِ زِيَادَةٌ فِي ٱلْعَقْلِ ۞

Longitudo experientiæ augmentum eſt intelligentiæ.

XIX.

لَوْ كَانَ ٱلنَّاسُ كُلُّهُمْ عُقَّالٌ خَرِبَتِ ٱلدُّنْيَا ۞

Si omnes homines ſaperent, deſereretur mundus.

XX.

ٱلْفَسَادُ يُزِيلُ كَثِيرًا مِنَ ٱلْمَالِ ۞

Nequitia (improbitas) multas aufert opes.

XXI.

ٱلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدَانِ مِنَ

Pigritia & multitudo ſomni abducunt a Deo, & ad-

NOTÆ AD SENT. XIX.

ego acumen non ſatis capio, مارس *aut aliud hic fortaſſis ſignificat, aut aliter ſcribendum eſt.* * مارس *per* عالج *exponit Gieubaris; & ſic erit*, qui tractat, adminiſtrat, obitve negotia. *Et Perſice Marufides interpretatur:* مرذج بردن بكاري و كوشيدن *atque ita ſonabit:* qui ſe intendit negotiis, atque moleſtiam ſuſcipit, navigat maria; *ſic e contrario dixit Cicero:* magnum negotium eſt navigare.

Saperent] *id eſt, ſapientiæ piisque meditationibus toti dediti, a licitis etiam voluptatibus & conjugio abſtinerent.*

ducunt paupertatem. | ٱللَّهِ وَيُورِثَانِ ٱلْفَقْرَ ۞

XXII.

Quære vicinum ante domum, & ſocium ante viam. | أُطْلُبِ ٱلْجَارَ قَبْلَ ٱلدَّارِ
وَٱلرَّفِيقَ قَبْلَ ٱلطَّرِيقِ ۞

XXIII.

Benefac, ſi vis ut beneſiat tibi. | أَحْسِنْ انْ أَرَدْتَّ أَنْ
يُحْسَنَ إِلَيْكَ ۞

XXIV.

Vitupera te ipſum, ut vituperas alium. | اسْتَقْبِحْ لِنَفْسِكَ كَمَا
تَسْتَقْبِحُ لِغَيْرِكَ ۞

XXV.

Initium iræ furor eſt, finis vero pœnitentia. | أَوَّلُ ٱلْغَضَبِ جُنُونٌ
وَآخِرُهُ نَدَمٌ ۞

XXVI.

Deficiente poteſtate, fruſtra eſt conatus. * *potius hoc ſonat:* Si quod a Deo deſtina- | انْ كَانَ ٱلْمُقَدَّرُ
يُنَمَّ فَٱلْحِرْصُ

NOTÆ AD SENT. XX.

Niſi malis فساد, *quod alias* perverſitatem & naturæ pravitatem & corruptelam *vel* ſeditionem *etiam ſignificat*, *hic* prodigalitatem,

بَاطِلٌ ۞	tum ſit, explebitur; utique vana eſt aviditas.

XXVII.

مَنْ غَلَبَ هَوَاهُ لِعَقْلِهِ هَلَكَ ۞	Cujus concupiſcentia vincit intellectum, (*ſeu* rationem) is perit.

XXVIII.

ٱلْعِبَادَةُ تُمِيتُ أَلشَّهْوَةَ ۞	Religio (cultus Dei) occidit concupiſcentiam.

XXIX.

عَدُوٌّ عَاقِلٌ أَخْيَرُ مِنْ صَدِيقٍ جَاهِلٍ ۞	Inimicus ſapiens præſtat amico ſtulto.

XXX.

أَلْكَفُّ عَنِ ٱلشَّهَوَاتِ غِنًى ۞	Abſtinere a concupiſcentiis eſt divitem eſſe.

XXXI.

لَا عَقْلَ كَٱلتَّدْبِيرِ وَلَا وَرَعَ كَٱلْكَفِّ عَنِ	Nullus intellectus ſimilis eſt prudentiæ: nulla abſtinentia ſimi-

NOTÆ AD SENT. XXII.

tem, *denotare. Radix proprie eſt* corrumpere. *Gemino rhythmo, & ſenſu elegans proverbium.*

lis ei, qua abſtinetur a vetito: neque bonitas, bonitati naturæ (indolis:) nec ullæ divitiæ, ſufficientiæ.

اَلْحَرَامِ وَلَا حُسْنَ كَحُسْنِ اَلْخُلْقِ وَلَا غِنَى كَالْقُنُوعِ ۞

XXXII.

Paupertas præſtat divitiis illicitis, & lucro injuſto.

اَلْفَقْرُ أَخْبَرُ مِنَ اَلْغِنَى اَلْحَرَامِ وَالْاِكْتِسَابِ مِنَ اَلظُّلْمِ ۞

XXXIII.

Lingua muti melior eſt lingua loquentis mendacium (*i. e.* mendacis.)

لِسَانُ أَخْرَسَ أَخْبَرُ مِنْ لِسَانِ نَاطِقٍ فِي اَلْكِذْبِ ۞

XXXIV.

Peſſimus hominum eſt Eruditus, qui non prodeſt eruditione ſua.

أَشَرُّ اَلنَّاسِ اَلْعَالِمُ لَا يَنْفَعُ بِعِلْمِهِ ۞

XXXV.

Duo non ſaturan-

اِثْنَانِ لَا يُشْبَعَانِ

NOTÆ AD SENT. XXXI.

Sufficientiæ] *vis vocis* قنوع *non ſatis commode hic Latine poteſt exprimi: quippe quæ no-*

طَالِبُ عِلْمٍ وَطَالِبُ مَالٍ ۞

tur, Quærens ſcientiam, & Quærens opes.

XXXVI.

شَخْصٌ بِلَا أَدَبٍ كَجَسَدٍ بِلَا رُوحٍ ۞

Perſona ſine eruditione, eſt ut corpus ſine ſpiritu.

XXXVII.

أَلْقَلِيلُ مِنَ ٱلضَّارِّ أَخْيَرُ مِنَ ٱلْكَثِيرِ مِنَ ٱلنَّافِعِ ۞

Paucum noxii præſtat nimio ejus, quod utile eſt.

XXXVIII.

أَلْجَاهِلُ يَرْضَى عَنْ نَفْسِهِ ۞

Ignarus *ſeu* ſtultus placet ſibi.

XXXIX.

مَنْ كَثَّرَ كَلَامَهُ زَلَّ ۞

Qui multiplicat ſermonem, errat. * *proprie*, cæſpitat.

XL.

أَلْقُنُوعُ مِنَ ٱلْقَلِيلِ غِنًى ۞

Paucis contentum eſſe, divitiæ ſunt.

NOTÆ AD SENT. XXXI.

nomen eſt ſignificans contentum eſſe eo quod habes.

XLI.

Doctus exul melior est indocto qui sustentatur.

اَلْعَاقِلُ اَلْمَحْرُومُ أَخْيَرُ مِنَ اَلْجَاهِلِ اَلْمَرْزُوقِ ۞

XLII.

Audi, & disce: sile, & pacem habe.

اِسْمَعْ فَاعْلَمْ وَاسْكُتْ فَاسْلَمْ ۞

XLIII.

In festinatione est pœnitentia, & in mora prosperitas (*vel* salus.)

فِي اَلْعَجَلَةِ تَكُونُ اَلنَّدَامَةُ وَفِي اَلتَّوَانِي اَلسَّلَامَةُ ۞

XLIV.

Homines, duo sunt: consequens nec contentus, & quærens nec inveniens.

اَلنَّاسُ اِثْنَتَانِ بَالِغٌ لَا يَكْتَفِي وَطَالِبٌ لَا يَجِدُ ۞

XLV.

Propitios habere

اِصْلَاحُ اَلرَّعِيَّةِ

NOTÆ AD SENT. XLI.

* محروم & مرزوق *sunt duo contraria: hic*, cui de vitæ adminiculis & bona sorte prospectum est; *ille*, qui illis destitutus est, & excluſus; *itaque sententia hæc est:* Vir intelligens qui bonis caret, insipienti præstat qui illis gaudet.

* Dis-

أَنْفَعُ مِنْ كَثْرَةِ ٱلْجُنُودِ ۞

(bene regere) ſubditos, utilius eſt multitudine militum.

XLVI.

أَلصَّبْرُ مِفْتَاحُ ٱلْفَرَحِ وَٱلْعَجَلَةُ مِفْتَاحُ ٱلنَّدَامَةِ ۞

Patientia eſt clavis gaudii, feſtinatio autem clavis pœnitentiæ.

XLVII.

لَيْسَ لِمُلُوكٍ أَخٌ وَلَا لِحَسُودٍ رَاحَةٌ وَلَا لِكَذُوبٍ مُرُوءَةٌ ۞

Non eſt regibus frater, nec invidis quies, neque mendacibus favor, * *potius*, neque mendaci ulla virilis virtus, *aut* decus viro dignum.

XLVIII.

أَلْمُعْتَدِلُ بِغَيْرِ ذَنْبٍ يُوجِبُ ٱلذَّنْبَ عَلَى نَفْسِهِ ۞

Qui juſtificat ſe ſine culpa, culpam ſibi efficit.

NOTÆ AD SENT. XLII.

* Diſce] *proprie*, ſcito; *id eſt*, ſciveris, *vel*, ut ſcias.

* Pacem habe.] *proprie*, ſalvus eſto; *id eſt*, ſalvus fueris, *vel*, ut ſalvus ſis.

XLIV. *Hominum alii quæ quærunt inveniunt, nec inventis ſunt contenti: alii quærunt, nec inveniunt.*

* المعتدل

XLIX.

Cave tibi a viro honorato, (generoso,) cum vilipenderis eum, & a stulto cum luseris cum eo; & a Sapiente, cum offenderis (ad iram provocaveris) eum; & ab Improbo, cum amicitia ei junctus fueris.

كُنْ عَلَى حَذَرٍ مِنَ
ٱلْكَرِيمِ اِذَا هَوَّنْتَهُ وَمِنَ
ٱلْأَحْمَقِ اِذَا مَازَحْتَهُ
وَمِنَ ٱلْعَاقِلِ اِذَا غَضَّبْتَهُ
وَمِنَ ٱلْفَاجِرِ اِذَا
عَاشَرْتَهُ ۞

L.

Tres utilitatem non capiunt a tribus: Nobilis a Vili; Probus ab Improbo; Sapiens a Stulto.

ثَلَاثَةٌ لَا يَنْفَعُونَ مِنْ ثَلَاثَةٍ
شَرِيفٌ مِنْ دَنِيٍّ وَبَارٌّ مِنْ
فَاجِرٍ وَحَكِيمٌ مِنْ جَاهِلٍ ۞

LI.

Non est scientia, nisi quæ in pectore est ab-

لَا عِلْمَ اِلَّا مَا
كَانَ مَكْتُومٌ

NOTÆ AD SENT. XLVIII.

* المعتدل] *est* temperatus, mediocris: *quare legendum* المعتذر; *vel* المعتذل qui reprehensionem admittit.

Sine culpa] *id est sine accusatione: qui enim purgare se, antequam accusatur, nititur, is a conscientia*

فِي ٱلصَّدْرِ
مَكْنُونِي شِئْتَ
أَظْهَرْتَهُ ۞

condita, cum lubet, producis eam: * *vel* nisi pro libitu proferre possis, *seu* manifestum facere, quod in pectore est absconditum.

LII.

أَفْهَمُ ٱلنَّاسِ مَنْ يَنْظُرُ
ٱلْعَوَاقِبَ ۞

Sapientissimus hominum est qui fines respicit.

LIII.

ثَلَاثَةٌ لَا يُعْرَفُونَ إِلَّا فِي
ثَلَاثَةِ مَوَاضِعَ لَا يُعْرَفُ
ٱلشُّجَاعُ إِلَّا عِنْدَ ٱلْحَرْبِ وَلَا
يُعْرَفُ ٱلْحَكِيمُ إِلَّا عِنْدَ
ٱلْغَضَبِ وَلَا يُعْرَفُ ٱلصَّدِيقُ
إِلَّا عِنْدَ ٱلْحَاجَةِ إِلَيْهِ ۞

Tria non cognoscuntur, nisi in tribus locis. Non cognoscitur audacia nisi in bello. Non cognoscitur sapiens nisi in ira. Neque cognoscitur amicus nisi in necessitate.

NOTÆ AD SENT. XLIX.

tia sua accusari, culpamque sustinere, non immerito creditur.

Amicitia] *est* عاشر *quoque* Affinitate cum aliquo jungi. *Sed* amicitiæ *notio huic loco melius mihi videtur congruere.*

LIV.

Qui non discernit bonum a malo, adjunge eum bestiis.

مَنْ لَا يَعْرِفُ ٱلْخَيْرَ مِنَ
ٱلشَّرِّ أَلْحِقْهُ بِٱلْبَهَايِمِ ۞

LV.

Optimus amicorum est, qui amicos suos jubet cavere sibi a malo, dirigitque eos ad bonum.

خَيْرُ ٱلْإِخْوَانِ مَنْ
حَذَّرَ إِخْوَتَهُ مِنَ ٱلشَّرِّ
وَهَدَاهُمْ إِلَى ٱلْخَيْرِ ۞

LVI.

Non est sapiens sapiens, donec cupiditates suas omnes vincat.

لَا يَكُونُ ٱلْحَكِيمُ
حَكِيمًا حَتَّى يَغْلِبَ
جَمِيعَ شَهَوَاتِهِ ۞

LVII.

Qui experitur, auget scientiam; qui vero credit, auget errorem.

مَنْ يُجَرِّبْ يَزِدْ عِلْمًا
مَنْ يُؤْمِنْ يَزِدْ غَلَطًا ۞

NOTÆ AD SENT. LV.

Amicorum] اخ *proprie* fratrem *significat: sed usurpatur non raro pro* amico; *quæ significatio haud dubie est hujus loci: sic in Adagio* 56. *alibi legi*

لَا يُعْرَفُ ٱلْأَخُ إِلَّا عِنْدَ ٱلْحَاجَةِ إِلَيْهِ ۞

Non cognoscitur frater nisi in necessitate.

Si-

LVIII.

أَخْرَسُ عَاقِلٌ أَخْبَرُ مِنْ جَاهِلٍ نَاطِقٍ ۞

Mutus ſapiens præſtat ſtulto loquenti.

LIX.

اِذَا تَكَلَّمْتَ كَلِمَةً مَلَكَتْكَ وَاِذَا لَمْ تَتَكَلَّمْ بِهَا مَلَكْتَهَا ۞

Cum verbum aliquod es proloquutus, dominatur id tibi: cum vero id proloquutus non es, tu ei dominaris.

LX.

لَوْ لَا جَهْلُ ٱلْجَاهِلِ لَمْ يُعْرَفِ ٱللَّبِيبُ ٱلْعَاقِلُ ۞

Niſi deſiperet ſtultus, non cognoſceretur prudentia Sapientis.

LXI.

أُطْلُبْ عِلْمًا مِنَ ٱلْمَهْدِ اِلَى ٱلْلَحْدِ ۞

Quære ſcientiam a cunis ad ſepulchrum.

NOTÆ AD SENT. LIX.

Simillimum huic eſt proverbium XLV. *Centuriæ prioris duarum illarum; quas jam pridem evulgavimus.* Arcanum tuum eſt captivus tuus, ſi cuſtodieris illud: tu autem es captivus ejus, ſi manifeſtetur.

LX. * لبيب] *notat tantum* cordatus, prudens: *ac ſic legendum eſſet* البيب العاقل *in caſu recto,*

LXII.

Difficillima homini eſt ſui ipſius cognitio. | أَصْعَبُ عَلَى ٱلْإِنْسَان مَعْرِفَةُ نَفْسِهِ ۞

LXIII.

Homines regum ſuorum ſequuntur religionem. | أَلنَّاسُ عَلَى دِين مُلُوكِهِمْ ۞

LXIV.

Qui laudat obſcœnum, is perpetrat illud. | مَنِ ٱسْتَحْسَنَ قَبِيحًا فَقَدْ عَمِلَهُ ۞

LXV.

Accipe a Rid- | خُذْ مِنَ ٱلرِّضْفَةِ

NOTÆ AD SENT. LX.

prudens & intelligens, *vel pro* لبب *legendum* لب *Lubbo*, ingenium, intelligentia.

LXI. * الهدي] *eſt duntaxat* via recta, & dies, *itaque pro* ſepulchri *notione*, & *ſervando rhythmo*, *legendum* الوهد 'lwahdi: *proprie vero hæc vox* terram depreſſam *notat*.

LXII. *Unde merito*, *tanquam divinum*, *celebratur aureum illud veterum ſapientum apophthegma*, Noſce te ipſum.

LXIII. Sequuntur] *vel* ſequi oportet: *hoc certe ſenſu memini id a docto quodam Arabe me præſente uſurpatum.*

Non

مَا عَلَيْهَا ۞	FA quod ſuper ea eſt.

LXVI.

حُبُّ ٱلدُّنْيَا وَٱلْمَالِ رَأْسُ كُلِّ خَطِيَّةٍ ۞	Amor mundi & divitiarum omnis peccati eſt origo.

LXVII.

ٱلْحَيَآءُ يَمْنَعُ ٱلرِّزْقَ ۞	Verecundia impedit largitionem.

LXVIII.

خَيْرُ ٱلْمَنَادَمَةِ قِلَّةُ ٱلْخِلَافِ ۞	Optimum pœnitentiæ eſt paucitas delicti.

NOTÆ AD SENT. LXV.

Non habent Latini (aut ego fallor) nomen quo exprimant Arabicum رضفة *quod ſignificat, lapidem lacti imponi ſolitum ad id calefaciendum. Mens autem Adagii eſt: ab homine avaro quidquid haberî poteſt, utut id ſit exiguum, ſumendum eſſe*

LXVII. *Qui præ pudore quod deſiderat petere non audet, id conſequi quoque ut plurimum non ſolet.*

LXVIII. *Vera nempe pœnitentia non eſt, quam non ſequitur vitæ emendatio.* خلاف *proprie quidem eſt* contrarietas, repugnantia, *ſed hic ſumitur pro* peccato, *pœnitentiæ contrario.* * *At* المنادمة *non eſt idem quod* ندامة, *ſc.* pœnitentia, *ſed* compotatio

LXIX.

Quicquid in manu ſervi eſt, domini ejus eſt.

كُلُّما في يَدِ ٱلعَبْدِ لِمَوْلَيهُ ۞

LXX.

Sex proprietatibus agnoſcitur ſtultus: Quod abs re iraſcatur; quod loquatur inutilia; quod fidat cuilibet; quod mutet ubi locus non eſt mutationis; quod quærat quod ad ſe non attinet; & quod non diſcernat amicum ſuum ab hoſte ſuo.

بِسِتَّةِ خِصَالٍ يُعْرَفُ ٱلأَحْمَقُ بِٱلغَضَبِ مِنْ غَيْرِ شَيْءٍ وَٱلكَلَامِ فِي غَيْرِ نَفْعٍ وَٱلثِّقَةِ فِي كُلِّ أَحَدٍ وَبَذْلِهِ بِغَيْرِ مَوْضِعِ ٱلبَذْلِ وَسُؤَالِهِ عَنْ مَا لَا يَعْنِيهِ وَبِأَنَّهُ مَا يَعْرِفُ صَدِيقَهُ مِنْ عَدُوِّهِ ۞

NOTÆ AD SENT. LXVIII.

tantum. Itaque ad verbum fuerit: Optimum compotationis eſt paucitas contrarietatis: *id eſt*, in convivio, *vel* convivali *ſeu* amica conſuetudine, optimum eſt adverſum eſſe nemini.

LXIX. *Uſurpari ſolet, cum quis ſe ſuaque omnia alii humaniter offert.*

LXX. In tertio membro, pro بَذْلِهِ legendum بِذْلِهِ

LXXI.

أَلدُّنْيَا جِيفَةٌ وَطَالِبُوهَا كِلَابٌ ۞

Mundus cadaver eſt, & petentes eum canes ſunt.

LXXII.

أَلْغِنَى هُوَ ٱلْقُنُوعُ وَرَأْسُ ٱلْفَقْرِ ٱلْخُضُوعُ ۞

Divitiæ ſunt, contentum eſſe: præcipuum autem paupertatis, abjectum (*ſive* ſubmiſſum) eſſe.

LXXIII.

يَهْلَكُ ٱلنَّاسُ فِي خَالَتَيْنِ فُضُولِ ٱلْمَالِ وَفُضُولِ ٱلْكَلَامِ ۞

Duobus modis pereunt homines: Abundantia opum; & Abundantia ſermonis.

LXXIV.

لَا تَعُدَّ نَفْسَكَ مِنَ ٱلنَّاسِ

Ne te hominibus

NOTÆ AD SENT. LXX.

بذلة & mox البذل ut ſit: *quod large donet, ubi locus non eſt donationi.*

LXXII. *Idem fere habes Centuria prima, Proverb.* LXIV. *ſc.* شَرُّ ٱلْفَقْرِ ٱلْخُضُوعُ وَخَيْرُ ٱلْغِنَى ٱلْقُنُوعُ

Malum paupertatis eſt, abjectum (*ſeu* ſubmiſſum) eſſe: bonum vero divitiarum, eſſe contentum.

LXXIII. خالة, *Idem eſt quod* حالة ſtatus, mo-

annumeres, quamdiu ira te ſuperat.

مَا دَامَ ٱلْغَضَبُ غَالِبًا عَلَيْكَ ۞

LXXV.

Contentus eſto, quod Deus tibi impertit; & eris dives.

اِقْنَعْ بِمَا قَسَمَ ٱللَّهُ لَكَ تَكُنْ غَنِيًّا ۞

LXXVI.

Abſtinentia arbor eſt, cujus radix eſt Contentum eſſe, fructus vero Quies.

ٱلْوَرَعُ شَجَرَةٌ أَصْلُهَا ٱلْقَنَاعَةُ وَثَمَرَتُهَا ٱلرَّاحَةُ ۞

LXXVII.

Viſitans in manu eſt viſitati.

ٱلزَّائِرُ فِي قَبْضِ ٱلْمَزُورِ ۞

NOTÆ AD SENT. LXXIII.

modus, conditio. * *Quin non aliter quam* حالتين *eſt legendum*, *non* خالتين: *nam* خالة *eſt tantum* matertera; حال *autem &* حالة *differunt*: *quippe prius eſt* ſtatus, *poſterius vero* modus.

LXXVII. *Amicus viſitatus domi ſuæ viſitanti leges præſcribit.*

LXXVIII. *Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.* * *Verum* يحتال *non notat* reprehendere; *ſed* meditari technam; *ut ſenſus ſit:* non eſt intelligens, qui dolum vel technam ſtruit in quam ipſe incidat.

Pro-

LXXVIII.

لَيْسَ ٱلْعَاقِلُ ٱلَّذِي يَحْتَالُ ٱلْأَمْرَ وَبَعْدَ ذٰلِكَ يَقَعُ فِيهِ ۞

Non eſt ſapiens qui negotium aliquod reprehendit, poſtea vero in id incidit.

LXXIX.

جَمَلٌ بِمَوْضِعِ جَمَلٍ يَبْرُكُ ۞

Camelus in loco cameli genu flectit.

LXXX.

أَلدُّنْيَا بِٱلْوَصَايِلِ لَا بِٱلْفَضَايِلِ ۞

Mundus eſt in ſufficientibus, non in abundantibus.

LXXXI.

أَحْمَقُ مِنَ ٱلرِّجْلَةِ ۞

Stultior Portulaca.

NOTÆ AD SENT. LXXIX.

Proverbii hujus uſus eſt, cum res undequaque ſimillimæ inter ſe commutantur, aut ſimilis ſuccedit ſimili.

LXXX. *Satis habet qui, quod ſufficit, habet, non quod abundat.*

LXXXI. *Hujus Adagii ſola ratio, ni fallor, eſt, quod alio nomine* Portulaca حمقاء *id eſt* Stulta (*potius* بقلة الحمقاء i. e. olus fatuum) *vocetur, cujus apellationis ratio mihi certe non liquet. Nam quod Muſtapha ait, eam ita dictam, quod non niſi in fluente creſcat, falſum eſt: creſcit enim in hortis.*

LXXXII.

Frequens ad homines accessus adducit malum.

كَثْرَةُ ٱلْقُرْبِ اِلَى ٱلنَّاسِ تَجْلِبُ ٱلسُّوْءَ ۞

LXXXIII.

Visita raro, augebis amorem.

زُرْ غِبًّا تَزِدْ حُبًّا ۞

LXXXIV.

Qui aliquid amat, frequenter ejus mentionem facit.

مَنْ أَحَبَّ شَيْئًا أَكْثَرَ ذِكْرَهُ ۞

LXXXV.

Demissio sui augmentum est nobilitatis, & complementum gratiæ.

ٱلتَّوَاضُعُ زِيَادَةٌ فِي ٱلشَّرَفِ وَبِهِ تَتِمُّ ٱلنِّعْمَةُ ۞

LXXXVI.

Perfectio est in tribus rebus: *quæ sunt*

ٱلْكَمَالُ فِي ثَلَاثَةٍ أَشْيَاءَ ٱلْعِفَّةُ فِي ٱلدِّيْنِ

NOTÆ AD SENT. LXXXI.

* *Ab insipido sapore ac stupore sic* portulaca *dicitur: ita uti & blitum* μωρὸν λάχανον olus fatuum *vocarunt Græci: & adagio dici solet*, blito despectior *aut* stultior, *de homine socorde & inutili, aut insulso ac futuo.*

LXXXIII. *Ut crebra nimis visitatio amorem minue-*

وَٱلصَّبْرُ عِنْدَ ٱلنَّوَائِبِ وَحُسْنُ ٱلْمَعِيشَةِ ۞	Devotio in religione; patientia in adverſis; & prudentia in vita.

LXXXVII.

سُلْطَانٌ بِلَا عَدْلٍ كَنَهْرٍ بِلَا مَاءٍ ۞	Imperator ſine juſtitia eſt ut fluvius ſine aqua.

LXXXVIII.

كَمَا ٱلْبَدَنُ اِذَا هُوَ سَقِيمٌ لَا يَنْفَعُهُ ٱلطَّعَامُ كَذَا ٱلْعَقْلُ اِذَا عَلَقَهُ حُبُّ ٱلدُّنْيَا لَا تَنْفَعُهُ ٱلْمَوَاعِظُ ۞	Ut corpori ægroto utilis non eſt cibus: ita menti captæ amore mundi non proſunt admonitiones.

LXXXIX.

عَالِمٌ بِلَا عَمَلٍ كَسَحَابٍ بِلَا مَطَرٍ ۞	Doctus ſine opere, ut nubes eſt ſine pluvia.

NOTÆ AD SENT. LXXXIII.

nuere, ſic rarior augere ſolet. Uſus proverbii eſt, cum de rara amici viſitatione quis reprehenditur.

LXXXVIII. Captæ] *ad verbum*, cum occluſit eam amor mundi. * غلق *legit vir doctiſſ. pro* علق A'lika: *hoc autem notat*, inhærere animo, afficere animum; *& peculiariter de amore uſurpari vox ſolet.*

XC.

Qui patrem ſuum honorat, prolongantur dies ejus.

مَنْ وَقَّرَ أَبَاهُ طَالَتْ
أَيَّامُهُ ۞

XCI.

Dives ſine liberalitate eſt ut arbor ſine fructu.

غَنِيٌّ بِلَا سَخَاوَةٍ
كَشَجَرٍ بِلَا ثَمَرَةٍ ۞

XCII.

Pauper ſine patientia eſt ut lampas ſine oleo.

فَقِيرٌ بِلَا صَبْرٍ كَقِنْدِيلٍ
بِلَا زَيْتٍ ۞

XCIII.

Juvenis ſine pœnitentia eſt ut domus ſine tecto.

شَبَابٌ بِلَا تَوْبَةٍ كَبَيْتٍ
بِلَا سَقْفٍ ۞

XCIV.

Mulier ſine verecundia eſt ut cibus ſine ſale.

اِمْرَأَةٌ بِلَا حَيَاءٍ كَطَعَامٍ
بِلَا مِلْحٍ ۞

XCV.

Dies unus viri docti præſtat tota vita indocti.

يَوْمٌ وَاحِدٌ لِلْعَالِمِ أَخْيَرُ مِنَ
الْحَيَاةِ كُلِّهَا لِلْجَاهِلِ ۞

NOTÆ AD SENT. XCVII.

Significat elegans hoc Adagium, chariſſimos eſſe parentibus ſuos liberos: at hos nihil mi-

SENTENTIARUM.

nus

XCVI.

أَلظَّالِمُ مَيِّتٌ وَلَوْ كَانَ
فِي مَنَازِلِ ٱلْأَحْيَاءِ
وَٱلْمُحْسِنُ حَيٌّ وَلَوْ كَانَ
ٱنْتَقَلَ إِلَى مَنَازِلِ ٱلْمَوْتَا ۞

Improbus mortuus eſt, etiamſi in manſionibus ſit vivorum: at Probus vivus eſt, licet migraverit in manſiones mortuorum.

XCVII.

قَلْبِي عَلَى ٱبْنِي وَقَلْبُ
ٱبْنِي عَلَى حَجَرٍ ۞

Cor meum ſuper filio meo eſt: at cor filii mei ſuper lapide.

XCVIII.

عَدُوُّكَ وَحَاسِدُكَ لَا
تُظْهِرْ لَهُمْ عَدَاوَتَكَ ۞

Nec hoſti tuo, nec invidenti tibi inimicitias tuas manifeſta.

XCIX.

لَا تَبْرَمِ ٱلْأَمْرَ حَتَّى
تَفْكُرَ فِيهِ ۞

Ne aggredere negotium aliquod donec id perpenderis.

C.

لَا تُخَاطِبِ ٱلْأَحْمَقَ
وَلَا تُخَالِطْهُ فَإِنَّهُ
مَا يَسْتَحِي ۞

Ne colloquere cum ſtulto, nec commercium cum eo habe: quippe quem nihil pudet.

NOTÆ AD SENT. XCVIII.

nus ſæpe quam parentes redamare.

Inimicitias tuas] in alios, *ut opinor.*

FINIS.

EXCERPTA
EX
ANTHOLOGIA
VETERUM POETARUM
QUÆ INSCRIBITUR
HAMASA ABI TEMMAM.
EX MS. BIBLIOTH. ACADEM.
LUGD. BATAV.
EDIDIT ET NOTULIS AUXIT
ALBERTUS SCHULTENS.

قَـــــالَ

قُـــرَيْـــطُ بْـــنُ أُنَـــيْـــفَ ۞

لَـئِـنْ كُـنْـتُ مِـنْ مَـازِنَ لَـمْ تَسْتَبِحْ إِبِـلِـي
بَـنُـو اللَّـقِيطَـةِ مِـنْ ذُهْـلِ بْـنِ شَيْبَـانَـا ۞

NOTÆ.

Hiſtoriam horum verſiculorum præſtruxiſſe juvabit ex *Taurizio*. اغار ناس من بني شيبان على رجل من بلعنبر يقال له قريط بن انيف فاخذوا له ثلثين بعيرا فاستنجد اصحابه فلم ينجدوه فاتي بني مازن فركب معه نفر فاطردوا لبني شيبان مائة بعيرا ودفعوها الي قريط فقال قريط هذه الابيات يمدح بني مازن ويهجو قومه ۞ Incurſarunt quidam ex *Sjaibanitis* in Virum quendam e *Belanberitis*, qui vocabatur *Korait Ibn Onaiph*; rapueruntque ei trigſnta camelos. Tum ſuppetias popoſcit tribules ſuos; ſed non tulere. Acceſſit itaque ad *Mazinitas*, quorum evecta mox cum eo manus, centum camelos *Sjeibanitis* abegerunt; eosque ad *Koraitum* propulerunt. Tum *Koraitus* hos dixit verſiculos, laudans *Mazinitas*, & ſatyrice gentem ſuam increpans.

Verſ. 1. تستنبح eſt *fut.* 10. a باح *patuit*. Inde in 4. ابـاح *communis juris fecit*; quod & in 10. obtinet. *Taurizius* الاباحة والاستباحة اخذ الشي مباحا وكان الاصل فيه اظهار الشي للمناظر لتناوله من شاء ومنه باح بسره

Spe-

D I X I T

KORAIT IBN ONAIPH.

1 Si extitiſſem ex *Mazinitis*, non promiſcui juris
feciſſent camelos meos
Filii humi collectæ, e *Dulho* Filio *Sjeibani*.

N O T Æ.

Species IV. & X. *notant rapere quid tanquam cujusque arbitrio permiſſum: videturque origo iſtius uſus ſita in re oculis exponenda, ut eam capiat qui velit: dicitur etiam hinc, divulgavit ſecretum ejus.*

Ibid. الملقيطة proprie *humi collecta:* forma *fœm. part. paſſ. Pahyl.* In *Golio* exponitur *Vir viliſſimus*, & *ſequioris ordinis. Fœtus natusve mulieris.* Utrumque, quaſi *humo recollectum quid.* Hic in *fœmina vilioris*, & *ſervilis conditionis.* Ejus *maſc.* لقيط eſt *puer projectitius ignoto Patre & Matre, qui de terra tollitur.* Nempe Thema لقط לקט eſt *legit rem humi abjectam*, ut *lapillos*, *ſpicas*, alia. Inde, لُقْط & لُقَط לֶקֶט *ſpicilegium*; لُقَاط *ſpicæ quæ falcem meſſoris effugiunt:* pulchre لُقْطُ المعْدن *ſpicilegium aurifodinæ*, pro *particulis auri quæ in fodina reperiuntur.* لُقْطَة & لُقَاطَة item, *quicquid de humo legitur.* Vides, unde *pera* יִלְקוּט dicta ſit. Veniſte *avium ingluviem* لاقطة الحصا *collectricem glareæ* vocitant.

إِذَا لَقَامَ بِنَصْرِي مَعْشَرٌ خُشُنٌ
عِنْدَ ٱلْحَفِيظَةِ إِن ذُو لُوثَةٍ لَانَا ۞

قَوْمٌ إِذَا ٱلشَّرُّ أَبْدَى نَاجِذَيْهِ لَهُمْ
طَارُوا إِلَيْهِ زَرَافَاتٍ وَوُحْدَانَا ۞

NOTÆ

Vſ. 2. الحفيظة apud *Gjeuh* eſt الغضب والحمية *ira*, *& fervor tuendi ſe.* Enucleatius *Tauriz* الغضب في الشي الذي يجب ان يحفظ *ira ob rem quæ incumbit ſervanda.* Deſcendit ab حفظ *aſſervavit.* Inde in III. ſpecie حافظ *ſtrenue propugnavit.* Inde ذو حفاظ *ſtrenuus defenſator ſui juris:* & يوم حفاظ *Dies prælii, ubi jus cuique ſuum defenſandum.* Speciatim حفاظ vocant *Muhammedani* illum *fervorem*, quo *bella* & ipſi *ſacra* gerunt adverſus nomen Chriſtianum. Hinc *Algezira* titulo دار الحفاظ *ſedis belli ſacri* nobilitatur.

Ibid. لوثة *ſegnities, tarditas, languor, ſtultitia.* Secundaria omnia, a *maceratione*, quæ cernitur in لواث *maſſa depſendo macerata.* Radix لاث reſpondet *Hebræorum* לוש *depſuit*, proprie *convolvit.* Redi ad *Conſ.* I. *Harir. p.* 38. Ab hac notione etiam *comparat:* أَلْوَثُ eſt *flaccidus, tardus greſſu & lingua; fœm.* لَوْثَاءُ; nec non *ſpecie* VIII. التاث eſt *tardus fuit in opere:* itemque *confuſum, perturbatum, & involutum fuit* negotium. Ad لانا teneatur,

Eliph

2 Profecto ſurrexiſſent in auxilium mihi cœtus aſper
In defenſionem juris, flaccidus ubi remolleſcit.

3 Genus quod quum malum molares ipſis dentes nudat,
Ad illud agminatim convolant, & ſeorſim.

NOTÆ.

Eliph metri cauſa appoſitum, pro لَانَ *lenis, mollis fuit.* Simile in هَانَا pro هَانَ *levis fuit vſ.* 4. recurret. *Poëtice* etiam خُشُنٌ pro خُشْنٌ *aſperi* elatum, quod eſt *plur. fr.* & أَخْشَنُ, a خَشُنَ *aſper fuit.*

Vſ. 3. Inſignis figura, *Malum molares monſtrans*, in quâ ſibi placent Poëtæ. Præmitto bonæ frugis notam ex *Tauri-zio.* الناجذ ضرس العلم وهو اقصي الاضراس وهي اربعة من كل جانب واحد من فوق واحد من اسفل تنبت من بعد ان يشب الغلام وتسمي اضراس العقل ومن ثم قيل رجل منجّذ اذا احكمته التجارب قال الشاعر ۞

نَجَّذَنِي مُدَاوَرَةُ ٱلشُّؤُونِ ۞

وقال بعضهم الناجذ الضواحك واحتج بحديث صلعم ضحك حتي بدت نواجذه قال وافاصي الاسنان لا يبديها الضحك والصحيح

لَا يَسْأَلُونَ أَخَاهُمْ حِينَ يَنْدُبُهُمْ

فِي النَّائِبَاتِ عَلَى مَا قَالَ بُرْهَانَا

NOTÆ.

والصحيح الاول والحديث يريد المبالغة
وان لم تبد النواجذ ۞ وابداء الشر نواجذه
مثل لشدته وصولته وذلك ان السبع اذا
صال او شد كشر عن انيابه فشبه الشر
به بحال شدته ويقول الرجل لصاحبه
لاريّنك ناجذيّ اذا اراد ان يتشدد عليه
ويقال عض علي ناجذيه اذا صبر علي الامر

Molaris dens pubertatis vocatur ناجذ, *eſtque molarium extremus. Hi quatuor, ab utroque latere unus ſuperior, infexior alter. Enaſcuntur, quum puer adolevit: & vocantur molares ſapientiæ: atque inde vir dente iſto præditus dicitur, quum eum experimenta ſapientem reddidere. Ita Poëta:*

Dentem genuinum dedit mihi viciſſitudo rerum.

Sunt qui dicant, ſignari dentes riſores; probant ex traditione Prophetæ; Riſit ita ut γελασίνοι apparuerint: nam, inquiunt, extremos molares non nudat riſus. Verius tamen prius: & traditio illa ſummum gradum intendit; etſi genuini non prodeant. Jam vero Malum monſtrare genuinos, figuratum ad vehementiam & ſævitiam ejus notandam; ſcilicet fera quum ſævit, aut incurſat, deſtringit dentes ſuos. Ei Malum aſſimilatur quum vehementius eſt. Dicit quoque quis alteri; enimvero monſtrabo tibi genuinos meos; quum geſtit infeſtius cum eo agere. Dicitur adhuc; momordit ſuper genuinis ſuis; quum aliquid patienter tolerat. Juvabit inſigniora quædam exempla ſubjunxiſſe. *Antara Ibn Sjeddad* in *Moallek.*

ابدي نواجذه بغير تبسم

Monſtravit genuinos ſuos, non ſane renidendo.

Hoc eſt: *inimicum in modum rinxit; riſu ad aures velut reſcis-*

4 Non poſcunt Fratrem ipſorum, quum promtos ciet
In calamitatibus, ut id quod dicit, probet.

NOTÆ.

ſciſſo. Ex *Hamaſ.* infra producam *ora mortium, quæ rideant, & quorum* تهللت النواجذ *renideſcant genuini,* hoc eſt, *lato & læto rictu immineant.* In *Diw. Hud. pinguntur* نواجذ عصل قواطع *genuini recurvi, ſciſſores, quos quis* adverſæ fortunæ *reſtringat.* Referatur ad id, quod ſub II. ſpecie نَجَّذَ habes apud *Golium*; *ſubactum expertumque reddidit* fortuna; cum *part.* مُنَجَّذٌ *ſubactus rerum uſu & experientia confirmatus:* proprie *molaribus genuinis offirmatus.* Thema نجذ *vehementer momordit impreſſis genuinis.* Item *roſit, carpſit dente maledico.* Hoc *Horatio* item eſt, *genuinum* alicui *infringere.*

Ibid. Pro زَرَافَةٌ *agmen, caterva,* pecul. *decem admodum hominum,* etiam زُرَّافَةٌ *dageſſata media* effertur. Radix زرف juxta *Tauriz.* notat الجمع والزيادة على الشي *congeſtionem & aggerationem rei;* indeque deducit زرف فلان في حديثه اذا كذب *congeſſit ille in ſermone ſuo, pro mentitus eſt.* Dubito: & a *properando* utrumque derivare malim: nam زروف eſt *properanter incedens,* & *velox* camelus. Eſt etiam II. زرّف *agminatim fecit properare.* & IV. ازرف *impulit ad properandum.* Hoc a *congeſtione ſtipata,* ἀπὸ τῆς στείβειν.

Vſ. 4. Thema ندب proprie *uvere, uveſcere, uvidule manare,* per varias *metonymias* ſe diffundit. *A fluxu uvido* ha-

habes notione *intranſitiva*, quæ principe loco comparere in *Lexicis* debuiſſet, *agilis promtusque fuit;* item *nobilis*, & *liberalis fuit* ad officia præſtanda. Hinc نَدْبٌ *Agilis*, *alacer*, *promtus*, *liberalis*, *munificus;* de homine: de equo, *velox*, *acer*, *ultro in curſum effuſus.* Habes, quem *Hebræi* נָדִיב appellitarunt, *voluntarium*, & *in omnem munificentiam ſponte effuſum.* Poteſtate *tranſitiva* etiam valet, *impulit*, *incitavit* ad aliquid, nempe *liberali motu peragendum*; ita *Harir. Conſ.* 30. *prohibuit Deus increpare poſcentes* وندب الي مواساة المضطر & *excitavit promte ſuccurrere egenti.* In *Hiſt. Sarac.* occurrit ندب الجيوش *emiſit in bellum copias.* Eodem pertinet *gloſſa* illa apud *Golium*: *vocavit eum ad rem aliquam.* Ita enim *Tauriz.* ad h. l. يقال ندبته للامر فانتدب له ورجل ندب ينتدب للامور اذا ندب اليها ويقال ندب لكذا اي نصب ورشح للقيام *Dicitur*: *vocavi* נרבת *eum ad res gerendas*, & *ille* אנתרב *vocationi annuit: ac vir* נרב *qui res promte ſuſcipit*, *quum ad eas vocatur. Dicitur item*, *paſſive*, *vocatus eſt ad hoc*, *quum rei alicui præficitur*, *eique adminiſtrandæ ut idoneus maxime adhibetur.* In VIII. انتدب, quæ eſt התנדב tres *gloſſas* reperias apud *Golium. Annuit vocanti*; i. e. *promtum ſe obtulit*, primo. Secundo, *benigne rependit*. & *propicius fuit* Deus: item *promtum ſe præbuit.* Tertio, *leniter effluxit*, *ſeu exſudavit.* Hoc poſterius *originem* oculis ingerit, illumque *ſtaxum uvidum*, quem ſupra poſui: atque inde intelligetur, quanta ſit ubertas & התנדב *ultro offerre*, *erogare*, *impendere ſe & ſua.* Hinc quoque pendet *gloſſa* IV. ſpeciei, qua אנרב נפשה انـدب نفسه exponitur, *periculo expoſuit animam ſuam:* quaſi *erogavit*, & *impendit eam liberalius.* Eſt verbum militare, *devotiſſimum*, & *extremæ quæque ſubire paratum militem* conſignans. Talis exercitus inſigni-

re

te appellatus עם נדבות *populus ſponte ſemet offerens, erogans, impendens Meſſiæ; Pſ.* cx: 3. In his omnibus *Arabica* cum *Hebraicis* intimam cognationem colere, atque *Dialectos* mutuam ſibi lucem ferre, vel præfractiſſimus agnoſcere cogatur. Sed quid, quod idem hocce ندب etiam declaretur per, *deflevit* mortuum, *eique juſtis encomiis parentavit;* id longius utique diſcedit. Nempe ſi corticem ſpectes *gloſſæ*; at ſi medullam inſpectes, non diſplicebit, credo, *fluxit lacrymis, fluxit laudibus:* quod per *uberavit* non incommode exprimas. Remotius adhuc نَدَبٌ *cicatrix depreſſior, in cute apparens;* & ipſum verbum, *cicatricoſum fuit* dorſum. Subſtitue *uveſcens* dorſum, habebisque ipſam illam, quam eruimus, poteſtatem; ſpeciali uſu huc admotam. Nempe & *uvidum, ſubſtillumque* pro *cicatricoſo* apud *Latinos* venit: nihilque in hac varietate *gloſſematum*, quod non ex omni Lingua copioſiore ultro promanet, ac redundet.

Ibid. A ناب *ſupervenit per vices* abſolute نايبة in *part.* notat *caſum fortunæ;* unde *plur. fr.* نوايب *incurrentia per vices.* Plena phraſis dat نوايب الدهر *vices incurſantes fortunæ.* Et نايبات in *plural. ſano* frequentatur. Junctim in *Diw. Hud.*

فلا نايبات الدهر يرجعن هالكا
الي اهله والدهر جم النوايب ۞

Sane vices fortunæ non reduxerint mortuum
Suam ad familiam, quantumvis fortuna vicibus ſcateat.

In *Hamaſ.* noſtro

كرام اذا ما النايبات تنوب ۞

Generoſi, quum vices fortunæ recurſant.

In meliorem partem quoque ſe præbet; atque inde خير نايب *copioſum, abundans bonum*, deſignat: itemque نوبة in *Camuſo* eſt دولة *converſio lætior fortunæ:*

fe-

لَكِنَّ قَوْمِي وَإِنْ كَانُوا ذَوِي عَدَدٍ
لَيْسُوا مِنَ ٱلشَّرِّ فِي شَيْءٍ وَإِنْ هَانَا ۞
يَجْزُونَ مِنْ ظُلْمِ أَهْلِ ٱلظُّلْمِ مَغْفِرَةً
وَمِنْ إِسَاءَةِ أَهْلِ ٱلسُّوءِ إِحْسَانَا ۞

NOTÆ.

felicitas. Hinc in VIII. *Harir. Conſ.* 39. *Tum effuſa ſuper eum dona largiſſima, quæ vultum votorum ejus renidentem redderent;* وانتابه الدخل *& dives reditus per vices eum cumulavit.* Hinc plenius intelligas illud *Pſ.* LXII: 11. חיל כי ינוב *opulentia quum accreſcet, atque accumulabitur lætis identidem vicibus:* Item תנובה quatenus *proventum annuis vicibus recurrentem exprimit.*

Ibid. برهان *probatio evidens. Argumentum indubitatum:* a quadrilitero برهن quod eſt اقام الحجة *ſtare fecit* ſive *evicit demonſtrationem.* Eſt *ſpecies* auctior per *Nun*, فعلن, a برء *ſecuit, decidit.* Ita عربن *arrham dedit;* a عرب: & علون *Titulo inſignivit;* a علو *altus fuit.* Adiſis *inſtitut. Aramæas.* Senſum hujus verſiculi illuſtrat alter hicce ex *Hamaſ.*

اذا استنجدوا لم يسالوا من دعاهم
لاية حرب او لاي مكان ۞

Quum ad auxilium vocantur, non rogant illum qui eos advocat,
Quodnam ad bellum? aut quemnam ad locum?

Vſ. 5. Particula لَيْسَ, contracta haud dubie ex

لَا

5 Aſt gens mea, etiamſi numero polleat,

Nihil ſunt omnino adverſus malum, quantumvis leve ſit.

6 Rependunt injuriam injuſte agentium condonatione,

Et maleficia malignorum beneficentia.

NOTÆ.

לא יש لَا أَيْسَ, proprie eſt *ſubſtantiva*; negans *rei exiſtentiam*: unde لَيْسَكَ *neutiquam tu*: pro quo & لَسْتَ inclinatum, ac ſi verbum eſſet. Ad eam rationem & hic لَيْسُوا *non ſunt illi*. Phraſis, *non ſunt de malo in re ulla*, valet, *non ſunt ullius ponderis, momenti, valoris, quoad malum ab aliquo depellendum.*

Vſ. 6. Verbum جزا *ult.* ى, גזה proprie eſt *ſecuit, præcidit*. Inde *penſavit, retribuit*, quaſi *ſecta ac præciſa portione*. Valet quoque *ſatisfecit; ſuffecit*, eodem e fonte. Ultima *hamzata* جزأ *partitus eſt, diſtribuit*; & جزء *pars præſecta*, eandem *originem* clare exerit, *partic.* جَازٍ pro جَازِيٌ a priori, *abſolute* frequentatur pro *defenſore ad omnia ſufficiente, & aliorum vices penſante*. Ex uſu illo explicandus *Pſ.* LXXI: 6. *A ventre matris meæ* גוזי את *tu ſufficiens mihi ad omnia, omniumque vicem penſans.*

Ibid. Rad. غفر *condonavit*; dat مغفرة pro *condonatione, venia*: ſic dicta *metonym.* a *tegendo*, vel potius *linendo, illinendo, ſuperlinendo*. Cernas vim iſtam in *gloſſa*, apud

كَأَنَّ رَبُّكَ لَمْ يَخْلُقْ لِخَشْيَتِهِ
سِوَاهُمْ مِنْ جَمِيعِ ٱلنَّاسِ إِنْسَانَا ۞
فَلَيْتَ لِي بِهِمْ قَوْمًا إِذَا رَكِبُوا
شَدُّوا ٱلْإِغَارَةَ فُرْسَانًا وَرُكْبَانَا ۞

NOTÆ.

Golium, *num.* 1. *texit imbuitque canos tinctura.* Apud *Hebræos* גפר eandem obtinuit notionem, indeque עצי גפר dictæ *arbores oleosæ*, quæ *resinam* fundunt *linimentis.* גפרית *sulfur* eadem *linimenti* ansa appellatur.

Ibid. إِسَاءَةٌ *Malefacere:* est *infin. fœm.* IV. speciei, a ساء *malus*, *corruptus*, *depravatus fuit.* Item *malo affecit:* quod tamen potius اساء, contrarium ة احسن *benefecit.* Derivatum שָׁוְא سَوْءٌ *Malum*, *malitia*, *vitium omne.* Inde رجل سوء *vir nequam.* In *Hamasa* opponuntur امري السوء *Vir nequam*, & امري الصدق *Vir justus* & *verax.* Apud *Hebr.* מתי שוא sunt *viri nequam*, qui hoc versu اهل السوء *nequitiæ dediti.* Origo necdum satis comperta.

Vs. 7. Aculeate dictum. Sensus hic: *Adeo meticulosi sunt, ut soli ex omnibus mortalibus Deum metuere posse videantur.* Prima frons *laudem* offerebat; *inversa meticulositatem* perstringit. خلق *Creavit*, proprie *lævigavit*, alibi jam illustratum. خشي *timuit; metuit; abhorruit;* ejusdem *originis* cum حشي *altius difficiliusque spiritum duxit: asthmate laboravit.* Utrumque pendet *metonymice* ab حشا *farsit*, *re-*

7 Haud ſecus ac ſi Dominus tuus non creaſſet ad ſui timorem
Ullum, præter illos, ex univerſis mortalibus, mortalem.

8 Quod utinam mihi pro illis gens foret, quæ ubi vehuntur
Acrem invehunt impreſſionem, ſive equos ſedeant, ſive camelos.

NOTÆ.

referſit: & intranſit: *fartus, tomento offertus fuit.* Ejus derivatum حشبة *fartura.* In VIII. احتشي eſt *conſtipatus* fuit, vel *ſemet indita fartura conſtipavit.* Ex hoc fonte חשה proprie ſonat φιμῶσις, quod ad *altum ſilentium* graviſſime translatum fuit, quum velut *conſtipato & offarcto ore obticetur*; conjunctim *Marc.* IV: 39. Σιώπα, πεφίμωσο. *Obticeſce, offercitor.* Eadem figura *Pſ.* CVII: 29. וחשו גליהם φιμῶσαι *fluctus ejus.*

Vſ. 8. Ad hunc *vſ. Tauriz.* ويروي شنوا لاغارة اي فرقوها وقوله شدوا الاغارة اي شدوا للاغارة كقولك حملوا للاغارة ومعني قوله فرسانا وركبانا يعني انهم كانوا يقاتلون علي الخيل والابل *Editur etiam* شنوا *quod eſt ſparſim diffundunt direptionem. Quod autem dicit* شدوا *incurſant direptionem, poſitum eſt pro incurſant direptioni: quemadmodum dicitur, incumbunt direptioni. Sequentia vocabula innuunt, eos ex equis pugnare ſolitos & ex camelis.* Nempe فرسان eſt *plur. fr.* a فارس *eques*; & ركبان item *plur. fr.* a راكب *ſeſſor cameli.*

قال

الفند الزماني

في حرب البسوس

صَفَحْنَا عَنْ بَنِي ذُهْلٍ وَقُلْنَا ٱلْقَوْمُ إِخْوَانُ ۞

عَسَى ٱلْأَيَّامُ أَنْ يَرْجِعْنَ قَوْمًا كَالَّذِي كَانُوا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Ad صفحنا *condonavimus*, ita *Tauriz.* الصفح العفو يقال اعرضت عن هذا الامر صفحا اذا تركته ويقال ابدي لي صفحته اذا امكنني من نفسه *Radix hæc condonationem ſignat; ex phraſi, averti vultum ab hac re, quum eam miſſam facis. Dicitur etiam, monſtravit mihi faciem ſuam* expanſam, *quum me ſui compotem facit.* Habes duplex *Etymon*; alterum ab *averſa facie*, quum connivetur: alterum a *facie expanſa*, quum indulgetur. Apud *Golium* noſtrum reperies *primum* ab *averſo vultu:* adjectis aliis notionibus, quæ implicant magnopere eos, qui ex ipſis fontibus bibere non poſſunt. Ut qui ſub 2. *claſſe* proponitur, *tranſire juſſit egitque* præter puteum camelos. 3. *latiore parte gladii ac lamina percuſſit.* 4. *petentem repulit.* 5. *propinavit quicquid eſſet vini.* 6. *comploſit manus.* In II. Specie; صَفَّحَ *latum fecit, in latum duxit, expanditque* ferrum,

DIXIT
ALPHENDUS ZIMMANIUS,
IN BELLO BESUSÆ.

1 Condonavimus delicta *Dſuhlitis*, diximusque, gens eſt fraterna.

2 Efficient forte dies ut reddant ſe gentem, qualis ante erant.

NOTÆ.

rum, ut enſem, qui inde صفيح & صفيحة. Prius صفيح quoque eſt *lapis latus & tenuis*: & صفيحة *latior facies rei*: *lamina*, *bractea*: *aſſer*; *tabula*. Omnia, ut quisque nunc videt, ab *expanſa & explanata ſuperficie*; *quæ manu ſuperducta efficitur*. Eſt noſtrum ſtrychen / *planare*. Hinc omnes uſus emanarunt: ut ille 2. *planavit præter* puteum: 3. *planavit eum* enſe: pro *percuſſit*: cui inhæret 4. *repulit eum*, repercuſſit. A *percutiendo* quoque 5. سقاه اي شراب كان *propinavit ei quicquid eſſet vini*, *idque* more compotantium *ingeſſit in faciem*. In *comploſione manuum earumque ſuperficie colliſa* nemo hærebit. Ab hac *planata ſuperficie* צפיחית dicta *placenta*: quæ & apud *Latinos* a πλάξ πλακὸς, & πλακοεὶς, πλακοέντα; πλακοῦντα, unde *placunta* Antiquiores, deſcendit. Eadem *origo* ſororii טפח; unde in Sacris remanſit טַפַּח & טִפַּח *palma*, *manus plana & panſa*: itemque *palmus*, *menſura manus illius*. Hinc pulchre in *Pihh. Jeſ.* XLVIII: 13. *Dextra mea* טפחה

فَلَمَّا صَرَّحَ ٱلشَّرُّ فَأَمْسَي وَهُوَ عُرْيَانٌ ۞

NOTÆ.

planavit cœlos, in latam & tenuem ſuperficiem expandit, quod eſt ipſum صَفَّحَ. Paulo aliter *Thren.* II: 22. *Quos* טפחתי *plana manu leniter tractavi, & educavi:* qui *teneri, tenera manu foti, ibid. vſ.* 20. erant עוללי טפחים. Apud *Arabes* ſimiliter صافح III. ſpecies, eſt *manu plana tractare, permulcere.* Denique מטפחת ex eodem hoc fonte adfert *pallam latam, late ſuperfuſam corpori*, quaſi dicas *complanatorium amictum:* de quo Clar. *Schroed.* enucleate, & egregie, in *Comm.* de *Veſt. Mulier. Hebr. Cap.* 16. Necdum manum de tabula. Diſcutienda nubecula; quam offundunt uſus verbi טפח طفح apud *Golium* enotati, 1. *plenum ad redundantiam fuit* vas: *plenus vino fuit* ebrius: *abundavit liberis* mulier. 2. *Replevit, ita ut liquor effluxerit.* 3. *Suſtulit goſſypium* ventus. &c. &c. Congeries cæca, & cæcans, qui ipſos fontes non ſalutant; neque attendunt eſſe *gloſſas ſecundarias*, ex una *primaria* dimanantes: quales ſunt *gloſſæ Heſychianæ*, & *Non. Marcelli* de *Verborum ſignif.* Teneatur modo Belgicum ſtrycken / & omnia ultro applanabuntur: ut quum de *vaſe pleno* dicimus ſtrycken vol: & overſtrycken: doen overſtrycken. De windt ginck er mede ſtrycken. Wegſtrycken &c. &c. Sic concordia claro in die relucet.

Vſ. 3. Excellens *metaph.* صرّح الشر *meracum fuit malum.* Apud *Golium* noſtrum reperies ſub verbo صرح I. *Purus, ſincerus fuit:* II. *Aperte expoſuit dixitve: manifeſtam fecit rem:* & *intranſit:* duplicata potentia *primæ, manifeſtus, apertus, purus, ſincerus, clarus fuit.* Omnia a primario *meraci*, quod in صريح cernitur, *merum*, & *impermixtum.*

3 At quum meracius factum est malum, extititque planissume nudum;

NOTÆ.

tum. Audi *Tauriz.* من اللبن الصريح وهو الذي قد ذهب رغوته واذا ذهبت الرغوة فاللبن عريان *Transsumtum a lacte mero, cujus spuma discussa. Hac autem demta, lac quoque nudum manet.* Prius firmo stat talo; posterius jacet. Odiosa foret repetitio *nudi*, post *meracum*, si nil aliud adferrèt. عريان ערין, a ערי عري *nudus fuit*, hic est γυμνῇ τῇ κεφαλῇ incedens: seque impudenter & *nudato* quasi *capite* inferens. Sic XII. اعروري *nudum se intulit*, est, *flagitia palam patravit.* Ad *figuram* priorem in *Hamas.* extat quoque hoc *Saudi Ibn Malichi*; cujus nonnulla in *Monum. Vetust. Arab.* produxi.

كشفت لهم عن ساق الحرب
وبدا من الشر الصراح ۞

Denudavi ipsis crus ad bella substrictum;
Apparuitque de malo, meraciissimum.

Plenius كاس الصراح *poculum vini meracioris*; quod hac in sede perfrequens; *emblemate* passim in sacris occurrente. Longe diversum tamen apud *Hebræos* fuisse dices צרח *vociferari* in *Lexicis*: & צריח *arx, turris.* Sed en صرح apud *Arabes* quoque الصرح وكل بناء عال *arx, & omnis excelsior structura*: quin صرخ *valde exclamavit*: speciatim *opem implorans*: & اصرخ *cum clamore opem tulit.* Utrumque in *Bibliis*, ubi *bis* tantum legitur, eadem virtute. *Zeph.* I: 14. מר צרח *amare exclamitans ibi Heros*: quod est *opem implorantis*: ut *ferentis Jesaj.* XLII: 13. *Dominus ut Heros exibit, sicut vir bellator suscitabit zelum flam-*

وَلَمْ يَبْقَ سِوَى ٱلْعُدْوَانِ دِنَّاهُمْ كَمَا دَانُوا ۞

شَدَدْنَا شَدَّةَ ٱللَّيْثِ عَدَا وَٱللَّيْثُ غَضْبَانُ ۞

NOTÆ.

flammantem: יריע אף יצריח *jubilabit, etiam opem cum clamore bellico præstabit.* βοηθεῖν. Est accessio lucis. Magis adhuc lucebit; si *clamoris* hujus *intensioris origo* teneatur. Ea haud dubie a *mero, meraciore, claro:* quasi *clara* & *alta voce exclamare.*

Vs. 4. Proverbiale: دِنَّاهُم *appendimus illis* &c. pro *par pari retulimus; repensavimus ipsis vices nobis appensas.* Est *prim. plur. præt. a* دان *med.* ي; *Golio*, 1. *debitor*, etiam, *creditor evasit.* 2. *subegit sibi, coëgit, possedit. Rex & imperator fuit.* Item *se submisit.* 3. *Religionem amplexus fuit.* 4. *malo noxave affectus fuit.* 5. *rependit, pensavit.* 6. *judicavit, condemnavit.* דון & דין. Omnia ab *appendendo.* Ad hanc ansam filum ultro sese evolvet. *Tauriz.* الدين لفظة مشتركة في عدة معان كالجزا والحساب وهو هنا الجزا وفي المثل كما تدين تدان *Vox* דין *multas significationes amplectitur, inter quas compensatio & computatio, quæ hic intenditur: ut in proverbio est: prout appendis tibi rependetur.*

Vs. 5. שדד شد *incursavit, infestavit:* & ליש ليث *leo convolutus* ac *compactus*, alibi enucleata. غضبان *iratus*, a غضب *vehementius irasci*, hic speciatim designat *famelicum, fame rabidum.* Hoc, & repetitionis dignitatem, recludat *Tauriz.* كني من الجوع بالغضب لانه

4 Neque quicquam reſtaret niſi injuria, appendimus ipſis prout appenderant.

5 Incurſavimus in eos vehementia Leonis, qui quidem Leo rabidus.

NOTÆ.

لانه يصحبه وكر الليث ولم يات بضميره تفخيما وتهويلا وهم يفعلون ذلك في اسماء الاجناس والاعلام قال عدي بن زيد ۞

لَا أَرَي ٱلْمَوْتَ يَسْبِقُ ٱلْمَوْتَ شَيْءٌ

نَغَّصَ ٱلْمَوْتُ ذَا ٱلْغِنَي وَٱلْفَقِيرَا ۞

Circumloquitur in ira famem, quoniam eam comitatur ira: & Leonem repetiit, non utens pronomine relativo, ad granditatem & terrorem: quod facere ſolent in nominibus appellativis, propriisque. Ita *Adi Ibn Zeid.*

Non video mortem, prævertat mortem res ulla:
Conturbat mors opulentum ſimul, & inopem.

Geminum in *Hamaſ.* illud *Alaarasji.*

الموت احلي عندنا من العسل ۞
نحن بنو الموت اذا الموت نزل ۞

Mors apud nos melle dulcior.
Nos filii mortis; quum mors gravius incubat.

Item hoc *Hodbæ.*

لا اتمني الشر والشر تاركي
ولكن مني احمل علي الشر اركب ۞

Non opto malum, quum malum me miſſum facit:
Aſt quum adigor ad malum, illud invehor.

بِضَرْبٍ فِيهِ تَوْهِينٌ وَتَخْضِيعٌ وَإِقْرَانُ ۞

وَطَعْنٍ كَفَمِ ٱلزِّقِّ غَذَا وَٱلزِّقُّ مَلْآنُ ۞

وَبَعْضُ ٱلْحِلْمِ عِنْدَ ٱلْجَهْلِ لِلذِّلَّةِ إِذْعَانُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 6. توهين *inf.* II. *enervare*; a وهن *enervis fuit: torpuit: flaccuit laxatus.* تخضيع etiam *infin.* II. a خضع *ſubmiſſus fuit:* unde nonnulli, monente *Tauriz.* hic *ſubjugationem* accepere: vel *ſubmiſſionem ſui.* In *Camuſo* idem eſt quod تخذيع *concidere minutatim* carnem. Adjecit de ſuo *Tauriz.* يحتمل ان يكون من الخضعة والخبضعة وهى اختلاط الصوت في الحرب ومنه قوله ۞

الضاربين الهام تحت الخبضعة ۞

قال الاصمعي يقال للسباط خضعة ولا ادري امن الصوت هى او من القطع

Fieri poteſt ut ſit a خضعة *ſcutica, aut a* خبضعة *ſtrepitus confuſus gladiorum & pugnæ: unde nonnemo.*

Qui percutiunt capita ſub gladiorum ſtrepitu.

Aſmaæus dicit, ſe neſcire num ſcutica nomen traxerit a ſtrepitu, an a conſciſſione. Omnino *conſciſſio* & *contruncatio* hic tenenda. اقران *infin.* IV. a قرن ubi اقرن eſt *prævaluit*; nunc eſt الغلبة *Victoria. Potiri hoſtium.*

Vſ. 7. Eadem hic repetitio gravis, ac decora, & زق *uter vino recondendo, ſaccus;* quam ſupra habebamus *vſ.* 5. A *ſacco* placuit *ſaccare*, pro *colare, percolare.* His uſibus auctum

6 Cum ictibus qui enervabant, qui contruncabant qui reportabant victoriam.

7 Et confossione, ut orificium utris, qui effluit; qui quidem uter distentus.

8 Nempe quædam mansuetudo apud insipientes, est vilitati se capistrandum dare.

N O T Æ.

ctum quoque זקק *Hebr.* Nec abit *glossema* apud *Gol. Rostro in rostrum inserto aluit* pullum avis: q. d. *colavit. Percolavit, eliquavit in os.* Quin & quum ذرق exponitur, pudenter figuratum est, pro *eliquavit fœces:* quemadmodum a *Latinis* quoque *percolare*, & *saccare*, eodem traducta sunt. *Origo* sita in *arctando:* unde זקים *catenæ*, itemque אזקים, a *themate* forte אזק ازق item *arctavit.* طعن טען *confossio;* nunc notat *plagam confodiente lancea inflictam.* Ea ad genium gentis comparatur *orificio utris* מלאן ملان *repleti, distenti*, a ملا *repleri, oppleri, distendi*, proprie: ut *distenta ubera, tensus uter, tensus & turgens sacculus*, apud *Latinos.* غذا *fluxit* uter, *sanguinem emisit vena*, usurpatur quum *fluxus* ille fit دفعة بعد دفعة *impetu alio post alium:* vel *abruptim; singultatim:* qualia Poëtæ *singultantia vulnera.* A *Taurizio* appositum aliud hocce.

اذا نفذتهم كرت عليهم
بطعن مثل افواه الخبور

Quum confodit eos, denuo in eos irruit
Plaga assimili orificiis marsupiorum.

Hoc *Hebræis* הגיר על ידי חרב *singultatim ebullire fecit confossum acie gladii:* de quo in *Libello* de *Defect. Hodiernis Ling. Hebr.* fusius actum.

Vs. 8. Acute; quin aculeate. *Quædam mansuetudo est*

وَفِي ٱلشَّرِّ نَجَاةٌ حِبْنَ لَا يُنْجِبِكَ إِحْسَانٌ ۞

NOTÆ

ſe ſubmittere vilitati: ſe obſequentem dare contemtioni & vilipendio. Apud *ſapientes* videlicet *manſuetudo* alicui & *decus* adſtituit, & *pondus.* At *inſipientes*, proprie *leves*, *mobiles*, *omni aura circumacti*, eo magis ferociunt, atque inſoleſcunt, quo quis manſuetior: atque *bonitatem* non illudunt ſolum, ſed & inſultant جُهْلٌ eſt *plur. fr.* ab أَجْهَلُ, *levior*, *leviſſimus:* quæ vis ſub X. ſpecie regnat: ubi *Golius* dedit, *commovit* ramum ventus. Minus concinne ſub جَاهِلٌ ordinarunt *Grammatici.* Hoc inde factum, quod اجهل minus frequenter occurſaret. Extat tamen, apud *Algazal.* aliosque: unde habeas modo illud ما اجهلك من انسان *Quam leviſſimus es mortalis?* Ad اذعان *infin.* IV. a ذعن *obſequens fuit* teneatur, *metaph.* eſſe deſumtam a *Camelo*, qui *ſub capiſtro per naſum trajecto* ſe *obſequentiſſimum præbet ſeſſori.* Talis *Camelus* in *Diw. Hud.* مِذْعَانٌ vocatur. In *Camuſo* extat. اذعن له خضع وذل واقر واسرع في الطاعة وانقاد كذعن وناقة مذعانة منقادة سلسلة الراس

ورابتهم

9 Eſtque in maleficio ſalus tum, quum haud ſervet te, benignum fuiſſe.

NOTÆ.

ورايتهم في الطاعة مذعانين اي منتابعين *Verbum in* IV. *eſt ſubmiſit ſe, & obſequens fuit, & confeſſus eſt ſubditum ſeſe; & properavit ad obedientiam, & paſſus fuit ſe duci; quod etiam in* I. *obtinet. Indeque camelus* مذعانة, *catenæ capitis obſequentiſſima: atque hinc phraſis; vidiſti illos in obedientia obſequentiſſimos;* tanquam *ſub capiſtro* nempe. Genus *capiſtrandi* reperias apud *Golium* ſub خزم *perforavit narium iſthmum, & trajecit annulum, eoque obſequentem reddidit* camelum. Ejus *deriv.* خزام & خزامة eſt *annulus ex pilis confectus, quo per narium imbricem trajecto capiſtratur* jumentum. Hinc figurate, *recipere* خِزَامَ الذُّلِّ *capiſtrum vilitatis abjectiſſimæ:* apud *Iſpahan. Hiſt. Salad.* Idem *annulus appellatur* بُرَةٌ pro بُرْبَةٌ vel بُرْوَةٌ, de quo luculenter Cl. *Golius* noſter ſub برا *ult.* و & ي, *raſit, deraſit:* a *radendo* enim nomen traxit. Inde *Harir. Conſ.* 6. تقتاده برة الصغار *circumducit eum capiſtrum ſummæ vilitatis.* Ubi alia, quæ huc faciunt, ſubnotavi.

قـــــال

ابـــى الـــغـــول الـــطـــهـــوي

فَـدَتْ نَـفْـسِـي وَمَـا مَـلَـكَـتْ يَـمِـيـنِـي
فَـوَارِسَ صَـدَّقَـتْ فِـيـهِـمْ ظُـنُـونِـي ۞

فَـوَارِسَ لَا يَـمُـلُّـونَ ٱلْـمَـنَـايَـا
اِذَا دَارَتْ رَحَـا ٱلْـحَـرْبِ ٱلـزُّبُـونِ ۞

وَلَا يَـجْـزُونَ مِـنْ حَـسَـنٍ بِـسَـيْءٍ
وَلَا يَـجْـزُونَ مِـنْ غَـلْـظٍ بِـلِـيـنِ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Formula ſolemnis *redimat anima mea illos*; pro *mihi mea vita cariores ſunt*; quippe pro quibus *animam impenſam* velim. Dicunt quoque افي فداء لك *ego quidem redemtio tua ſum*; latiore adhuc ſenſu; pro, *omnes tuas miſerias in me transmotas velim, te inde exemto.* Inde *partic. paſſ.* 2. مُفَدًّى *redemtus* venit pro *capite honoratiſſimo*, quod omnes *vel ſua vita a malis & miſeriis* cupiant *liberari*: cuique dicatur جعلت فداك *conſtituar redemtio tua; pro te caput meum devovere paratus ſum.*

Vſ. 2. مَنَايَا *mortes*; a مُنِيَّةٌ in *plur. fr.* Id pro-

prie

DIXIT

ABU'L GOUL TOHAWIUS.

1 Redimat anima mea, & quicquid dextra possidet,
Equites; de quibus veracissima mea opinio.

2 Equites! quos non tædio coxerint Mortes,
Quum mola volvitur belli contumacius collisi.

3 Quique non rependant pro bono malum:
Neque pro aspero lene rependant.

NOTÆ.

prie sonat *præsectam* atque ita *præfinitam portionem: fatum*, ἡ εἱμαρμένην: quod ἀπὸ τοῦ μείρειν: a cujus μέμορα, ἔμμορα, etiam μόρος ac *mors* descendunt. منى מנה *secuit*, dedit per *metonymiam* mox, *certa quantitate*, *certoque modo*, aut *numero*, *definivit*. يملون *tædio coxerint*, a مل *cineribus calidis*, *prunisve*, *supposuit coquendum* panem, carnem. Inde ad *tædium urens* translatio facta. *Allegoria* subjuncta regnat inter *Arabes*: atque inde رَحًا *mola*, רַחֶה, רַחַיִם apud *Golium* inter alia exponitur *campus pugnæ*, &, *agmen se invicem prementium*. Accuratius *Schol. Diw. Hud.* رحا الحرب معظمها *mola belli est ejus*

وَلَا تَبْلَي بَسَالَتُهُمْ وَإِنْ هُمْ صَلُّوا
بِٱلْحَرْبِ حِينًا بَعْدَ حِينِ ۞
هُمْ مَنَعُوا حِمَي ٱلْوَقْبَي
بِضَرْبٍ يُؤَلِّفُ بَيْنَ أَشْنَاتِ ٱلْمَنُونِ ۞

NOTÆ.

ejus maxima moles. In *Hamaſ.* noſtro *Samuel Abn Adia.*
فان بني الديان قطب لقومهم
تدور رحاهم حولهم وتحول ۞
Nam ſane Daijanitæ ſunt polus ſuæ genti,
Cujus mola circa illos volvatur ac gyret.
Creberrimum quoque *Epitheton* الزبون in *prælio*, quod Cl. *Gol.* declarat, *in quo homines ob multitudinem inter ſe colliduntur:* item, *malæ indolis* camelus, *percutiens mulgentem.* Hinc anſam arreptam docet *Tauriz.* شبهت الحرب بالناقة الزبون فوصفت بصفتها وهي التي تزبن حالبها برجلها *comparatur prælium camelo calcitratori, ejusque nota delineatur: quippe quæ mulgentem pede ſuo feriat.*

Vſ. 4 Digniſſima, quæ teneatur *origo* vocis بسالة *ſtrenuitas*, ſub بسل *ſtrenuus fuit* vi ſecundaria: nam monente *Tauriz.* اصل البسل الحرام وذلك ان الباسل ممتنع من قرنه كانه محرم عليه ان يناله بمكروه *prima notio eſt illicitum, quia ſtrenuus ab adverſario intactus: tanquam interdictus ei, quem malo attingat.* Eſt ergo *ſtrenuitas* veluti *ſacro ſancta*, & *intacta*,

4 Neque deteratur ſtrenuitas eorum, vel ſi torreantur,

In bello, vices poſt vices.

5 Illi defenſarunt ſeptum ſacrum *Wakbæ*,

Ictibus diverſas mortes connectentibus.

NOTÆ.

ſta. Ideo adhibitum בלה بلي *deteri* i. e. *imminui*, *delibari*, *violari*. Porro inſignita locutio, qua multum delectati *Arabes* صلا بالحرب *toſtus fuit prælio*, pro, *magno animo ſuſtinuit, & exantlavit, fervidiſſimas colliſiones.* Apud *Gol. num. 6.* ſub صلا reperies, صلي النار *incaluit ad ignem, ejusque fervorem ſuſtinuit.* Hinc صلاة الحروب *toſti prælliorum*, pro titulo additur *ſtrenuiſſimis bellatoribus* apud Poëtas. Sub VIII. Specie invenies quoque لا يصطلي بناره *non facile certari cum eo poteſt:* quod proprie, *non torreatur aliquis igne ejus.* In *Hamaſa*

اوقد نارا لها وهج للمصتلي غير طايل ۞

Accendit ignem, cui ardor toſto haud ſane benignus.

In *Wakidio* de *Expugnatione Syriæ* frequentiſſima hæc formula, quum *Heroës* ſuos dilaudat. Aliquando *torreri bello* remiſſius eſt, *mala ejus perpeti:* prout in *Alcoran:* صلا النار & صلا الجحيم *torreri igne, gehenna:* in *Hamaſa* iterum

ليس يصلي نار الحرب جانبها ۞

Non ſemper torretur igne belli ejus incentor.

Vſ. 5. Magnifice; *ictus diverſas mortes connectentes.* Apud *Tacitum, omnes mortium imagines.* Intellige aliis *crania fiſſa,*

فَنَكَّبُوا عَنْهُمْ دَرْءَ ٱلْأَعَادِي

وَدَاوَوا بِٱلْجُنُونِ مِنَ ٱلْجُنُونِ ۞

وَلَا يَرْعَوْنَ أَكْنَافَ ٱلْهَوَيْنَا

إِذْ حَلُّوا وَلَا رَوْضَ ٱلْهَدُونِ ۞

NOTÆ.

ſa, aliis *capita præſciſſa*, aliis *jugula*, vel *pectora hauſta*: atque ita porro. مولغ *part.* II. ab אלח الغ, cujus primaria vis in *copula*, & *connexu arctiore*. Hinc omnia enata, quæ tam *Hebræi*, quam *Arabes*, & *Aramæi*, ſuo quique ore, & more, admiſerunt, cum divergio quodam *Dialectorum* manente uno fonte, uno Linguæ corpore.

Vſ. 6. نَكَّبَ *avertit*. In II. pro *repulit*, *refutavit*, a نكب *deflexit*. دَرْءٌ *impulſus*, & quidem *cum impetu*, a درا *pepulit*, *impulit cum niſu*, *curvamine*. أَعَادِي a عَدُوٌّ *hoſtis*; unde أَعْدَاءٌ *hoſtes*; indeque *plurali altero* أَعَادِي. Thema عدي *incurrit*, *infeſtavit*. داووا *ſanarunt*, eſt *præt.* III. *remedia concinnavit*, *reſtauravitque rem*, a دوي *ægrotavit*: q. d. *tractavit ægrotum*. جنون *furor* a جن גנן *texit*; quaſi *obnubilatio* mentis, & *obſcuratio*. מגנת *Thren.* III: 65. Poteſt etiam a جن *genius*; *dæmon* derivari, ut ſit *obſeſſio dæmonis*. Δαιμονίασις. Ad phraſin totam *Tauriz*. اي داووا الشر بالشر كما قالوا الحديد بالحديد يفلح والجنون هنا مثل ومعناه

6 Sic refutarunt a ſeſe impetum hoſtium,

Et furore perſanarunt furorem.

7 Illi haud paſcant conſeptas quietulæ oras,

Ubi reſederunt, neque pacis hortulos.

NOTÆ.

ومعناه الملجاج في الشر وركوب الراس
Eſt tantumdem ac *malum malo medicari: prout dicitur, ferrum ferro ſulcatur. Furore figurate poſitum*, pro *immittere ſe profundius in malum, atque caput ſuum obſtinatius ſequi.*

Vſ. 7. Illuſtres figuræ. هُوَيْنَا in *Lexico* non comparet. Eſt *diminut.* ab هَوْنَي *levior*, in *compar. fœm.* a *maſc.* أَهْوَنّ *Thematis* هان *levis ac facilis fuit.* Notat *fortunam commodiorem*, q. d. *commodiuſculam.* Venuſte, *paſcere ſepta, vel conſeptas oras commodiuſculæ:* pro *quieti & otio ſe tradere*; atque *tanquam molli in gramine recubare.* Eadem venuſtate adjectum, neque *hortulos pacis*; رِوض *plur. fr.* a روضة *hortus florifer: pratum amœnum.* In alia omnia abit *Tauriz* quum ita commentatur معناه انهم من عزتهم وجراتهم لا يرعون النواحي التي اباحتها المسالمة ووطاتها المهادنة ولكن النواحي المتحامات
ſenſus eſt *eos præ fortitudine & audacia non depaſcere tractus, quas pacificatio fecit promiſcuos; & quos calcare permittunt induciæ: ſed tantum tractus interdictos ac defenſos.* Mihi totus hicce verſiculus videtur eſſe مثل *allegorica figura*, ſecundum lineolas quas ſupra duxi.

قـــــــال

جعفر بن علبة الحارثي

أَلَهْفِي بِقُرَّيَّ سَحْبَلٍ حِينَ أَجْلَبَتْ
عَلَيْنَا ٱلْوَلَايَا وَٱلْعَدُوُّ ٱلْمُبَاسِلُ ۞

فَقَالُوا لَنَا ثِنْتَانِ لَا بُدَّ مِنْهُمَا
صُدُورُ رِمَاحٍ أُشْرِعَتْ أَوْ سَلَاسِلُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. اجلبت *tumultum cierent*: in præt. IV. a جلب *traxit*; & *tractim raſit*: unde גָּלַב *tonſor* in *Hebræo*. Sæpe, ut σύρειν, adfert *trahere* συρφετὸν, *turbam* & *tumultum concitare*: vel *ex omni parte cum tumultu confluere*. Eadem poteſtas in IV. obtinet. Legitur etiam احلبت *undique cum ſtrepitu confluxit*; ab حلب *mulſit, emulſit*: unde חָלָב *lac*, & חֵלֶב *adeps, ſuccoſa pinguitudo*, quæ *emulgetur*, dimanarunt. الولايا *turbæ muliebres*; in *plur. fr.* a وَلِيَّةٌ proprie بَرْذَعَةٌ & حِلْسٌ *quod ex panno coactili inſternitur jumento*, ut *mollius incumbant clitellæ*: atque *ipſæ clitellæ*: وهي هنا كناية عن النساء اى عن الضعفاء الذين لا غناء عندهم وشبهوا الرخو الخوار بالولية لانها رخوة منتفجة *Hæ autem num figuram ſuſtinent mulierum; vel & debilium, quibus nulla ſui defenſio: comparant autem mollem & flaccidum tali pulvillo clitellario; quoniam mollis eſt & turgidulus.* المباسل

DIXIT GIAFAR IBN OLBA HARITHIUS.

1 O vah! in *Korra Sehbal;* quum tumultum cierent
Super nos turbæ mulierum, hoſtisque ſimul ſtrenuus.

2 Dixeruntque illi, duplex fertur conditio inevitabilis;
Pectora haſtarum protenſa, aut catenæ.

NOTÆ.

المباسل *ſtrenuus*; eſt *part.* III. a باسل quod eſt, *circumivit hoſtem latus ejus captans.* Origo ad præcedens carmen indicata.

Vſ. 2. Notabilis forma ثنتان *duæ*; ex *Dialecto* pro vulgatiore اثنتان, omiſſo *eliph ſervili:* plane ad *Hebraicum* שנתים, unde שתים ſine ulla dubitatione contractum. Ita بنتان pro ابنتان *duæ filiæ*; monente *Tauriz.* effertur. *Duæ*, præciſim; pro, *duplex* vobis *conditio* offertur. صدور *pectora*, in *haſtis*, in *gladiis*, deſignant *anteriores partes a medio ad mucronem usque.* Audaciſſime *Harith Ibn Helza* in *Moallek.*

بايديهم رماح صدورهن الفضاء ۞

In manibus eorum haſtæ, quorum pectora mortes.

اشرعت *protenſa ſunt*; in *præt. paſſ.* IV. a شرع *tetendit, protendit longius.* Hinc ſentias, quid שרוע valeat *Lev.* XXI: 18. & XXII: 23. Inde omnes notiones apud Cl. *Golium* defluxere: ut *legem tulit* Deus; id eſt *tetendit*, & quidem ut eſſet شريعة *via tenſa, recta, regia.* Item *penetravit in*

فَقُلْنَا لَهُمْ تِلْكُمْ إِذًا بَعْدَ كَرَّةٍ
تُغَادِرُ صَرْعَى نَوْءُهَا مُتَخَاذِلُ ۞

وَلَمْ نَدْرِ إِنْ جِضْنَا مِنَ ٱلْمَوْتِ جِبْضَةً
كَمِ ٱلْعُمْرُ بَاقٍ وَٱلْمَدَى مُتَطَاوِلُ ۞

NOTÆ.

publicam viam: quasi *tetendit per viam regiam.* Iterum, *extulit in altum.* Nec non, *ingressus fuit in aquam* animal, quasi *protenso collo perrexit*: indeque, *ingressus fuit negotium*, &c. &c. Hinc reliqua clarescent.

Vs. 3. Rariusculum illud تلكم *hæc vestra*, *hæc vobis*, nempe ut a simplici *pronom.* تا *hæc*, conformatum تاك *hæc tibi*; & تلك *hæcce tibi* quasi تي لك: ita etiam cum adf. plur. admissum تلكم *hæcce vobis*; coalitum ex تي لكم. Reperio etiam in *Hamas.* تِبَكَ *hæc tibi* cujus *Dimin.* تُبَّكَ. Apud *Haririum* extat ذاكم *hic vobis*; & ذالكم *hicce vobis.* Minutula supellex, quæ *Grammaticæ* plenius instruendæ necessaria. *Hoc vobis*, abruptim quoque: nempe ut vel *pectora hastarum a nobis recipiatis*; *in prælioque occumbatis*; vel *ut in catenas compingamini.* تغادر *relinquat*, *destituat*; in *fut.* III. a غدر *fefellit*; item *retromansit* a grege. Sic *Esaj.* XL: 26. איש לא נעדר *nullus retro relictus*: & *Esaj.* LIX: 15. *fuitque veritas* נעדרת *retro relicta.* Figuram percipies ex غديرٌ *retro manens & a pastore derelicta* ovis. Sunt & alii usus apud *Hebræos*, & *Arabes*, ad quorum concordiam

Ori-

3 Nos vero: hoc vobis fuerit poſt colliſionem
Quæ relinquat ſtratos ad ſurgendum flaccidos.

4 Neſcimus nempe, ſi nunc mortem declinaverimus;
Quam diu manſura vita, & meta proroganda ſit.

NOTÆ.

Origo deſideratur. مُتَخَاذِل *Part.* VI. a خَذَلَ *flaccidus, debilisque fuit. Fruſtratus fuit.* In *ſexta ſpec. deſtituerunt ſe invicem mutua ope præ flacciditate;* quaſi *conflaccuerunt inter ſe.* نُهُوء *aſſurrectio*, actio verbi نَاءَ *ſurrexit cum labore; ſurgere anniſus eſt.* Item, *preſſit, depreſſit* onus, *ut ſurgi non poſſit. Concidit gravius onuſtus:* &, *cruda fuit* vel *ſemicocta* caro: præſertim *med. je.* Habes נָא *crudum;* & תְּנוּאָה *cruditas* animi exulcerati. הִנִּיא *crudum facere.* Habes item נָא particulam *hortandi; agedum*, quod ab *aſſurgendo* commode derivatur: vel potius a primaria virtute *vigoris tenſi*, quam huic Radici ſubjectam fuiſſe ſuſpicor. Eſt tamen, adhuc quidem, ſuſpicio; de qua ampliandum mihi ſumo. صُرْعَى *proſtrati;* a *ſing.* صَرِيع. Ea forma, ut omnia *pluralia fracta*, quæ difficillimam partem conſtituunt *ling. Arabicæ*, pro *ſtratis.* Ita *caritas* pro *caris;* & *neceſſitudo* pro *neceſſariis* &c. A *ſternendo* ſub צָרַע صَرَعَ, vel potius *gravius feriendo*, nomen invenit צָרוּעַ *lepra percuſſus;* apud *Arabes* etiam *epilepſia ictus.* In *Arabico* pro, *ad conſurgendum flaccidos*, ad verbum extat, *quorum aſſurrectio conflacceſcens.*

Vſ. 4. نَدْرِي *ſcimus*, per *apocopen* pro نَدْرِيبِ propter

ne-

إِذَا مِمَّا ابْتَدَرْنَا مَأْزِقًا فَرَجَتْ لَنَا
بِأَيْمَانِنَا بِيضٌ جَلَتْهَا الصَّيَاقِلُ ۞

NOTÆ.

negativam præcedentem *neutiquam*: *fut.* I. a دري *scivit*; notione *secundaria* a *discriminando* capillos: ut apud *Latinos* quoque *discriminare capillos* pectine, & *materias* judicio. جضنا in *præt.* I. a جاض *deflexit*, hic valet *declinaverimus* & *effugerimus*. At quum derivatum جُبَّض per contractionem ex جِبَضَّض, exponitur *incessus fastuosus*, est quasi *flexuosus*: nam *fastuosi* multum *sese flectunt in incessu*.

Vs. 5. مَأْزِق proprie *locus arctus*, ab ازق *coarctatus*, *pressusque fuit*. Hinc ad *prælii campum* opportuna transitio facta. *Harith. Ibn Hesscham*, de die prælii *Bedrensis*, in *Hamas.* nostro

شممت ريح الموت في المازق ۞
Olfactavi odorem mortis in campo prælii.

فرجت *præt.* I. a فرج *fidit*; *laxavit*; *discussit*; *detersit* anxietatem ac mœrorem. Usu proprio *Alcor. sur.* 77: 9. اذا السماء فرجت *quum cœlum dississum fuerit.* Improprio *Hariri Conf.* 33. يفرّج الهم الذي همه *dissindet curam, quæ eum tabefaciebat*: i. e. *discutiet, detergebit.* In *Hamas.* simillimum huic

وتركب الكره احيانا فيفرجه
عنا الحفاظ واسياف توانينا ۞
Nempe nonnunquam & molestum quid adigimur, sed findit illud
A nobis indignatio; ensesque nobis comites.

Vi-

5 Quum vero arctum in prælium rueremus, ſpatia laxarunt nobis
Micantes in dextris noſtris *gladii*, quos politores terſerant.

NOTÆ.

Vides proprietatem verbi a *findendo* ad *diſcuſſionem mali* transmiſſam obſervari. Idem & hic cernere eſt: in *arcta colliſione pugnæ fiſſa:* i. e. *laxata gladiis*, & *diſcuſſa.* بيض *plur. fr.* ab ابيض *albus*, *ex albedine micans.* ביץ; unde ביצה *ovum.* Item בוץ *byſſus*, a *candore.* Plena phraſis eſt سيوف بيض *gladii ex albedine micantes.* Creber uſus effecit, ut abſolute *micantes*, pro *gladiis* poni queant. Sæpe & *galeas* ſignat. صياقل *poliones*; eſt *plur. fr.* a صَيْقَلٌ *politor*; ex ſpecie *Pajhel* صقل *lævigavit*, *in nitorem perpolivit.* Venuſte Poëta in *Hamaſ.*

النفر البيض كانهم صفايح
يوم الرقاع اخلصها الصقل

Homines candidiſſimi, ac ſi forent laminæ
In die prælii; quas politura nitidavit.

In *Harir. Conſ.* 36. pulchre quoque ثم اخذ في تفسير صقل به الاذهان واستفرغ الاردن *Tum occæpit explicare ea, quibus ingenia expoliret, manicasque ſimul exhauriret*; i. e. *crumenas:* Aliter *Conſ.* 27. صقل الخاطر *cor nitide expolivit:* i. e. *hilaravit deterſa rubigine* mœroris. Non injucunda tranſlatione etiam venit, pro *dedolare* fuſte, *delumbare aliquem:* ut λειᾶν *lævigare* apud *Græcos.* Cernis unde צקלון *gluma*, *folliculus grani*, nomen traxerit. جلت 3. *fœm. præt. Kal* a جلي גלה *nitidavit, velo detracto fecit nitere, revelavit, & in claræ luce poſuit.*

لَهُمْ صَدْرُ سَبْغِي يَوْمَ بَطْحَاءِ سَخْبَلٍ
وَلِي مِنْهُ مَا ضَمَّنْتُ عَلَيْهِ الْأَنَامِلُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 6. Ad *verſ.* 2. Illuſtratum jam *pectus gladii.* Ejusdem *capulus* circumſcribitur per *id quod conſtringant inde arctius digiti.* ضمّ עמם *plectere, circumplecti. Conſtringere plexu quodam & nexu.* Apprime quadrat in *manum digitorum plexu firmiore ſtringentem.* Illuſtrabit ſatis nobilem ſenſum idem Poëta, cujus & hi verſus mox in *Hamaſa* ſubnexi

لَا يَكْشِفُ الْغَمَّاءَ إِلَّا ابْنُ حُرَّةٍ
يَرَى غَمَرَاتِ الْمَوْتِ ثُمَّ يَزُورُهَا ۞
فَقَاسَمَهُمْ أَسْبَافَنَا شَرَّ قِسْمَةٍ
فَغِبْنَا غَوَاشِيهَا وَفِيهِمْ صُدُورُهَا ۞

Non

6 Pro illis mucro gladii mei, die *vallis Sehbal;*

At pro me quod conſtrinxerant digiti. i. e. *Capulus.*

NOTÆ.

Non diſcutit molem mali nobiliſſimus quisque,
Qui cernit gurgites mortis, deinde viſitat illos.
Partiti fuimus illic gladios noſtros peſſima partitione,
In noſtra enim parte capuli, in illorum fuere mucrones.

Ubi *Tauriz.* enucleate غاشية السيف اولـه مما يليك وصدره الذي يضرب به اي فينا مقابضها وفيهم مضاربها

Tegumentum gladii, capulus tibi proximus; & pectus ejus, id quo feritur. Senſus hic. Noſtram portionem faciunt partes quæ manu retinentur; illorum autem, partes quibus vulnera infliguntur.

وقال ايضا

جعفر الحارثي

وهي ماسورة بمكة

هَوَايَ مَعَ ٱلرَّكْبِ ٱلْيَمَانِينَ مُصْعِدٌ
جَنِيبٌ وَجُثْمَانِي بِمَكَّةَ مُوثَقُ ۞

عَجِبْتُ لِمَسْرَاهَا وَأَنَّى تَخَلَّصَتْ
إِلَيَّ وَبَابُ ٱلسِّجْنِ دُونِي مُغْلَقُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Pulchre جنيب *qui a latere ducitur*, equus, camelus, παφόρος *jugalis*, hic transfertur ad *affectum*; qui *catervæ* proficiſcentium amicorum *ſe addit comitem*, iisque *a latere* velut *adhæreſcit*. ركب eſt רכב *vectura*. هوي *affectus vaſtior* הוה. In صعد *adſcendit*, נעד eſt *niſus ſcandendi*.

Vſ. 2. Fingit Poëta, illam *catervam*, quæ *Jemanam* petebat *camelis invecta*, ac ſpeciatim *amicam* cum iis *iter nocturnum ingreſſam*, ſe oculis ejus obtuliſſe, atque adeo in carcerem ad eum intraſſe. مسري *iter nocturnum*; itemque *imago* vel *ſpecies* ejus *de nocte oblata*; *phantaſia*: a سري *profectus eſt* noctu: *prominuit* proprie, ac *promicuit*. A *prominendo* eſt سري *princeps* שׂר pro שׂרה *prominens*, &

ge-

DIXIT QUOQUE GIAFAR HARITIUS, IN CARCEREM CONDITUS MECCÆ.

1 Affectus meus cum caterva *Jemanenſi* adſcendit.

Jugalis, quum corpus *Meccæ* ſit vinctum.

2 Adſtupui nocturnam ejus ſpeciem, quî clara acceſſerit
Ad me, quum janua carceris ſuper me clauſa foret.

NOTÆ.

generoſitate eminens: & اسرا vel اسري *excellentiſſimus* apud *Harir. Conſ.* 29. hoc ipſo uſu ſignatiore ſacri Codicis: الظهر الاحراري مولدا واسراهم سوددا *Nitidiſſimus candidorum nativitate, & excellentiſſimus principali dignitate.* A سري *plur. fr.* سراة *principes* paſſim ſonat. Ea forma proprie *ſubſtantiva* eſt *fœmin.* notans *excellentiam, eminentiam*, quam pro *viris excellentiſſimis*, & *eminentiſſimis* collective frequentare cœperunt; indeque *plur. fracti* vim induit. Exquiſite poſitum ſequens تخلصت *depurata eſt*, in *præt.* V. a خلص *purus, merus fuit*, חלץ. *Depurata eſt ad me*, valet hic, *clara ſpecie ad me acceſſit.* Nec omittenda notio, quam exerit خلص in II. *purum & ſincerum amorem præſtitit:* unde خلص *amicus ſincerus*; cum

أَلَمَّتْ فَحَبَّتْ ثُمَّ قَامَتْ فَوَدَّعَتْ

فَلَمَّا تَوَلَّتْ كَادَتِ ٱلنَّفْسُ تَزْهَقُ ۞

NOTÆ.

plur. fr. خلصان. Utrumque *ſubſtantivum* eſt, ſignans *ſinceritatem*; quod nunc *ſingulariter* venit, pro *amico ſinceriſſimo*; nunc *collective*, pro *amicis ſinceriſſimis*; atque tunc in *Grammatica* vocatur *plurale fractum*. Ita *neceſſitudo*, nunc *unum*, nunc *plures neceſſarios* amplectitur, pro ſerie. Particula دون *ſub*; dicitur *contrariam* quoque *vim* exerere *ſupra*. Scilicet videtur nonnunquam iſtam ideam excitare; ut hic: ſed videtur tantum: quum enim illud *infra* ſæpe valeat *citra*, inferatque notionem, qua quid concipitur *non attingere*, ſed *citra ſtare*, eleganter دوني *citra me* nunc valet, *inter me*, & *illam*, *janua* carceris *interſepiente*. Ita in formula, دون ذلك خرط القتاد *intercedit deſtrictio tragacanthæ*: i. e. *illud adſpirari nequit ſine ſumma moleſtia*. مغلق *part. paſſ.* IV. a غلق *clauſit*, peſſulo, obice, vecte. *Origo* ſita in *appangendo*, unde diverſæ *metonymiæ* ſubſumtæ, ut apud *Gol. num. 2. procul abiit & profectus fuit* per terram. غلق في الارض q. d. *appactus terræ obhæſit*. Et *num. 4. obſtrictum ceſſit creditori pignus*: i. e. *appactum fuit*. Gravi *metaph.* غلق رهنه *appactum hæſit pignus ejus*, apud *Harir.* eſt, *obiit*, *fato functus eſt*. Iterum *num. 5. Moleſtia animi, & tædio laboravit*: quaſi, *adhæſit appactus*. Denique *6. nimio onere ſauciatum fuit* dorſum, *intertrigine appactum* nempe. Hoc ad *arborem translatum 7.* ſuggeſſit *vermiculationem appactam*. Eadem potentia *primigenia* regnat ſub علق in alios *tropos* ſe diffundens. Ut *num. 1. 2. ſuſpenſus adhæſit. Impactus fuit.* ubi ite-

3 Appropinquavit illa ſalutavitque, ſurrexit dein valedixitque:
Quumque avertiſſet ſe, prope fuit anima ut exſpiraret.

NOTÆ

iterum variæ *metaphoræ*: inter quas *appacta fuit hirudo*, *quæ* hinc Salomoni עלוקה. At *num.* 3. *concepit*, *gravida fuit mulier.* Reſpicitur *appactio fœtus.* Poſtremo *num.* 4. *cœpit*, *inſtituit* facere: eſt, *appactus fuit* rei, *in eamque deditus.* Eadem *Origo* verbi דואיל apud *Hebr.* quin & ſub طفق quo reperies apud *Gol.* geminam *gloſſam.* 1. *Cœpit*, *inſtituit* facere, *quod continuare ad finem vellet:* 2. *Affixus fuit loco*, in eoque *aſſiduus.* Habes *appactum*, quod principe loco collocandum. Linguæ dignitas, conſtantia, ubertas, per hanc *originem* ſub *ſororiis Radicibus* refloreſcit.

Vſ. 3. A لَمَّ *prope fuit*, *acceſſit.* In IV. أَلَمَّ eſt *ſe admovit propius.* In حَبَّبَ *præt.* II. ab حيّ חי, viget illud ſolenne חי *vivat*, in *ſalutatione*, *fauſta comprecatione.* وَدَّعَ *valedixit*; proprie *commendavit* velut *depoſitum.* كاد *prope fuit*; *tantum non fecit.* Eſt *ſecundarium* thematis *med.* ى & ي; quod eſt *excuſſit ſcintillas* ex *igniario ſilice*, vel *ligno.* Cernas in derivato كبد *excuſſio ignis* apud *Golium*: inde *fraus*, *dolus*, *ſtratagema*, *bellum*: omnis *machinatio mali.* *Calamitas.* Hinc genuinam vim reddidi ἅπαξ λεγομένῳ כיד in *Jobo.* Ex hoc *fomite* ſignificationes omnes emicuere. 1 *Dolum ſtruxit*, quaſi *excuſſit ſcintillas.* 2. *concinnavit*, *tractavit* rem. *Metaphora in bonum* emiſſa. 3. كاد بنفسه *liberaliter ſe vitamque impendit*, eam velut *excutiens*, *cum niſu.* Alio flexu, *animam egit.* Honeſte 4. & 5.

in

فَلَا تَحْسِبِي أَنِّي تَخَشَّعْتُ بَعْدَكُمْ
لِشَيْءٍ وَلَا أَنِّي مِنَ الْمَوْتِ أَفْرَقُ ۞

NOTÆ.

In *menſtruo*, *vomituque*, *excuſſis*. Denique & *prope fuit*: quaſi *in niſu*, *in conatu vehementiore*: ut hic. Ita in *Diw. Hud.*

لَمْ أُفِقْ مِنَ الْوَجْدِ حَتَّى كَادَتِ النَّفْسُ تَخْرُجُ ۞

Non emerſi ex mœrore, ſic ut tantum non exierit anima. Clarius adhuc *Ibid.*

كِدْتُ بِالنَّفْسِ أَنْشِجُ ۞

Prope fui ut animam præfocatus ſingultarem.

Ad poſtremum زهق mira *gloſſarum* congeries. *Abivit*, *expiravit*, *periit*, *evanuit*. *Vanus & fruſtra fuit*. *Repletum fuit medulla* os. *Præteriit* ſcopum ſagitta. *Præceſſit*, *prævertit* equus. Hæc vertiginem offundunt iis, qui ex *Lexicis* uſum, geniumque, Linguæ aucupantur. Nocti caliginoſæ dies ſuccedet, & grata lux, ſi exhibuero originem *lubrici motus*: qui nobis **glippen**. Inde *abire*; de eo qui *celeri pede* aufertur, nec non *perire*, *evaneſcere*. Inde *exſpirare*, in *anima*. Inde *fruſtra eſſe*. *falli*, *fallere*: in *ſagitta*, *non ferire ſcopum*. At in *equo*, eſt *celeri curſu præverti*. Denique in *oſſe medulloſo* facile jam recognoſcis *pingue* illud *lubricum*, unde & زهوق dictus *præpinguis*, *obeſus*; quaſi dicas *lubricum* & *lævem præ obeſitate*. Reliqua jam ultro ſe dabunt. *Originem* quam promo cernas in hocce *Diw. Hud.*

تَهَادَى حَوَافِرُهَا جَنْدَلًا زَوَاهِقَ ۞

Jactant ungulæ earum ſilices lubricos.

Nec non in زواهق المعرا *lubrici ſilices ſoli glareoſi*: &

4 Ne tamen exiſtimes me obnoxium poſt vos fa-
ctum,

Ulli rei, neque me mortis metu infractum.

NOTÆ.

& الزواهق ردي *incuſſio ſilicum lubricorum.* Nihil horum extra fontes invenias: ſentias etiam quid diſtent æra lupinis ex loco *Alcoran. ſur.* 17: 83. *Dic; advenit* الحق *veritas ſculpta fixa;* وزهق الباطل ان الباطل *& lubricat vanitas; utique vanitas eſt lubriciſſimum quid.* Subſtitue *evaneſcit*, & *eſt vaniſſimum quid;* omne *pondus* ſententiæ in fumum abierit. Item *Surat.* 21: 18. *Imo vero feriemus vanitatem veritate, quæ cerebrum ei comminuet;* فاذا هو زاهق *& ecce illa* vanitas *lubrico lapſu corruet:* ſubde denuo *evaneſcet; male peribit;* rem habebis, non colorem lucidiſſimum, quo pingitur *vanitas contuſa ictibus veritatis, ſuo velut in ſanguine lubricans, lapſans, corruens.* Jucundiſſime & hic, *anima ferme expiraſſet;* imo vero, *lubricaſſet*, lubrico *impetu mihi elapſa fuiſſet.* Et nos noſtrum glippen eadem figuratione augemus.

Vſ. 4. Occurritur ſuſpicioni, quæ inceſſere potuiſſet, ac ſi *tædio carceris, aut metu mortis*, tantopere concuſſus fuiſſet. Nil, inquit, minus. *Nulli poſt vos*, vobis amiſſis, *humilem me feci, obnoxiumve*, تخشعت, in *præt.* V. a خشع *humilis fuit. Oculos vocemque demiſit. Dejectus & depreſſus fuit.* Docte *Tauriz.* الخشوع في البصر والصوت كالخضوع في البدن ويقال اختشع فلان اذا طاطا راسه رامقا ببصره الى الارض *Radix hæc venit in viſu voceque dejectis: ut cognata* خضع *in corpore toto. In* VIII *uſurpatur, quum quis dejecto capite viſum in terram defigit.* Grave etiam ver-

وَلَا أَنَّنِي نَفْسِي يَزْدَهِيهَا وَعِيدُهُمْ
وَلَا أَنَّنِي بِالْمَشْيِ فِي الْغَيْدِ أَخْرَقُ ۞

وَلَكِنْ عَرَّتْنِي مِنْ هَوَاكِ صَبَابَةٌ
كَمَا كُنْتُ أَلْقَى مِنْكِ إِذْ أَنَا مُطْلَقُ ۞

NOTÆ.

bum افرق *fut.* I. a פרק فرق *fregit ; divulſit ;* &c. *num.* 5. apud *Golium*, פָּרֵק فَرِقَ *intranſitiva* forma, *pavuit*, quaſi *fractus*, *infractus fuit.* Non incognitus quoque *Hebræis* uſus.

Vſ. 5. In idem animoſius adhuc inſtatur. يزدهي eſt *fut.* VIII. a زها *quaſſit* arborem ventus ; quod apud *Golium* in media turba aliarum ſignificationum, pro *primario* internoſci non poteſt. In VIII tantum exponitur, *levipendit* ; ſed hoc *ſecundarium*, a *quaſſit*, & tanquam *leve* ac *vile* *difflavit.* Hic valet *concuſſit*, ut apud Auctores paſſim. In *Diw. Hud.* انزدهي *paſſive* uſurpatum pro *curſu veloci concuſſus fuit.* Notetur quoque زها exponi *ſpiravit* ventus, *elevavit*, & *extulit rem* vapor. Habes *quaſſationem rei leviſſimæ*, quam vel *vapor in altum efferat.* Hinc ſubnatum in *paſſivo*, *ſuperbire*, *gloriabundum ferri*, & *efferri.* Quod autem alia *Gloſſa* declaretur, *nituit* oculis, *pulcraque viſa fuit* res ; per ſingularem tropum tantundem eſt ac *oculum feriit*, atque *ſpecie pulcra concuſſit* veluti. *Ocliferia* ſic *Latinis* olim dicta cenſebat ἀ πάνυ *Lipſius.* Hoc non diſcutio. Hinc ſubnatum illud, quod

5 Non ſane quod animam mihi concutiant eorum minaciæ;

Neque quod in catena ambulem impatientior.

6 Sed inceſſit me de amore tui effuſior impetus,
Quales de te experiebar; quum ſolutus exiſterem.

NOTÆ.

quod principem locum occupat in Lexico *Goliano*; *Flavere ac rubere cœpit* dactylus: & *fructum matureſcentem oſtendit* palma: quaſi dicas *feriit oculos grata ſpecie.* Apud *Latinos* quoque *oculos quatere*, eſt eos *ſpecie jucunda commovere.* Conſonant ſuaviſſime, quæ diſcrepare majorem in modum videbantur. Concordant item ſub زُهْوٌ *matureſcere incipientis dactyli color:* & ipſe *dactylus* talis. *Pulcritudo & elegantia vultus. Flos. Gloria:* item *ſuperbia. typhus. vanitas; mendacium:* quæ jam *harmonia* ſua omnium oculos ultro feriunt, ſecundum diverſos adſpectus, quos aperui in *jactatione.* Noviſſimum اخرق *compar. & ſuperlat.* infert, a خرق *laceravit.* Item *ſecundario* uſu, *aſperum & intractabilem ſe præbuit.* Inde خُرْقٌ eſt *aſperitas, durities* mentis: ſeu potius, Cl. *Gol.* notante, *inertia*, & remittente ad أَخْرَقُ *iners, qui nihil novit perficere.* Sed utrumque obtinuit ex gemino uſu verbi, quod dat *laceravit*, pro, *iners fuit*, *corrupit* opus: & pro *vehemens fuit*, *aſperitate ſua omnia dilacerans.* Ita heic loci a *Tauriz.* exponitur قليل الرفق *parum commodus, difficilis, intractabilis.*

Vſ. 6. Concluditur; *impatientiam* hanc, & *impotentiam*,

ex vehementiſſimo amore ortam fuiſſe. A עָרָה عـري *nudus fuit*, عـراء & عـراة *nudam aream* deſignant. Hinc ſubſumtum, *ſupervenit* & *acceſſit* velut *nudo* ac *patenti*. Specialius, de *febri*: unde *paſſive* عُـرِيَ *paroxysmo febrili, ejusve tremore correptus fuit*. Opportuniſſimum ergo illud عـرتـني *velut nudum invaſit me*, ſive ſimplicem teneas vim, ſive auctiorem illam ex *paroxysmo febrili*; quam hic captatam ſuſpicor. Sed quid ſuſpicari me dico, quod dubio vacat ex *carm. ſeq.* vſ. 2. صَبَابَةٌ *amoris deſiderium & ardor* apud *Golium*, a صبّ *amore percitus fuit*: proprie

قـــــال

ابـــو الـــعـــطـــا الـــســـنـــدي

ذَكَـرْتُـكِ وَٱلْـخَـطِّـيُّ يَـخْـطِـرُ بَـيْـنَـنَـا
وَقَـدْ نَـهِـلَـتْ مِـنَّـا ٱلْـمُـثَـقَّـفَـةُ ٱلـسُّـمْـرُ

NOTÆ.

Vſ. 1. זכר ذكـر *memor fuit*: a primario *acrem eſſe*. Unde & זכר *maſculus*. Ita *Gladius* ذى ذكـر *acie præditus*. Ad *memoriam* per inſignem *metonymiam* applicari cœpit, anſa deſumta ab *acrimonia*, & *recenti vigore*; & quidem ſpeciatim *odoris*. Recens *memoria viget*, *ſpirat*, *halat*. Contra *oblivione marceſcunt* ideæ, ſenſimque veluti *exſpirant* ac *delentur*. Frequentatur quoque ذكـر ut זכר pro *laudatione*, *fama*, *exiſtimatione*, *nobilitate*. In quibus item facile

ac

est *effusio*, *effusus impetus*; & quidem *per declive* صبب *aqua effusa*. صَبٌّ *effusa* aqua : itemque *amore percitus ac flagrans*. Ad proprietatem, *in amorem effusus quasi per declive*. مطلق est *part. pass.* IV. a طلق *laxavit*, & *laxatus fuit*. Inde omnes notiones pendent, ut: *largitus est: soluto & hilari vultu fuit. Temperatus & saluber fuit* dies. quasi *laxus* & *remissus*. Iterum *partus doloribus affecta fuit* mulier, id est *laxata* & *soluta*. Item *repudiata* fuit. Denique *longius abiit*, veluti *dimissus*. Ex eodem fonte טלק apud *Aramæos* est, *abjicere*, *projicere*; quasi *laxare*.

DIXIT

ABU'L ATAJUS ASSINDIUS.

1 Memor tui sum, quum hastæ inter nos intremant

Atque bibant e nobis directæ illæ fuscæ.

NOTÆ.

agnoscas *odorem fragrantissimum nominis*. Cum allusione ad hanc certissimam *Originem* in *Diw. Hud.* pulcre *Moattel*.

فَأُبْنَا لَنَا رِيحُ ٱلْكِلَاءِ وَذِكْرُهُ ۞

Et remeavimus cum aura victoriæ & acri ejus odore.

Eadem biga vocum occurrit *Hos.* XIV: 7. 8. ריח *aura ei ut Libano*: & זכרו & *odor* ejus *fragrans*, *sicut vini Libani*. Vides *fragrantiam odoris*, *proprie* & *improprie* sese exerere,

فَوَاللَّهِ مَا أَدْرِي وَإِنِّي لَصَادِقٌ
أَدَاءٌ عَرَانِي مِنْ حَبَابِكِ أَمْ سِحْرُ ۞

NOTÆ.

cum admirabili dignitate. Hinc plura ſagax obſervator deducet, ſuisque ſedibus reponet.

Ibid. خَطِّيٌّ *haſta.* Sic dicta vel ab *appellativo* خَطٌّ *linea*, ut a *recto tenore* nomen ſit ductum: vel a *proprio* nomine loci in *Jemama*, vel portu in *Bahrein*, unde *haſtæ* illæ ex *India* afferuntur. Non uſurpatur niſi in genere laudatiſſimo. يخطر *fut.* I. a خطر *vibravit:* uſu *tranſit.* & *intranſit:* vernacule **dyllen.** Inde jucunda phraſi خطر الدهر خطرانه *Fortuna ludum ſuum luſit:* ſive *ictum ſuum inflixit:* proprie *vibravit vibrationem ſuam.* Exponitur etiam خطر *incertam ſubivit aleam:* indeque, *periculo exitiove ſe expoſuit:* & alio flexu, *vendidit rem quam in poteſtate non haberet:* Ab *alea incerta* videlicet. Elegans quoque locutio خطر ببالي *ſubiit mentem meam res:* proprie *vibravit in corde:* qua anſa خاطر *part. præſ.* eſt *cogitatio cor movens:* & ipſum *cor*, cum *plur.* خواطر: unde plena phraſi *Ibn Doreid*, خواطر القلب *vibramina cordis.* Illud خاطر appoſitiſſime adhibitum in verſione *Arab. Gen.* VI: 5. & VIII: 12. pro יצר ad perpetuam *vibrationem cordis & cupiditatis* ſimul ſe extendens. Diverſo aſpectu خطر *med. damm.* valet *in dignitate, exiſtimatione, gratia fuit:* ubi jam *vibravit* eſt *emicuit & eminuit.* Etiam pro *ſuperbire* uſurpatur: vel a *vacillante greſſu*, & *vibratione manuum:* vel a *vibratione & jactatione caudæ.* Unde ſatyricum illud in *Hamaſa.*

3 Enimvero, per Deum! neſcio, & profecto verax ſum,
Num morbus me inceſſat ex amore tui, an faſcinum.

NOTÆ.

اتخطر للاشراف يا قرد حذيم
وهل يستعد القرد للخطران ۞
ابي قصر الاذناب ان تخطروا بها
ولوم القرد بكل مكان ۞

An vibras caudam ad gloriandum o ſimia Hidjamita?
Et num ſimia vibrandæ caudæ diſpoſita eſt?
Abnuit brevitas caudarum, ut eas convibretis;
Dedecusque ſimiæ omnibus notum eſt locis.

Eodem tendit & hoc in *Hamaſ.*

هم الجبل الاعلي اذا تناكرت
ملوك الرجال او تخاطرت البزل ۞

Illi cacumina ſumma ſunt, quum concertant de gloria
Reges virorum; aut caudas convibrant cameli.

Finem facio in uſu VIII ſpeciei ubi اختطر *mantile contortum vibrare infligendi ergo:* quod ludi genus eſt, inde خطبر appellatum. Nemo, credo, nunc ambiget, quin *Hebræum* חטר eandem *vibrandi* tenuerit potentiam, atque inde חטר *virgam* nomen inveniſſe.

Ibid. نهل *potavit;* proprie *bibit prima vice:* ut عل *ſecunda vice ſitim ſedavit.* Duo verba, quæ ad *gladios* & *haſtas* amant transferri, quum *multum ſanguinis fundunt*, atque *altiora vulnera infligunt.* Exempla pleno modio adducta *Tom.* I. *Orig.* atque Themata נהל ac עלל ſimul illuſtrata. المثغة eſt *part. paſſ.* II. a ثغف *rectam reddidit haſtam diſtortam:* quaſi *rigidavit.* Ab eadem *rigida penetrantia* reliquæ omnes notiones deſcendunt; quæ ultro

ſe

فَإِنْ كَانَ سِخْرًا فَٱعْذِرِينِي عَلَى ٱلْهَوَى
وَإِنْ كَانَ دَاءً غَبَرَهُ فَلَكِ ٱلْعُذْرُ ۞

NOTÆ.

se cuivis dabunt. *Hebr.* תקף hinc lumen fœnerari in *Comm.* ad *Job.* submonui. سمر *fuscæ*, hastæ; videlicet, *epitheto* pro *re* ipsa posito. Est *plur. fr.* ab اسمر *fusco colore præditus:* ut verbum سمر est *fuscus*, *olivaster*, *mastelino colore fuit.* Grandisone *Amru Ibn Keltum* in *Moallek.*

نُطَاعِنُ مَا تَرَاخَى ٱلصَّفُّ عَنَّا
وَنَضْرِبُ بِٱلسُّيُوفِ إِذَا غُشِينَا ۞
بِسُمْرٍ مِنَ ٱلْقَنَا ٱلْخَطِّيِّ لُدْنٍ
ذَوَابِلَ أَوْ بِبِيضٍ يَعْتَلِينَا ۞
نَشُقُّ بِهَا رُؤُوسَ ٱلْقَوْمِ شَقًّا
وَنَخْلِبُهَا ٱلرِّقَابَ فَتَخْتَلِينَا ۞

Con-

3 Quod ſi faſcinum ſit? excuſes me de amore;
Sin fuerit alius morbus; tum tu mihi excuſanda es.

NOTÆ.

Conſigimus in acie, ſic ut laxentur ordines,
Et verberamus gladiis, quum invadimur;
Fuſcis haſtarum Indicarum, lentis,
Flaccidis, micantibusque qui immineant enſibus.
His capita diffindimus populi quam certiſſime:
Iisdemque pabulum largimur colla, quibus paſcant ſe.

Ille *color fuſcus* gradum tenet *ſecundarium*; quemadmodum & reliquæ notiones, multum primo obtutu diverſæ: *noctu, veſperive, pecul. lucente luna, confabulatus eſt.* Idem *clavis confixus fuit:* ut in II. *clavis confixit, compegitque:* unde in *verſione Arabica Chryſoſth.* الصلاة تسمر الوصايا في انفسنا *precatio clavis figit præcepta in mentibus noſtris.* Reſpondet τῷ ἡλᾶν: ut ἦλος eſt مسمار מַסְמֵר & מַסְמֵר *clavus ferreus.* Videntur omnia pendere ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι, φείδεσθαι *horrere, horripilare.* Inde سَمَر *tenebræ* noctis: præſertim *luna ſubluſtri.* Hoc peperit mox *confabulationem vocturnam ſub luna.* Inde etiam *fuſcedo*, ſive *color fuſcus.* Sic ſuam in ſtirpem omnia coaleſcunt; atque *Tertulliani* verbo, coadoleſcunt.

قال

سعد بن ناشب المازني

مُأَغْسِلُ عَنِّي ٱلْعَارَ جَالِبًا
عَلَيَّ قَضَاءَ ٱللَّهِ مَا كَانَ جَالِبَا ۞
وَأَدْهَلُ عَنْ دَارِي وَأَجْعَلُ هَدْمَهَا
لِعِرْضِي مِنْ بَنِي ٱلْمَذِمَّةِ حَاجِبَا ۞
وَيَصْغُرُ فِي عَيْنِي تِلَادِي اِذَا ٱنْثَنَتْ
يَمِينِي بِإِدْرَاكِ ٱلَّذِي كُنْتُ طَالِبَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Quum *vindicem ſanguinis* ſe præſtitiſſet Noſter hicce, adverſus *Bilalitas;* hi domum ejus diruerunt. Hæc clavis verſiculorum. Sentitur confeſtim quid ſit, *maculam eluere gladio;* quamdiu enim *ſanguis propinqui vindicatus non eſſet*, turpiſſima nota inhærebat *vindici ſanguinis*, totique adeo familiæ, quin genti. جالبا *trahat licet*, mira *ſyntaxi*, in qua *Ellipſis* regnat, eſt enim *accuſat. partic.* qui *abſolute* id efficit, quod *ablativ. abſolutus* apud *Latinos*: *trahente ſuper me decreto numinis quicquid trahens ſit.* Obſervari velim in tranſitu anſam, qua ما *quicquid*, involvere cœpit *diriſſimos* & *fataliſſimos* caſuum. Sic haud dubie explipli-

DIXIT
SAAD IBN NASJIB MAZINIUS.

1 Sane eluam de me maculam gladio, *trahat licet*
Super me fatum numinis, quicquid traxerit.

2 Et obliviſcar meam domum; faciamque ut ejus ruina
Famam meam a reliquo vituperio interſepiat.

3 Nempe parvæ ſunt in oculo meo opes avitæ,
Dextra mihi mea ad talionem aſſequendam, quam perſequor.

NOTÆ.

plicandum illud *Prov.* IX: 13. בל ידעה מה *non curat quicquid: quod tandem cumque.* Similiter *Job.* XIII: 13. יעבר עלי מה *tranſeat ſuper me quod tandem cumque.* Subeſt *Apoſiopeſis.*

Vſ. 2. Gravis figura, infra quam ſidit verſio. Nempe حَاجِبٌ eſt *apparitor Aulicus*, *aulæo* principum *adſtitutus*; quaſi dicas *ſecluſorem.* Hac perſona pulcre conveſtit nunc *ruinas domus ſuæ*; quas ſibi attraxerit, quod *fidum* & *firmum vindicem ſanguinis* geſſiſſet. Hæ ergo *ruinæ famam*, & *ſplendidam exiſtimationem* viri generoſi, *ab acceſſu* vituperii omnis in perpetuum nunc defenſare dicuntur: quin *Appari-*

فَـــانْ تَـهْـدُمُـوا بِـالْـغَـدْرِ دَارِي فَـانَّـهَـا
تُـرَاثُ كَـرِيـمٍ لَا يُـبَـالِـي الْـعَـوَاقِـبَـا ۞

أَخِـي غَـمَـرَاتٍ لَا يُـرِيـدُ عَـمَـي الَّـذِي
يَـهُـمُّ بِـهِ مِـنْ مُـعْـظِـعِ الْأَمْـرِ صَـاحِـبَـا ۞

اِذَا هَـمَّ لَا تُـرْدَعْ عَـزِيـمَـةُ هَـمِّـهِ
وَكَـمْ يَـأْتِ مَـا يَـأْتِـي مِـنَ الْأَمْـرِ هَـائِـبَـا ۞

NOTÆ.

toris obtinere *munus*, in nova *gloriæ intaminatæ* domo, quam ſibi veluti exſtruxerat.

Vſ. 4. Ut verſu præced. oſtendit ſe *divitias, opesque vetuſtas*, longe poſtponere *gloriæ*, quæ ex *fortibus factis* & depulſione ignominiæ redundat; ita nunc inſinuat, ſe *domo diruta*, ac *ſolo æquata*, nihil tamen *hereditatis avitæ* perdidiſſe; quum *gloriam domus ſuæ integram illibatamque* conſervet. Enimvero, inquit, *perfide dirutum iviſtis meam domum*; nec tamen *hereditatem gloriæ domus illius diruere* valuiſtis: *quippe quæ ſupra fortunæ caſus ſit evecta.* هدم *diruit, evertit, deſtruxit*; proprie *complanavit, æquavit ſolo.* Vides natalia הדום *ſcabelli pedum.* تراث *hereditas*; ad ירש ורث pertinet: ut *vſ.* 3. تـلاد *vernacula, domi nata, & inveterata opulentia*, ad ילד ولـد. De his latius in *clavi Dialect.* يـبـالـي *curat*; in *fut.* III. a בלה بـلـي *trivit* & *tritus fuit.* Inde ſub iſta ſpecie invaluit, *attrivit ſe cura, ſolicitu-*

di-

4 Quod ſi dirueritis perfidia domum meam, at illa

Hereditas generoſi, haud curantis vices rerum:

5 Fratris gurgitum; qui haud poſcat in iis

Quæ ſuſcipit de arduis negotiorum, ſocium.

6 Quum curandum quid ſuſcepit, non retunditur acies curæ ejus,
Neque aggreditur, quicquid aggreditur rei, timidus.

NOTÆ.

dine. عواقب *Vices rerum*; eſt *plur. fr.* a عاقبة *finis & exitus rei:* عقب עקב *pone venit. ſucceſſit; calcem tenuit.*

Vſ. 5. Formula ſolemnis, *Frater gurgitum*; pro *gurgitibus* periculorum *ſe immergere ſuetus.* q. d. cui *pericula* veluti *familiaria, domeſtica, cognata.* Adi *Comm.* ad *Job.* itemque ad *Prov.* ubi plura. بهم *Suſcipit curare; cura ſollicita verſat in animo:* ab همم המם *tabeſcere, intabeſcere rei:* itemque *tabefacere.* Illuſtratum *Tom.* I. *Origin.* Inde مُهِم *Part.* IV. abſolute frequentatur pro *gravi*, & *arduo negotio:* quod *cura maceret*, ac *tabefaciat.* مفظع *part.* IV. *gravis & horrenda res:* q. d. *onere frangens, faucians.* Thema فظع *Grave & inviſum fuit* negotium; ab *infringendo & elidendo:* quod & فضع ac فصع. Convenit פצע *fauciavit. vulneravit. infregit.*

فَبَيْنَا لِزَامٍ رَشَّحُوا بِي مُقَدَّمًا
إِلَى ٱلْمَوْتِ خَوَّاضًا إِلَيْهِ ٱلْكَتَائِبَا ۞

إِذَا هَمَّ أَلْقَى بَيْنَ عَيْنَيْهِ عَزْمَهُ
وَنَكَّبَ عَنْ ذِكْرِ ٱلْعَوَاقِبِ جَانِبَا ۞

وَلَمْ يَسْتَشِرْ فِي أَمْرِهِ غَيْرَ نَفْسِهِ
وَلَمْ يَرْضَ إِلَّا قَائِمَ ٱلسَّيْفِ صَاحِبَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 7. رشحوا *imbuite: fovete; educate.* eſt *imper.* II. a رشح *maduit, ſudavit.* Inde لا يرشح له بشي *non madeſcit, non ſudat ei vel re minima*; i. e. *ne guttulam quidem elargitur.* In II. apud *Golium* reperias, *bene adminiſtravit opes:* &, *exigua paulatim quantitate propinata ſuctioni aſſuefecit* pullum mater: nec non, *educavit formavitque a teneris* aliquam rem. Hæc ita concilies. رشح المال *madeſcere fecit opes:* ſcil. *non exaruerunt ſub manu ejus*, ſed *lætius efflоruerunt.* Item, *madeſcere fecit* pullum mater: *imbuit palatum ſucco titillante.* Hinc ſubſumtum, *educavit formavitque a teneris*, plane ut *imbuere:* unde *Tacit: honeſtis ſermonibus aures imperatoris imbuere*; Item: *imbuere animum* diſciplinis &c. Eadem figura. مترشح للسلطنة *imbutus principatui:* apud *Harir.* مترشح للرعاية

7 At vos *Razamidæ* imbuite in me anteceſſorem
Ad mortem, qui ſe immergat ad eam medias in legiones.

8 Quum hoc agit, ſcopum inter oculos ſibi defigit;
Atque a fatalium cogitatione latus avertit.

9 Neque conſulit in negotio ſuo quemquam niſi ſemet,
Neque acquieſcit ulli, niſi capulo gladii, ſocio.

NOTÆ.

للرعاية *imbutus præfecturæ* ſive *paſturæ populorum.*

Vſ. 8. اذا هم *quum hoc agit. Quum aliquid curandum ſuſcepit:* ut ſupra: القي عزمه *conjicit firmum propoſitum ſuum inter oculos.* Hunc *unitum* ſibi *ſcopum præfigit.* عزم *applicuit* animum. *operam dedit. propoſitum habuit.* Item *adjuravit:* nec non *incantavit:* omnia ab *adſtringendo:* unde عزيمة *vſ.* 6. erat *applicita* & *adſtricta acies* mentis. Alias *incantamentum; amuletum* deſignat: *quo quid adſtringitur.*

Vſ. 9. يستشر *conſulit.* Eſt *fut.* X. per *Apocopen*, pro يستشير propter part. *negandi*, cum vehementia; *minime conſuluerit.* Radix شار *eliquavit* mel. Inde in X. *conſilium petiit;* metaph. a *melle* perilluſtri.

Ce-

قـــــال

تـــــابـــــط شـــــرا

اِذَا ٱلْمَرْءُ لَمْ يَحْتَلْ وَقَدْ جَدَّ جِدُّهُ
أَضَاعَ وَفَاسِي أَمْرِهِ وَهْوَ مُدْبِرُ

NOTÆ.

Celebratiſſimus inter *Arabes* Poëta hicce, manu & ore juxta promtus. Ejus verum nomen ثابت بن جابر بن سفيان *Thabith Giabiri F. Sophiani, Phahmita.* Ei cognomentum inditum *Taabbata Sjerran*, id eſt, *ſub axilla geſtat malum*; لانه ذات يوم اخذ سكينا تحت ابطه وخرج فقبل لامه اين هو فقالت لا ادري تابط شرا *quod quodam die cultro ſub axillam condito exierit: atque interrogata mater, quorſum? reſponderit, neſcio ſane: malum ſub axillam condidit* Occaſio horum verſuum ſic enarratur a *Taurizio* ان تابط شرا كان يشتار عسلا من جبل ليس له غير طريق فاخذ عليه لحيان ذلك الموضع وخبروه النزول علي حكمهم او القاء نفسه عن الموضع الذي ظنوا انه لا يسلم منه فصب العسل الذي كان معه علي الصفا ثم عمد الي الزق فشده علي صدره ثم لم يزل يزلق حتي جاء سليما الي اسفل الجبل وبين موضعه الذي وقع

DIXIT TAABBATA SJERRAN.

1 Si vir verſutum non agat, quum ſerium quid ingruit;
Male perit, & intractabile tractat, terga usque verſurum.

NOTÆ.

وقع فية وبينهم مسيرة ثلاثة ايام

Solebat Taabbeta Sjerran mel colligere e monte cui nil niſi unus trames. Illum ei locum occluſere Lihjanitæ: atque optionem ei fecere, vel dedendi ſe arbitrio eorum, vel abjiciendi ſeſe inde, unde non putabant eum ſalvum poſſe abire. Ibi tum ille mel, quod ſecum habebat, ſuper petram effudit: atque utrem cepit, eumque pectori ſuo circumligavit: non ceſſavitque lubricare, usque dum ſalvus perveniret ad imum montis. Inter locum autem in quem delapſus fuit, & inter illos, interſtitium erat trium dierum. Merebatur ſane talis caſus, pro more gentis, verſiculis hiſce nobilitari; atque in notitiam & admirationem ſeculorum dimitti.

Vſ. 1. يحتل *verſutum agit.* Eſt 3. *fut.* VIII. ab حال חול στρέφειν, *vertere, verti; torqueri: verſare & verſari.* Inde omnes notiones verbi potentiſſimi, & magnis canalibus longe lateque diffuſi, manarunt. Apud *Golium* 1. *præteriit* annus. *vertit.* 2. *annum vertentem* extitit. 3. *interceſſit* quid inter duo vel *diſtinuit;* quaſi *avertit.* 4. *vafer fuit. technas ſtruxit.* a *verſando ſeſe*, & *verſutia.* 5. *vi polluit. potens fuit validusque;* quaſi *verſatus in rebus.* 5. *mota fuit & vacillavit res: verſa & verſatilis.* 6. *verſus mutatusque fuit. migravit de loco in locum.* &c. &c. Reliqui numeri facile hinc

deducentur. *Undecimus* in *arcu diſtento* ex *Gjeuhar.* excerpi meretur, quod *proverbium vetus* inde lucem ſit fœneraturum: حالت القوس واستحالت اي انقلبت عن حالها التي غمز عليها وحصل في قابها اعوجاج قال ابو ذويب

وحالت كحول القوس طلت وعطلت
ثلاثا واعبي عجسها وظهارها

يقول تغيرت هذه المراة كالقوس التي اصابها الطل فندیت ونزع عنها الوتر فزاغ عجسها واعوج *In arcu* I. & X. *ſpec. adhibetur pro inverti ab æquabili extenſione, ſuper quam ſignatus eſt, incidente in dimenſionem diſtorſione. Hinc Abu Dſowaib.*

Inverſa eſt, ut invertitur arcus, qui madeſcit, laxaturque;
Jam triennium, fatiſcente manubrio ac dorſo.

Hoc dicit: immutatam eſſe mulierem illam inſtar arcus, qui rore commaduit, nervo ejus relaxato; & manubrio ejus deflexo ac diſtorta. Vides quid ſit in *proverbiali* dicto *Pſ.* LXXVIII: 57. קשת רמיה *arcus doloſe relaxatus, atque inverſus:* ſed redeatur in viam. Cum 4. *ſignif.* conſpirat VIII. ſpecies احتال *ſtrophas verſare*, cujus *infinit.* احتبال omnem *machinationem, bonam, malam* complectitur. Etiam *med.* ي חיל حَيْلٌ eſt, *virtus, vis, ſtrenuitas agendi;* δύναμις *ad omnia ſeſe verſans, inque omnibus verſatiſſima,* حبلة *machinatio, techna, ſtropha:* أَحْبَلُ *verſutior, ſagacior; verſatiſſimus in omnibus.* Quantum hinc luminis accedere queat ad themata חול & חיל, eorumque diverſiſſimos uſus, alibi exequar. Nunc fontes aperuiſſe, & limpidiores reddidiſſe, ſatis fuerit.

Ibid.

Ibid. Venuſta phraſis جد جده *ſeria & ſevera res ejus agitur:* quum quid *periculoſæ plenum aleæ* ingruit. Non comparet in *Lexico.* In *Hamaſ.* noſtro *Ogjail Seloulius.*

اذا جد عند الجد ارضاك جده
وذق باطل ان شبت الهاك باطله ۞

Quum ſerius eſt ad ſeria, placeat tibi ſerium ejus:
Et jocari ſi lubeat, oblectet te jocus ejus.

Radix جد גדד in origine *ſecuit, inſecuit.* Hæc *num.* 4. 5. demum apud *Gol.* proſtat. Hinc جد *acies ſecans*, proprie, indeque *ſtudium, labor, ſedulitas, ſeria & ſevera intentio nervorum:* unde in *Gol. num.* 2. *diligentia & ſtudio uſus fuit, nervos intendit:* quod eſt جد في الامر *ſecante vi egit aliquid.* Alio adſpectu جد الامر *ſecat res*, quæ *ſevera & gravis incumbit*, atque *negotium faceſſit:* & جد *moleſtia ſecans.* Ea vis hic obtinet. Quod autem exponatur quoque *magnus fuit dignitate, divitiis, &* αὐτάρκης; nil aliud quam *ſecante acie polluit.* At جديد *novus*, in *veſte*, ac *tela*, eſt quaſi *reſectus modo pannus*, oppoſitus *trito.* Unde phraſis ثياب جدد *veſtes recens reſectæ a textore.* Hæc conſtantiam Linguæ, ac concordiam cum גדד ſatis ſanciunt.

Ibid. اضاع *præt.* IV. a ضاع *periit*; unde exiſtit *perire fecit: dilapidavit:* ut in *Alcoran:* الله لا يضيع اجر المؤمنين *Deus non facit perire mercedem credentium.* Sed hic *abſolute* ponitur, valetque *ſemet*, vel *rem ſuam dilapidat:* ſive ut *Tauriz.* malebat وجد امره ضايعا *invenit rem ſuam male pereuntem.* قاسي *præt.* III. a קשה قسي *durus fuit*, notat *obduravit ſe:* itemque *rem duram tractavit*, مدبر *part. act.* IV. vel eſt *retrocedens* ipſe; vel, quod malim, *retrocedens & tergum*

وَلَٰكِنْ أَخُو ٱلْعَزْمِ ٱلَّذِي لَبِّسَ نَازِلًا
بِهِ ٱلْخَطْبَ إِلَّا وَهْوَ لِلْقَصْدِ مُبْصِرُ ۞

فَذَاكَ قَرِيعُ ٱلدَّهْرِ مَا عَاشَ حُوَّلٌ
إِذَا سُدَّ مِنْهُ مَنْخِرٌ جَاشَ مَنْخِرُ ۞

NOTÆ.

vertens negotium: quod *in pejus* identidem *retro ſublabatur.*

Vſ. 2. اخو العزم *Frater firmæ ſubſtrictionis*: i. e. *firmi propoſiti.* Notiſſimus jam *arabismus.* للقصد مبصر conciſe & nervoſe dictum. قصد eſt *directa intentio*, vel *petitio necem minantis.* مبصر *part.* IV. eſt *acie perſecans*, quaſi a בצר بصر *ſecuit*; unde *ſecante acie penetravit* ſubſumtum *metonymice.* In IV. ابصر *ſecare fecit*, eſt *rectam & penetrantem aciem tetendit.* Eam eſſe amplitudinem phraſeos, quam expreſſi, diſcas ex ſimillimo hocce *Rabiæ* in *Hamaſ.*

وَأَلَدَّ ذِي حَنَقٍ عَلَيَّ كَأَنَّمَا
تَغْلِي عَدَاوَةُ صَدْرِهِ فِي مِرْجَلِ ۞

أَوْخَبَّتُهُ عَنِّي فَأَبْصِرَ قَصْدَهُ
وَكَوَيْتُهُ فَوْقَ ٱلنَّوَاظِرِ مِنْ عَلِ ۞

Sæ-

2 At pectore ſubſtrictus is, in quem nil deſcenderit
Negotii, quin rectam in directam aciem tetenderit.
3 Atque is quidem ſeculi Heros, quoad vixerit, verſutiſſimus;
Cujus altera nare obſtructa, altera mox rebulliat.

NOTÆ.

Sæpe adverſarium plenum iræ adverſus me, haud ſecus
Atque ſi odium pectoris ejus in aheno bulliret;
Repulſavi eum a me, & rectam in directum ejus ictum aciem tetendi:
Et cauterio eum inuſſi ſupra oculos deſuper.

Vſ. 3. Magna figura قريع الدهر *Heros ſeculi*; de qua *Philologi Arabum* non idem ſciſcunt. *Tauriz.*
قريع الدهر يحتمل وجهين يجوز
ان يكون في معني مختار الدهر
من قرعته اي اخترته بقرعتي ويجوز
ان يكون من قرعه الدهر بنوايبه
حتي جرب وتبصر وهذين الوجهين
فعيل بمعني مفعول ولا يمتنع
ان يكون المراد فحل الدهر ويكون
في هذا الوجه فعيل بمعني فاعل
لان الفحل يقرع الناقة وما تقدم
احسن *Phraſis recipit duas facies. Licet exponas, Electus ſeculi, a ſignif. eligendi in ſortem, quæ eſt in Radice. Licet etiam a ſignif. pulſavit eum fortuna adverſis, ut expertus &*

providus redderetur. Utroque adſpectu erit פעיל *pro* מבעול. *Nec abhorret ut intendatur admiſſarius Camelus ſeculi; quo adſpectu* פעיל *pro* פעל *part. præſ. erit poſitum: nam admiſſarius pulſat femellam. Priora, pulchrius habent.* Ita quidem princeps ille *Criticus.* Mihi poſterius unice verum: nam فحل *admiſſarius* pro *principe* genio *Arabiæ* congruentiſſimum. In *Camuſo* ſpeciatim فحول الشعراء *admiſſarii Poëtarum* vocati dicuntur الغالبون في الهجاء من هاجاهم وكذلك من اذا عارض شاعرا افضل عليه *Victores in carmine ſatyrico, itemque in reliqua Poëſi, quicumque ſupra adverſarium excellit.* Eadem figuratione فحول العلماء *admiſſarios eruditorum* appellat *Algazal.* qui *fœcundi robore ingenii reliquis præcellant.* Etiam فحول الحرب *admiſſarii belli* pro *ſtrenuiſſimis bellatoribus* veniunt. Non erat ergo cur ab *admiſſario ſeculi* reſiliret *Tauriz.* cujus nunc judicio longe prætulerim *Teblebium* ad *Conſ. 6. Harir.* القريع من الابل المختار للفحلة وهو قريع دهره اي واحده *Ita vocatur quod electus ſit ad admiſſuram, indeque admiſſarius ſeculi ſui, eſt ejusdem unicus Heros.*

Ibid. حُوَّلٌ *verſutiſſimus.* Eſt derivatum ſpeciei II. verbi حال *vertit:* de quo *vſ.* 2. Unde حوّل *multum vertit, verſavit; verſatilem ſe fecit.* Ex ejus *paſſivo* deſcendit forma noſtra, ut *verſutus* quoque ex *paſſivo* oriundum. Dextre comicus.

Verſutior es quam rota figularis.

Luſus ex ancipiti. Junctim dici amat حُوَّلٌ قُلَّبٌ *verſutus verſatilis:* qui & *verſipellis.*

Ibid Figuratus ſermo, cujus partem tantum pandit *Tauriz.* قوله اذا سد منخر مثل للمكروب المضيق

المضيق عليه واصل المنخر في الانف
من الذخير وهو مد النفس ونخرتا
الانف خرقاه يقول لافتنانه في السحيل
لا يوخذ عليه الطريق الا ونفذ في اخر

Quod dicit; quum obſtruitur naris, allegoria eſt in eum qui mœrore opprimitur & coarctatur. Eſt autem מנחר *foramen naſi, ita dictum a* נהיר, *intenſione flatus, ſive roncho;* נחרתא אלאנף *ronchiſſationes ambæ naſi, ſunt duo ejus foramina. Vult dicere; propter divergia ſtropharum ſuarum, non poſſe ſibi obſtrui viam, quin ex alia evadat.* Hoc certiſſime intenditur: ſed eximius commentator anſam *allegoriæ* non tenuit, utique non palpandam præbuit; quia non tenuerat ejus fundamentum in *Camelo admiſſario.* Eo quidem nihil ferocius. Huic ſi, ad ferociam comprimendam, *obſtruatur foramen unum naſi ronchiſſantis, mox alterum eo vehementius effervescit & rebullit.* Sentis, quorſum collineet *Taabbeta Sjerran.* Comparaverat ſe *admiſſario ferociſſimo.* Huic *unum foramen narium* veluti *obſtructum fuerat*, quum *montis clementior via* ipſi eſſet *præcluſa* ab hoſtibus. At mox *vehementius rebulliit alterum*, quum *viam* ſibi *inviam aperuit:* atque *abruptiſſima petrarum ſibi quaſi ſubſtravit.* Anſa *allegoriæ* porrecta per *Metaphoram*; qua انف *naſus*, itemque منخر *foramen naſi*; & مخرم *fiſſura naſi*; *prominentias montium*, & *extremitates*, figurant. Optime *Tauriz.* alio in loco, quod hic opportune locaſſet قد سموا منقطع انف الجبل مخرم تشبيها بالانف الاخرم وقال قوم المخرم طريق في الجبل

appellitarunt præruptum naſi montis, ejus narem fiſſam, ſimilitudine ſumta ab eo cui narium diffiſſus imbrex; ſunt etiam qui dicant, fiſſuram naris notare quamcumque in monte viam. Eſt etiam ubi *obſtruere nares ronchiſſantes* ſimplicius

أَقُولُ لِلْحَبَّانِ وَقَدْ صَغِرَتْ لَهُمْ
وِطَابِي وَيَوْمِي ضَيِّقٌ ٱلْجَحْرِ مُعْوِرُ ۞

NOTÆ.

cius veniat, pro alicujus *ferocis ſpiritus retundere*, ac *domare*: in *Diw. Hud.*

وَإِنْ تَبْدُ تَجْدَعْ مَنْخِرَيْكَ بِمُدْيَةٍ
مُشَرْشِرَةٍ حَرَّي رَهِيبٌ حُسَامُهَا ۞

Quod ſi prodieris, mutilabere nares cultro
Minutim truncante, fervido, cui mucro acutiſſimus.

Vſ. 4. Nova allegoria; de qua ita *Tauriz.* قوله قد صغرت لهم وطابي يحتمل وجوها يجوز ان يكون المعني قد خلا قلبي من ودهم ويجوز اشرفت نفسي علي الهلاك ويكون هذا من قوله ۞
ولو ادركناه صفر الوطاب ۞
ويجوز ان يريد بالوطاب جسمه اي كاد تفارقه الروح ويجوز ان يكون الاشارة الي ظروف العسل التي صبها

Quod ait, vacuatus erat illis uter meus, admittit diverſas facies. Fieri poteſt ut ſit ſenſus; quum jam cor meum vacuum eſſet amore illorum. Poteſt etiam ut ſit, quum jam anima mea exitio proxima foret, ut in illo:

Quod ſi aſſequamur eum, evacuabitur uter.

Poteſt item, ut intendat per utrem corpus; q. d. ferme receſſe-

rat

4 Dixi *Lihjanitis;* vacuato jam illis utre meo:

Quumque dies meus anguſtus latibuli, nudum latus præbens.

NOTÆ.

rat inde ſpiritus. Poteſt denique, ut innuantur loculi mellis, quos effuderat. Prius frigidum & ineptum: poſterius ſimpliciſſimum videri poſſet ex hiſtoria præmiſſa. Quæ in medio poſita, parum aut nihil differunt: atque apprime quadrant: *me autumabant illi exitio proximum, & mox animam evacuaturum e corpore.* Hic collineat *Camus* صغرت وطابه اي مات او قتل *evacuatus eſt uter ejus, mortuus eſt, vel occiſus eſt.* Uſurpatur nempe vel de *propria morte*, vel de *violenta.* Poſterius obtinet in verſu *Amrolkiſi*, ejus enim eſt, quem laudavit *Tauriz.* Is adſpectus hinc abeſſe nequit: & tamen *uter mellis* nimis magnam habet partem hac in re, quam ut ex oculis queat dimitti. Nodum ſic ſolvi poſſe, cenſeo. Decreverat jam noſter, obſtructa ſibi via, quid facturus eſſet: eumque in finem *utrem mellis evacuarat in rupem.* Eo viſo exclamaſſe videntur *Lihjanitæ*, viri *utrem eſſe vacuatum;* hoc eſt, *nil reliquum ei, quam ut peſſima nece interiret.* Hunc duplicem conſpectum *utris vacuati* venuſte complexus Poëta, hoſtibus triumphum jam canentibus inſultat; atque vaniſſima iſta gaudia deludit. Signanter hunc in ſenſum. *Dicebam Lihjanitis* &c. nempe *ferociam* eorum *retundens.*

Ibid. Succinit interpretationi huic, quod adjungatur: *& dies meus arctus latibuli.* جحر *foramen; caverna;* a جحر *profundius in cavum fidere.* معور *part.* IV. a عار *cæcus fuit:* unde اعار *apertum præbuit latus, & petendi copiam fecit*, præda. Iſtud *apertum* & ſimul *cæcum latus*, appellatur عور. Hæc alia occaſione latius. Nunc

هُمَا خُطَّتَا إِمَّا إِسَارٌ وَمِنَّةٌ
وَإِمَّا دَمٌ وَٱلْقَتْلُ بِٱلْحُرِّ أَجْدَرُ ۞

وَأُخْرَى أُصَادِي ٱلنَّفْسَ عَنْهَا وَإِنَّهَا
لَمَوْرِدُ حَزْمٍ إِنْ فَعَلْتُ وَمَصْدَرُ ۞

فَرَشْتُ لَهَا صَدْرِي فَزَلَّ عَنِ ٱلصَّفَا
بِهِ جُؤْجُؤٌ عَبْلٌ وَمَتْنٌ مُعَصَّرُ ۞

NOTÆ.

desino in observatione utili, moris esse apud Poëtas, ut *diei* attribuant, quod *homini* competit. Ita يوم مرصد *dies insidians*; in *Hamas.* & يوم من اللهو هاضب *dies præ lusione streperus*: in *Diw. Hud.* quod genus infinitum.

Vs. 5. Hæc semet jam explanant. خطة *linea* sæpe *conditionem præscriptam* affert. خطتا sine *regimine*, pro خطتان, in *duali*; ob versum. منّة *exprobratio beneficii*; a من *secuit.* Ait *duas* tantum *conditiones* sibi *ferri* ab hostibus, vel *captivitatem* cum *exprobratione beneficii in ignaviorem*: vel *sanguinem* i. e. *cædem*, *ni se dediderit.* Illudit eorum improbæ spei, atque adeo *insultantibus* vicissim *insultat.* Huc tendit nobile illud: *At cædes ingenuo congruentior.* اجدر *compar.* a جدر *dignus, conveniens fuit.* Ejus *part:* جدير *dignus, aptus*: item, *locus muro cinctus*: se-

5 Duæ conditiones: aut captivitas & opprobrium:

Aut ſanguis. Et cædes ingenuo congruentior.

6 Sed aliud eſt, de qua animam blande alloquor,

Animoſiſſimum ſuſcipienti, ſi fecero, & exequenti.

7 Expandi ad illud pectus meum, & lubricavit de petra nitida
Thorax torto robore, & lumbus gracilitate conſtrictus.

NOTÆ.

ſeptum גדר. Hæc per *originem* facile coaleſcunt.

Vſ. 6. Eluſis Hoſtium conditionibus, tertiam promit, quam ſibi dixerat; ut ſemet nempe de *averſa rupe lubricante lapſu demitteret, ſuper pectore.* De hoc audaciſſimo facinore ſcite ait ſe *animam* ſuam *blande compellaſſe.* Hoc valet اصادي I. *fut.* III. a صدي *incantavit, delenivit.* Ejus صادي exponitur inter alia داجي *blanditiis circumvenit:* innuit ſe *arduum* hocce *molimen* a ſua ipſius anima velut *eblanditum* eſſe; eamque tanquam *potenti* quodam *faſcino* Heroismi *circumveniſſe.* Vocabula مورد *deſcenſus in* aquatorium; & مصدر *adſcenſus ex eo* ſibi recinunt. Prius frequentatur in *ſuſcipiendis ineundisque gravioribus periculis:* poſterius in *iisdem exequendis & evincendis.* حزم *ſubſtrictio pectoris; & firmum animoſumque propoſitum:* ab حزم *cingulo ſubſtrinxit.*

Vſ. 7. Animoſe enunciatum, *expandi ad illud pectus meum.* Duplex potentia, *propria & impropria.* Nempe *expandere pe-*

فَخَالَطَ سَهْلَ ٱلْأَرْضِ لَمْ يَكْدَحِ ٱلصَّفَا
بِهِ كَدْحَةً وَٱلْمَوْتُ خَزْيَانُ يَنْظُرُ ۞

NOTÆ.

ctus ad *magna auſa*, eſt, *ea magnanimiter aggredi:* ut *contrahere pectus*, eſt *ea refugere* ac *reformidare.* Ad *arduum* hocce *molimen* etiam *pectus ſuum expandit* noſter Heros, quum *illud utre vacuo ſubſtrictum petræ glaberrimæ commiſit; ut eo ſubnixus, lubrico & leni lapſu ſemet de ea demitteret.* Poſterius unice attendens *Tauriz.* prius plane prætervidit; quod tamen vel maxime intentum. Quin ſi alterutrum miſſum facere deberem, poſterius dimitterem: quum id per ſequentia ſatis exprimatur. جُؤْجُؤٌ *pectus*, *thorax* ſpeciatim *avis*, vel *navis*, *prominens* videlicet, ac *protentum.* بِهِ *in eo* vel *cum eo*, redit ad صدري *pectus meum.* Hoc prima fronte impedit. *Expandi ad illud* facinus *pectus meum, & lubricavit in eo de petra nitida pectus tortum:* vix ſtribligine liberari poſſe videtur. Ea nulla erit, ſi prius صدري *pectus meum* tantum ſub *figura* accipias. *Illud* enim *pectus internum*, & *magnanimum*, *ſuſtinebat* veluti ac *dirigebat pectus externum* جوجى. Ergo جوجى *pectus in* صدر *pectore lubricabat*, iſtamque *firmitatem exerebat.* عَبْلٌ *torſio; contorſio funis*, itemque *tori:* unde mox *craſſis brachiis præditus*, *toroſus.* Ad *pectoris magnanimi* صدر, in audaciſſimum facinus *ſeſe expandentis*, *juſſa* capeſſenda, opus erat جوجى عبل *thorace torto*, & *toroſo*; itemque متن مخصر *lumbo gracili*, *gracilitate conſtricto:* eſt *part. paſſ.* II. a خصر *læſus fuit a frigore in extremis corporis membris. Valde friguit riguitque dies.* Eſt gemina glos-

8 Et immiſcuit ſe velut molli terreno, non laniante petra

Laniationem; morsque id attonita inſpectabat.

NOTÆ.

gloſſa, cujus proprietas *conſtrictus fuit*, unde & reliquæ notiones pendent. Jam omnia ſplendent: atque illud بـه admirabilem parit effectum; non tam *cum eo* ſonans, quam *in eo*; i. e. *in ejus virtute, firmitate, conſtantia flecti & vinci neſcia.*

Vſ. 8. Eadem animoſitate continuatum فـخـالـط *& comperit*, vel *expertum eſt*, illud *pectus meum expanſum tanto molimini*, non *duritiem aſperrimam petræ nitidæ*, ſed سـهـل الارض *mollitiem planam terræ.* Hoc vult. *Effecit fortitudo invicta pectoris interni, ut aſperrima petra mihi evaderet terrenum molle; per quod meo commodo, ſine vulnere, ſine dolore, deſcenderim.* Exquiſite poſitum خـالـط *præt.* III. a خـلـط *miſcuit, commiſcuit.* Inde in *Pohel* exiſtit *immiſcuit ſe* rebus, hominibusque, *commercium habuit; expertus fuit familiarius.* μίσγω. ἐπιμίσγω. Innuit, ſe *familiarius* velut *commercium* cum *petra* contraxiſſe; eamque ſibi *remollitam.* Huc fertur: *neque* الـصـفـا *petra nitens*, præ *aſperitate*, & *duritie*, يـكـدح *laniavit, momordit, fœdavit*, بـه *in illo*, كـدحـة *laniationem.* Non refero ad *pectus externum*, ſive *thoracem*, qui quantumvis *munitus utre*, & *mellis lubricitate ſublevatus*, aliquid experiri debuit vexationis & doloris; ſed ad صـدري *pectus internum*, & *invictum illud*, quod *nullo dolore* ſe *infringi* patiebatur. *Nullam ſcarificationem* in corpore *factam*, quod vult *Tauriz.* a vero abhorret. De verbo كـدح *idem* rectius monet, adhiberi in *morſu dentium*, & *lapidis contuſione*, quæ *necdum laniationem*

فَأَبَتْ إِلَى فَهْمٍ وَلَمْ أَكُنْ آيِبًا
وَكَمْ مِثْلِهَا فَارَقْتُهَا وَهْيَ تَصْفِرُ ۞

NOTÆ.

faciat, excoriationemve; quamvis ſupra ſcarificationem ſit. Apud *Golium* habes, *fœdavit unguibus, ſculpſit, num.* 3. 4. at *num.* 1. 2. *ſtudium & laborem adhibuit. Victum quæſivit ſuis.* Hæc ſequi debuiſſent, nam a *ſcalpendo, conſcalpendo, corradendo* fluxerunt. *Alcor. ſur.* 84: 6. *O homo* انك كادح الى ربك كدحا فملاقيه *utique tu conſcalpens ad Dominum tuum ſcalpturam, quam experturus es.* i. e. *corradens tibi theſaurum vel boni vel mali operis.* Commentatores *Alcorani* ad captum vulgi id explanant per كاسب كسبا *acquirens acquiſitionem;* nec de *metaph.* inſigni quicquam commonent. Talibus *Gloſſis* contexta *Gloſſaria* corticem Linguæ offerunt, nucleum pandere non poſſunt. *Tauriz.* ipſe certe rationem ſignificationis hujus ignoraſſe videtur; quum ita defungitur والكدح ايضا الكسب *etiam acquiſitionem notat eadem radix*, adductoque id *Alcorani* loco firmans, cum *gloſſa* كاسب كسبا *acquirens acquiſitionem.* Ne mirere. Nec *Scholiaſtæ Græci*, nec eorum *collectores*, exſcriptoresque, *Heſychius*, *Suidas* &c. ubique medullam Linguæ

gu-

9 Sic reverſus ſum ad *Phahmitas;* quum non viderer reverſurus.
Quot autem ſimilia unde *Victor* diſceſſi, fremente leto.

N. O T Æ.

guſtarunt; multo minus eam guſtandam præbuerunt. In cortice ferme ab omnibus obhæreſcitur.

Ibid. Audaciſſimum Epinicium: *& mors attonita ſpectabat.* Thema خزي eſt *pudore confundi;* itemque, *vilem & abjectum eſſe; in afflictione* vel *dedecore jacere.* Hæc ſecundaria, a *configendo* ducta. Addubitat *Tauriz.* ſit ne *pudore confuſa mors*, an *vilis facta*, an *afflicta.* Omnia amplectaris licet, & *mors attonita*, vel jam, pro origine, *confixa*, ad omnia iſta ſe extendit, quippe quæ ſe *exarmatam*, *debellatam*, *triumphatam* ſenſerit a noſtro Heroë. Admirabile ſchema, *mors triumphum de ſe inſpectare coacta.*

Vſ 9. Gloriatur, ſe victorem remeaſſe ad Tribules, & Lares domeſticos, *morte ringente:* quin complures a ſe ductos de *morte* triumphos, qui huic eventui non concedant. צפר صفر proprie *torſit:* inde *ſibilavit* torta voce. Heic loci *ſibilo dolorem teſtatus eſt*, *infremuit*, *victa* videlicet & *triumphata mors.* Ita jam rectiſſime *Tauriz.* ſubmonens eſſe, qui وهي تصفر *& illa ſibilabat*, retulerint ad *Tribum* viri, *dolentem* de ejus *abſentia:* nec non, qui ad *Lihjanitas*, *plorantes* ejus *evaſionem.* Nempe pauci magnos ſenſus ſuſpicere, nedum ſuſcipere & ſuſtinere poſſunt.

Hi-

قال

ابو الكبير الهذلي

وَلَقَدْ سَرَيْتُ عَلَى ٱلظَّلَامِ بِمِغْشَمٍ
جَلْدٍ مِنَ ٱلْفِتْيَانِ غَيْرِ مُثَقَّلِ ۞

NOTÆ.

Hiſtoriam horum verſuum ita pandit *Tauriz.* كان سبب قول ابي الكبير هذه الابيات انه تزوج ام تابط شرا فخاف منه فقال لامه ويحك قد رابني امر هذا الغلام قالت فاحتل عليه حتي تقتله فقال له ذات يوم هل لك ان تغزو فقال ذلك من امري ثم مضيا في غزاتهما ويقول ابو الكبير له كل ليلة اختر اي نصفي الليل شئت تحرس فيه وانام وتنام النصف الاخر واحرس فكان ابو الكبير ينام الي نصف الليل ويحرسه تابط شرا فاذا نام تابط شرا نام ابو الكبير ايضا لا يحرس شيا فلما كان في الليلة الرابعة ظن ان النعاس قد غلب الغلام وقال الان يستثقل نوما وتمكنني فيه الفرصة واخذ حصاة وحذف بها نقام

DIXIT
ABU 'L KEBYR HUDEILITA.

1 Et ſane perrexi ſuper tenebris cum intrepido,

Robuſto juvenum, neutiquam torpido.

NOTÆ.

فقام الغلام كانه كعب فقال ما
هذه الوجبة قال لا ادري فقام تابط
شرا وعس وطاف ولم ير شيا فعاد فنام
فلما ظن انه قد استثقل اخذ حصية
اصغر من تبيك فحذف بها فقام
كقيامه الاول فقال ما هذه الذي اسمع
قال والله لا ادري قد سمعت كما سمعت
ما ادري ما هو فقام فطاف فعس ولم
ير شيا ورجع اليه فقال يا هذا اني
قد انكرت امرك الله لئن عدت اسمع
شيا من هذا لاقتلنك فخاف منه ابو
الكبير جدا وقال به الابيات التي مضت

Ratio qua ductus Abulkebyr hos dixit verſiculos, eſt, quod quum matrem Taabbeta Sjerran domum duxiſſet, eum metueret. Dixitque matri ejus, væ tibi! ſollicitum me habet negotium adoleſcentis hujus. Ibi illa, machinare ei necem. Dixit proinde ei quodam die, eſtne tibi animus in expeditionem ire? ille, placet, inquit, res. Quum in expeditionem deinde perrexiſſent, dixit ei Abul-

kebyr, omni nocte eligas, qua dimidia parte excubare velis, ut ego dormiam, & altera parte tu dormias, atque ego excubem. Et Abulkebyr quidem ad mediam noctem dormiebat, excubias agente Taabbeta Sjerran; at quum dormiret Taabbeta Sjerran, obdormiſcebat quoque Abulkebyr, neque vel tantillum vigilabat. Quum autem quarta jam foret nox, exiſtimabat ſomnolentiam prævaliturum adoleſcenti, dixitque, nunc quidem ſomno prægravabitur, atque dabit ſeſe mihi in eum occaſio: capiens deinde calculum, eum projecit. At adoleſcens mox adſtare inſtar cubi, atque rogare, quis ille ſtrepitus? Reſpondit, neſcio. Tum Taabbeta Sjerran circumiens & luſtrans omnia, nec quicquam deprendens, reddidit ſe ſomno. Alter autem quum opinaretur, eum nunc ſaltem degravatum fore ſomno, lapillum cepit minorem altero, eumque projecit. At ille mox priore in ſtatu adſtare, rogareque quid hoc, quod audio? Vitricus, per Deum! inquit, haud ſcio. Audivi quod & tu audiviſti. Quum autem denuo omnia luſtraſſet, & circuiiſſet, nihilque deprendiſſet, rediens dixit ei; Heus Tu! profecto ſuſpectum habeo negotium tuum; per Deum! ſi denuo audiero tale quicquam, occidam te. Tunc Abulkebyr ſibi metuens de eo, verſiculos dixit qui præceſſere.

Vſ. 1. *Pergere ſuper tenebris* eleganter dictum, pro *denſiſſimis etiam tenebris non deterreri ab itinere nocturno proſequendo*; ſed *eas* veluti *ſuperſcandere*. مغشم qui &, ex *ſpecie pehalhal*, غشمشم, apud *Golium* eſt, *ſtrenuus admodum & intrepidus, in audacia conſtans, quem ab animi propoſito nihil retrahat.* Radix غشم, inter alia exponitur, *noctu properanter lignatus eſt, non reſpiciens quæ amputaret*: item, *promiſcue ingeſſit inſalubria juxta ac ſalubria.* Hæc *ſecundaria* ſunt a غشم & غسم, in quibus reſidet *obſcuritas confuſa* vel *compacta*: inde *metonymice* applicari cœpit ad *vehementiam cæco velut impetu ruentis*, atque *veſana*

qua-

quadam *audacia graſſantis.* Ita in *Diw. Hud.* غواشم vocantur *cameli, quæ* تغسم الطريق *veſano impetu ruunt*, vel *indomita ferocia feruntur per viam.* Vides, quam appoſite *Taabbeta Sjerran* appelletur مغشم. De *forma* hac erudite *Tauriz.* اذا الرجل عدة للفعل قيل مفعل نحو مضرب ومرجم واذا كان الفعل عادة له قيل مفعال مثل رجل مغوار قال ابو رياش المغشم الذي يغشم الامور ويخلطها من غير تمييز *Quum quis inſtrumentum eſt actionis, adhibetur forma* מִפְעָל, ut מִחְרָב *bellicoſus,* מִרְגָּם *vehemens in conficiendis hoſtibus. At quum actio ei in habitum verſa, dicitur* מִפְעַל, מִפְעוֹל, *ut in* מְעוֹר *pugnator, excurſator. Auctor eſt Abu Rijaſchus, vocabulum noſtrum ſignare eum qui irruit in negotia, iisque ſe immiſcet citra ullum diſcrimen.* Utilis obſervatio, quæ vivum uſum Linguæ in talibus præbet introſpiciendum.

Ibid. Ad غَبْرَ quatenus *negantis* particula eſt, verbulo teneatur, quum dicitur غَبْرَ حَكِيمٍ *inſipiens*, id proprie ſonare *diverſitas ſapientis*, i. e. *longe alius quam ſapiens.* Ita hic غبر مثقل *longe alius quam gravatus*; in *part. paſſ.* II. a שקל ثقل *appendit, ponderavit.* Per *non gravatum* intelligit *Tauriz. quem nemo gravetur, quem omnes ament.* Malim referre ad *habitum corporis animique, minime gravatum ignavia, ac torpore:* ut *num.* 4. apud *Golium* reperitur *ſegnis, tardus fuit, torpuit.*

مِمَّنْ حَمَلْنَ بِهِ وَهُنَّ عَوَاقِدُ
حُبُكَ ٱلنِّطَاقِ فَشَبَّ غَيْرَ مُهَبَّلِ ۞

NOTÆ.

Vſ. 2. Verecunde non minus, quam profunde, hæc figurata ſunt. Explanabit *Tauriz.* حكي عن ام تابط شرا انها قالت فيه انه والله شيطان لا هم مذ كان صبيا بشي الا فعلة ولقد حملت به في ليلة ظلماء وان نطاقي لمشدود ومعني البيت انه من الفتيان الذين حملت امهاتهم وهن غير مستعدات للفراش *Narratur de matre Taabbeta Sjerran, eam dixiſſe de eo profecto Satanas eſt; nunquam quicquam ſuſcepit inde a puero, quin effecerit: & ſane concepi eum in nocte obſcuriſſima, ſubligaculo meo firmius adſtricto. Senſus autem verſiculi eſt, eum eſſe ex adoleſcentibus, quos matres eorum conceperint neutiquam paratæ thoro geniali.* Poſtremum hocce phraſi عواقد حبك النطاق *renodatæ plexus ſubligaculi* honeſte convelatum. عواقد *renodantes* eſt *plur. fr.* a عاقدة *part. præſ. fœm.* a عقد עקד *nodavit.* حبك *plexus*, eſt *plur. fr.* ab حبك & حباك *plexuit*; חבק. ut pro צחק *riſit*, ex *Dialecto* exſtitit ضحك.

Ibid. شبّ *adolevit.* Eſt notio *metonymica* a *propria* & primaria, *arſit*, *exarſit.* Idem *Hebræis* fuit שבב; indeque שבבים *Hoſ.* VIII: 6. *cremia:* & שביב *flagrantia.* Ab *ardore flagranti* ſubſumta *alacritas adoleſcentiæ*, quæ vocatur

2 Ex iis quos utero geſſere, quæ renodare ſolent

Lora ſubligaculi; qui adolevit minime turgidus.

NOTÆ.

tur شُبَّ & شَبَابٌ: ut *adoleſcens* forma *part. præſ.* شَابٌّ. Struitur quoque *tranſitive* شبب النار *accendit ignem*, & شبب الحرب *accendit bellum*. In *Diw. Hud.* Poëtria

شبت هذيل وفهم بينها اراً
ما ان تبوخ وما ان يرتد صاليها ۞

Accenderunt Hudeilitæ & Phahmitæ inter ſe caminum
Non reſtinguendum; & quo qui torretur, haud redierit.

Nil crebrius. Venuſte *Abu Tſachrus*, *Hudeilita*; العنبر شبب نشوة الخمر *Ambarum accendit odorem vini.* Venuſtius adhuc apud *Tauriz.* ad *Hamaſ.* يشبّها اي سواد شعرها فرعها accendit eam coma ejus, اظهر بياض وجهها h. e. *niger crinis* virginis *enitere facit albedinem faciei ejus.* Huc pertinet illud *gloſſema* apud *Golium num.* 2. *Vivacitate & gratia colorem accendit.* Grandiſone *Malich. Ibn Chalid.* in *Diw. Hud.* de *Leone* مشبوي اظافره *accenſus ungues ſuos.* Hæc ſalivam movere poſſunt, quibus hoc in genere ſapit palatum.

Ibid. Trifariam, vel quadrifariam, exponitur مهبّل *part. paſſ.* II. in *Golio* 1. *amiſſus morte* filius. ab هبل nempe, quatenus valet, *orba manſit* mater. 2. *Carnoſus & facie turgens*: ab هبّل *multa ac cumulata gravavit caro.*

وَمُبَرَّءٍ مِنْ كُلِّ غُبَّرِ حَيْضَةٍ
وَفَسَادِ مُرْضِعَةٍ وَدَاءٍ مُغْضِلِ ۞

NOTÆ.

Inde & 3. *congesta carne præditus.* Denique 4 *devotus diris, & maledictus.* Mediæ *glossæ* cohærent; prima & quarta valde dissident. Quintam adjecit *Tauriz.* ذكر بعضهم ان المهبل المعتوه الذي لا يتماسك فان صح ذلك فكانه من الاسراع يقال جمل هبل اي سريع *Ajunt nonnulli* מהבל *significare vesanum, qui non sit compos mentis. Hoc si verum, videtur a festinatione ductum: dicitur enim camelus* הבל, *i. e. festinus.* Mihi quidem pro serie nil aptius visum, quam quod *num.* 2. & 3. comparet. Idem scivit *Gjeuhar.* hunc ipsum versum citans, ad notiones istas adstruendas. Adjecit & speciem IV. eadem potestate, citata traditione *Ajeschæ*, uxoris *Muhammedis* النساء يومئذ لم يهبلهن اللحم اي يرهلهن السمن *Mulieres isto die* Resurrectionis *non* יהבלהן *caro, hoc est, non turgore inflabit eas pinguitudo.* Locus est quantivis pretii, qui *originem* pandit verbi הבל هبل non solum pro *Arabica* Dialecto, ut ejus ope, quæ pugnare videbantur, in corcordiam gratiamque redeant, sed etiam pro *Hebræa:* ubi הבל *vanescere*, & הבל *vanitas:* ab *inflatione turgida* emanarunt. Cl. *Cocc.* ex usu *Thalmud.* jam adduxerat proprietatem *halitus*, & *vaporis*; indeque *vanitatem* deduxerat. Non displicebit proin *harmonia* jucunde nunc refloreſcens, qua هبل deprenditur primariam vim possediſſe *inflationis*, & *vaporationis*, e *flatu oriundæ.* Hinc in II. هبله اللحم

3 Quique nitidatus ab omni reſiduo menſtrui;

Et corruptela lactantis, morboque tabifico.

NOTÆ.

الـلـحـم itemque in IV. اهـبـل, eſt *turgore inflavit, gravavitque eum caro:* & *part. paſſ.* مـهـبـل *turgidus:* in I. item هـبـلـتـه امـه *turſit eum mater ejus;* vel *turgida anhelavit eum;* declaratur ثـكـلـتـه *orbata fuit eo per mortem.* Eſt inſignis *gloſſa;* quæ & in هـبـول *turgens, turgore anhelans* recurrit, de *matre* ثـكـول *liberis orbata:* nec non in VIII. apud *Fhiruzabad* in *Camus* اهـتـبـل عـلـي ولـده اتـكـل *turſit, vel turgidus anhelavit, ſuper filio ſuo; eſt, eo orbatus fuit.* Alio flexu ſub eadem ſpecie ibidem اهـتـبـل لاهـلـه تـكـسـب كـهـبّـل وتـهـبّـل *turſit anhelus pro familia ſua, eſt victum comparavit ei, quod & in* II. & V. *obtinet.* Ita nos zwoegen. Iterum اهـتـبـل الـصـيـد *anhelavit venationem:* eſt, *anhelus eam captavit.* Inde الـهـبّـال الـكـاسـب الـمـحـتـال والـصـيّـاد *Anhelator* הַבָּל *uſurpatur pro eo qui victui conquirendo omnia machinatur: itemque venator.* Belgice, een zwoeger. Agmen claudat, atque omnia adſtringat, hæc *gloſſa Camuſi:* اهـتـبـل كـذب كـثـيـرا אהתבל *valet, mentitus eſt multum;* quaſi *cum inflatione turſit; meras vanitates proflavit.* Hoc *Job.* XXVII: 12. eſt, הבל הבל *vaneſcere vanitatem.*

Vſ. 3. Inſignite مُـبَـرَّءٌ مِـنْ *nitidatus a* labe; in *part. paſſ.* II. proprie *exaſciatus, ſub aſcia quaſi nitere factus.* Ex hoc

حَبَلَتْ بِهِ فِي لَيْلَةٍ مَزْؤُودَةٍ كَرْهًا
وَعَقَدْ نِطَاقَهَا لَمْ يُحْلَلِ ۞

NOTÆ.

hoc uſu emicuit *metonymia* ברא pro *pingui*, *opimo*: ut apud *Latinos nitidus* quoque, de *pingui*: & *nitere* eſt *pinguescere*. Apud *Arabes* pulchre برأ من المرض *nituit a morbo*, (quaſi *exaſciatus*,) i. e. *planiſſime convaluit*: *perſanatus fuit*: itemque برأ من العيوب والديون *nituit a vitiis aut debitis*: pro, *ab iis purus & intactus fuit*: vel &, *iisdem ſe exſolvit & exemit*. Eadem poteſtas thematis برا ult. و & ي: *aſciavit*, *exaſciavit ad nitorem usque*, *præſecando*, *radendo*, *perpoliendo*, *quicquid rude ſupererat*. Ejus *part. pahyl* ברוי برئ apud Cl. *Golium* eſt, *præciſus*, *aſciatus*: item, *liberatus a crimine vel debito*; *inſons*: quod tamen ad ברא برأ *ult. Aleph* potius pertinere monet. Non perſpiciebat nempe rationem *metaphoræ*, qua *aſciatus* pro *inſonte* uſurpari cœpit. Utriusque *radicis* eandem *originem* ſancit quoque excellentior illa *metonymia*, qua *aſciare* frequentatum pro *creare*, & *manu artifice fabricare*. Hæc virtus utrobique obtinet, ultima *Aleph* tamen potiſſimum ditionem ſibi iſtam vindicante: quemadmodum ultimæ *Waw* vel *Jod* altera *præcidendi* & *exaſciandi* magis attributa. In Sacro codice ברא pro *præcidere*, *præcidendo aſciare*, ac *dedolare* tria, quatuor, loca occupat omni dubitationi exemta *Joſ.* XVII: 15. 18. *Ezech.* XXI: 19. vel 24. itemque XXIII: 47. quæ nunc tantum indico ad *harmoniam*: alibi ea, cum reliquis uſibus inſignitis, & *nitorem* ac *polituram raſilem* exerentibus, pleno ac juſto in lumine collocaturus.

Ibid.

4 Conceperat eum nocte quam monſtri quid terruerat:

Nodusque ſubligaculi ejus haud erat ſolutus.

NOTÆ.

Ibid. مُعْضِلٌ *part.* IV. a عضل *implexus, intortus fuit;* uſurpatur in omni *negotio moleſto, gravi, ineluctabili;* ac ſpeciatim jam in *morbo tabifico,* qui *infantes corrupto lacte nutritos inficit,* ac *immedicabili contagione implicat & diſtorquet.* Eodem collineat Varians lectio مُغْبِلٌ *part.* IV. a غال *med.* ي, infantem *lactavit gravida mater,* vel *nutrix:* unde مغبل *quæ lactans conſueſcit viro.* Quanta hinc peſtis in infantes redundet, meum non eſt docere. Si iſta Lectio obtineat, *ſyntaxis* mutanda, vertendumque: *a morbo lactantis gravidæ; quem* talis *mater,* vel *nutrix,* per *viſcera* & *medullas lactentis diffundit.* Res eodem redit.

Vſ. 4. Mirifice enunciatum, *in nocte* مزءود *conterrita* & *externata:* i. e. in qua *magnum* aliquod *malum,* ac *monſtrum extiterat;* unde *terror omnibus incuſſus.* Audi *Tauriz.*

الزءود الذعر ولما كانت الزود في الليلة جعله لها واكثر ما ينسب الفعل الي الوقت فبوتي به علي انه فاعل Vox زءود *med.* أ *ſignat terrorem attonantem: quod autem terror ille extiterit in nocte, eum ipſi nocti attribuit: ſæpiſſime enim actio additur tempori; idque enunciatur ac ſi eſſet ipſum agens.* Vel & *patiens,* ſi ſit *paſſiva* poteſtas,

فَأَتَتْ بِهِ حُوشَ ٱلْفُؤَادِ مُبَطَّنًا
سُهُدًا إِذَا مَا نَامَ لَيْلُ ٱلْهَوْجَلِ ۞
فَإِذَا نَبَذْتَ لَهُ ٱلْحَصَاةَ رَأَيْتَهُ
يَنْزُو لِوَقْعَتِهَا طُمُورَ ٱلْأَخْبَلِ ۞

NOTÆ.

ut hic: eſt enim *partic. paſſ.* a هزأد *Hamzata* media, *perterrefecit.* Proprie: *fecit effervescere cum tumore.* Hæc eſt *nox* illa ظلماء *tenebricoſiſſima*, de qua ad *vſ.* 2. ubi etiam reliqua, quæ hic verecunde innuuntur, enodata.

Vſ. 5. Notetur idiotismus, اتت به *venit cum eo*, i. e. *adduxit*, *produxit eum*, pro, *partu edidit.* אתה اتي *venire*, proprie *tendere.* نام eſt נום *dormitare.* Quod *nox flaccidi*, inertis, ignavi, dicatur *dormitare;* eodem colore figuratum eſt, quem *vſ.* præced. vidimus. *Tauriz.* وقوله نام ليل الهوجل جعل الفعل لليل لوقوعه فيه اي نام الهوجل في ليله *Quod dicit, dormitat nox flaccidi, in eo attribuit actionem nocti, quia in eam incidit.* Senſus eſt, *dormitat flaccidus in nocte ſua.* Eſt genus *Poëtis* familiariſſimum, quod *Enallagen* vocitant. Ea ſemper interiorem quandam vel vim, vel gratiam ſpirat. *Dormitat ipſa nox*, cum *dormitatore*, quæ *tota*, quanta quanta, *deſtertitur*, & *profundo ſopore mergitur* ac *mergit ſimul.* Conſimiliter *vſ.* 4. *nox attonita* eſt, *quæ tota a terroribus occupata, obſeſſa, oppreſſa.* Geminum germanum eſt illud *Æneid.* 8: 94.

Olli remigio noctemque diemque fatigant.

Id

5 Ediditque eum acrem cordis, gracilem ventre,
Pervigilem, ubi dormit nox flaccidi.

6 Ei si lapillum projeceris, cernas eum
Exilire ad lapsum illius saltu pici viridis.

NOTÆ.

Id est, *non intermisso remigio occupant, & consumunt*, ita ut *nox* & *dies* isto labore quasi *fatigari* videantur. Similiter de venatoribus acerrimis:

—— —— —— *silvasque fatigant.*

Non sane pro *semet fatigant in silvis*; nec *silvas* pro *feras*: sed *tam acri venatione silvas quatiunt; ut ipsæ quasi fatiscant*, atque *delassentur*. Ad hanc vehementiam, quam *Enallage* sic dicta captare solet, etiam reduci velim, quod Carmine *præced. vs.* 4. annotatum.

Vs. 6. Quid respiciatur in *lapillo projecto*, historia præmissa declarat. حصاة *calculus*; a *masc.* حصي *numerus, multitudo*; & *glarea, calculus*; apud *Golium:* sed facile appareret a *calculo* per *metonymiam* ductum *numerum*, ut a *glarea multitudinem*. Radix حصي in *Golio* exponitur *vestigium impressit, signavit*. Item *lapillis abundavit* terra: *valuit intelligentia*. In IV. احصي *numeravit; scripsit, ordinavit; comprehendit; scivit; potuit*. Mira congeries; quam digesseris, adhibita *calculatione*, quæ ad omnia ista se porrigit. ذو حصاة *intelligentia præditus*; proprie, *qui pollet calculo*. Inde *compar.* احصي *pollentior calculo; Alcor. Sur.* 18: 11. Sic omnia lucent. *Origo* est *secuit, incidit*, חצה: quæ

وَاِذَا يَهُبُّ مِنَ ٱلْمَنَامِ رَأَيْتَهُ
كَرُتُوبِ كَعْبِ ٱلسَّاقِ لَيْسَ بِزُمَّلِ ۞

مَا انْ يَمَسُّ ٱلْأَرْضَ اِلَّا مَنْكِبٌ
مِنْهُ وَحَرْفُ ٱلسَّاقِ طَيَّ ٱلْمِحْمَلِ ۞

NOTÆ.

vis etiam ſub حصا *ult.* ى primaria: quemadmodum خصي eandem planius exerit. نزا *ſaliit, exiliit; exſperſus fuit ſaliendo.* Apud *Hebræos* נזה in *ſanguine reſperſo* frequentatur. Idem apud *Arabes* obtinuiſſe, patet ex *gloſſa* 6. in *Golio;* نزي الدم נצה אלדם *effuxit ſparſim ſanguis.* Sequens وقعة *fragor,* ſive *flictus;* a وقع *flixit, deflixit cum fragore.* Inde הוקיע nativam virtutem recuperat.

Vſ. 7. Proverbiale quid præfert, *erectum ſtare inſtar tali cruris.* رتوب eſt *firmitas ſtabilis,* & *immota.* Hæc *talum* vel maxime ſuffulciat neceſſe eſt. Apud *Latinos* quoque proverbii quid redolet *firmus* & *infirmus talus.* Eodem collineat ليس بزمل *non eſt in claudicatore;* pro *minime claudicator.* In *Lexicis* exponitur *puſillanimis, ignavus, languens;* لتزمله بثوبه *quod ſe involvat veſte ſua.* Ita etiam *Tauriz.* heic loci: ex poteſtate quæ in II. & V. regnat. Ego ex I. *claudicavit* malui: quamvis alterum illud ſatis quoque opportunum.

Vſ. 8. Pleonaſmus particulæ ان, de qua ita *Tauriz.*

ان زيد لتوكيد النفي ويبطل

particula ان *redundat ad adſtringendam negationem; eſtque otioſa.*

7 Eundem e ſomno expergitum cernere ſit,

Erectum ſtare inſtar tali cruris, qui minime claudicet.

8 Nil nempe tangit terram, de cubante, niſi humerus;

Extremitasque cruris plicam *tangit* balthei.

NOTÆ.

tioſa. Sic ما ان رايينا *non vidimus*, pro ما رايينا. Sunt qui ان, *ſi* alias, ſubinde *negare* exiſtiment; ut in *Alcorani* illo, ان الكافرون الا في غرور *non ſunt impii niſi in deluſione.* At vera *Syntaxis* adfert, *ſi impii, niſi in deluſione.* Eſt *Apoſiopeſis* animata jurejurando: ut אם *Pſ.* LXXXIX: 36. *ſi Davidi mentiar.* Crebrum in *Alcor.* ut *Sur.* 10: 67. ان يتبعون الا الظن وان هم الا يخرصون *ſi ſequuntur niſi opinationem; & ſi illi* quicquam, *niſi mentiuntur.* Et mox *ibid. vſ.* 73. ان اجري الا على الله *ſi merces mea, niſi ſuper Deo.* Alia ratio in noſtro hocce *pleonasmo*, in quo ان habet vim *aſſeverativam*, ut ſit *non ſane.* Exempla paſſim obvia. Senſus verſiculi hicce, explanatore *Tauriz.* انه اذا نام لا يتبسط على الارض ولا يتمكن منها باعضايه كلها حتى لا يكاد يتشمر عند الانتباه *Eum, quum dormitat, non exporrigere ſe ſuper terra; neque ei omnia ſua membra committere; ſic, ut non valeret continuo ſuccinctus adſtare, ubi experrectus foret.*

وَإِذَا رَمَيْنَ بِهِ ٱلْفِجَاجَ رَأَيْتَهُ
يَهْوِي مَخَارِمَهَا هُوِيَّ ٱلْأَجْدَلِ ۞

وَإِذَا نَظَرْتَ إِلَى أَسِرَّةِ وَجْهِهِ
بَرَقٌ كَبَرْقِ ٱلْعَارِضِ ٱلْمُتَهَلِّلِ ۞

صَعْبُ ٱلْكَرِيهَةِ لَا يُرَامُ جَنَابُهُ
مَاضِي ٱلْعَزِيمَةِ كَٱلْحُسَامِ ٱلْمِقْصَلِ ۞

NOTÆ.

Vſ. 9. Exquiſita phraſis, رمي الفجاج *jecit*, *jaculatus eſt fiſſuras montium*; pro *eas penetravit inſtar teli.* Non abſimile, quod in ضرب *percuſſit* admiſere. Inde pulchre ضرب في الارض *quatere in terra*, *per terram*, eſt *eandem peragrare.* مخارم *prominentiæ* ſive *ſupercilia prærupta montium:* a مخرم, quod a خرم *diſrupit* futuram. *abrupit*, *prærupit.* חרם. Inde in VIII. اخترم eſt *funditus extirpavit: internecione delevit.* Ea *origo* חרם *anathematis*; quod tamen ſub حرم, iſto quidem uſu, potiſſimum ſedem fixit. هوي *delapſus fuit* ex alto; *in prædamque irruit* aquila. Primaria virtus *ſidere.* Inde omnia largo fluxu deſcenderunt. اجدل אגרל *accipiter*, quaſi *intortior nervis*, *viribusque.*

Vſ. 10. أَسِرَّة *lineæ*, *lineamenta*: in *plur. fr.* a سر *li-*

9 Cum eodem si quatias fissuras montium, cernas eum
Sidere in prominentias eorundem impetu aquilæ.

10 Quod si ad lineas vultus ejus respicias,
Fulgurant, fulgore nubis cum tonitru renidentis.

11 Indomitus vehementiæ, haud appetatur ejus latus:
Secans propositi, ut gladius politissimus.

NOTÆ.

lineæ in vola manus ac fronte. Eædem سِرَارٌ, & أَسْرَارٌ, & أَسَارِيرُ, quæ in Libro *Jobi* שְׁרִירִים. A عرض עָרַץ *vibravit*, in *part. præs.* عارض absolute invaluit pro *transversa nube.* متهلل est *part.* V. ab هلل הלל *splenduit;* unde in V. *reniduit* vultus; *resplenduit* fulgurans nubes; *exultavit, jubilavit.* התהלל. Sensus hic est: *eum & formosum fuisse, & formidolosum.*

Vs. 11. Vox كريهة apud *Golium* est *bellum, ejusve vehementia & calamitas.* Radix est كره *abhorruit, detestatus est:* unde forma *part. pahyl* sonat *horrendum; detestandum.* Hinc ad *calamitates* atrociores, & *bella* speciatim applicari cœpit. Inde يوم كريهة *dies belli vehementioris*, in *Hamasa* nostro: & ابن كريهة *filius belli horrendi*, pro, *ei assuetus, ac si ex eo natus esset.* Inde

يُعْمِي ٱلصِّحَابَ اِذَا تَكُونُ عَظِيمَةً
وَاِذَا هُمْ نَزَلُوا فَمَأْوَي ٱلْعُبَّلِ ۞

NOTÆ.

de posſes: *indomitus vehementiæ bellicæ.* Sed eſt alius uſus opportunior, quem in *Camuſo* enotatum reperio, quo كريهته *vehementia alicujus* ſpeciatim valere dicitur بادته التي تكره منه *acrem ejus impetum, quem horreas.* Hoc intendi nunc, ex *hiſtoriola* horum verſuum elucet. In eundem ſenſum ſubnectitur, *haud appetatur latus ejus.* جناب *latus, ora, area* domus, *atrium; limen; angulus tractusque:* figurate frequentatur, diciturque قويت جنابه *invaluit latus ejus:* pro *dignitas ejus increvit.* Habes formulam *Abulphar. Hiſt. Dynaſt.* p. 298. 551. 552. Apud *Arabsjad.* in

12 Defenſat ſocios, quum grave quid increpuit;

Quumque diverſantur, tum hoſpitium eſt egentibus.

NOTÆ.

Vit. Tim. امنع جنابا *inacceſſus lateris*, i. e. *formidoloſa majeſtate præditus.* In *Hiſt. Salad.* per *Iſpahanens.* الوافدون قاطفين جنا جنابه *accedentes ad eum, carpebant fructum lateris ejus*, i. e. *honorifici ejus liminis, atriive.*

Vſ. 12. يحمي *defenſat ignito impetu*, a حمي חמה *candeſcere; ignitum eſſe.* Inde *mœnia* חומות dicta. عظيمة *magnum, grave, atrox quid:* a عظم עצם. Poſtremum عيّل eſt *plur. fr.* a عايل *pauper, egenus.* Radix عال med. ي *eguit, indiguit.*

قـــــــال

تـــــــابـــــــط شـــــــرا

اِنّـــي لَـمُـهْـدٍ مِـــنْ ثَـنَـايَ فَـقَـاصِـدٌ بِـــهِ
لِٱبْـنِ عَـمِّ ٱلـصِّـدْقِ شَـمْـسِ ٱبْـنِ مَـالِـكِ ۞

أَهَـــزُّ بِـــهِ فِـــي نَـدْوَةِ ٱلْـحَـيِّ عِـطْـفَـهُ
كَـمَـا هَـزَّ عِـطْـفِـي بِـٱلْـهِـجَـانِ ٱلْأَوَابِرِكِ ۞

فَـلِـيـلُ ٱلـتَّـشَـكِّـي لِـلْـمُـهِـمِّ يُـصِـيـبُـهُ
كَـثِـيـرُ ٱلْـهَـوَى شَـتَّـي ٱلـنَّـوَى وَٱلْـمَـسَـالِـكِ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Elegans figura ſub *part.* IV. مُـهْـدٍ pro مُـهْـدِيٌ, ab هـدي הדה *tetendit*, *duxit*, ſpeciatim *deduxit ſponſam*. Ei comparat *carmen* hocce ſuum. *Præpoſ.* ل eſt *emphatica*. ثـنـاء *encomium*, *laus*; a ثـنـي *duplicavit* שנה. Conſtructio ſubtilior, *deducens de laudatione mea ſponſam*: pro, *hocce meum encomium*, tanquam *ſponſam*.

Vſ. 2. Signata phraſis هـز عـطـفـه *quatere latus alicujus*; pro, *exhilarare ad exultationem usque*. Quum *concilium*, vel *conciliabulum gentis*, hic memorat, reſpicitur ad vetuſtum morem *Arabum*, in *conciliabulis* carmina ſua recitare ſolitis, ut per ora hominum volitarent, atque ad me-

mo-

DIXIT TAABBETA SJERRAN.

1 Equidem deduco ſponſam laudis meæ, & tendo cum ea,

Ad patruelem ſincerum *Sjums Ibn Malici.*

2 Qua exultare eum faciam gentis in concilio,

Prout exultare me fecit camelis *Aracam* paſcentibus.

3 Parcus ille conqueſtionis ad graviſſimum quodque, quod feriat.

Multa volvens molimina, diverſasque vias emoliens.

NOTÆ.

moriam poſteritatis propagarentur. هِجَانٌ *præſtantiſſimi cameli*, ſpeciatim *albi.* Quod dicatur eſſe *ſing.* & *plur.* nil aliud, quam ſæpe *collectivam* ſubeſſe poteſtatem; prout omnia *pluralia fracta* in *origine* ſunt *ſingularia*, quibus vis *collectiva* per uſum conſtantem ſubjuncta. اوارك *Aracam carpentes*, eſt *plur. fr.* a *part. præſ.* آرِك & آركة ab ارك *frondem* vel *fructus arboris Arac*, vulgo *Pilou*, *paſtus fuit* camelus. Sic dicta ea a *lentore:* nam ארך ارك eſt *lenteſcere*, *lentum eſſe.*

Vſ. 3. تَشَكِّي pro تَشَكٍّ *conqueſtio*; eſt

يَظَلُّ بِمَوْمَاةٍ وَيُمْسِي بِغَيْرِهَا
جَحِيشًا وَيَعْرُورِي ظُهُورَ ٱلْمَهَالِكِ ۞

NOTÆ.

infin. V. a شكا *queſtus fuit, lamentando expoſuit* ſtatum ſuum Deo. *Doluit & expoſuit* morbum. Sunt notiones *ſecundariæ*, a *compunctione* ductæ. قليل التشكي *paucus conqueſtionis*, pro *plane non conquerens.* Sic *Tauriz.* يقول انه صبور لا يشكى ما نزل به الي احد واستعمل لفظ القليل لنفي الكل وهذا كما يقال فلان قليل الاكتراث بوعيد فلان اي لا يكترث *innuit eum eſſe patientiſſimum, qui omnino queratur nemini de iis quæ ipſi eveniant. Uſurpat vocabulum pauci ad plenam negationem: quemadmodum dici ſolet, ille parum curat minas hujus; pro non curat.* Exempla nonnulla appoſuiſſe juvabit; præter ea, quæ jam ad *Nawabig.* ſubjeci p. 168. In *Hamaſa* extat قليل قذي العينين *paucus feſtucæ oculorum:* i. e. *nullo omnino vitio præditus, e cujus oculo ne feſtucam quidem eximere queas.* Clarius adhuc & plenius *Ibn Doreid.*

والناس للموت خلا يلسهم
وقلّما يبقي علي اللس الخلا ۞

Hominesque morti pabulum ſunt, quos delingat;
Et paucum eſt, quod ſuperſit linctui, pabulum.

Vides *plane nullum* deſignari: notabisque illud قلّما

pa-

4 Interdius *uno* in deſerto, veſpertinus in altero,
Solivagus, dorſa inequitat nuda periculorum.

NOTÆ.

parum quid eleganti compoſitione formatum, ut رُبَّمَا *multum quid.* Sequens مُهِمٌّ *grave* & *moleſtum* quid; proprie *tabefaciens, cura conſumens:* ab هم המם. Explicitum ſupra. هوي הוה *cupiditas vaſta;* hic pro *vaſtis molitionibus* adhibetur *in quas* mens *ſubſidit* quaſi, ſeque immergit: شَنِّي *diſtinctus, diverſus;* cum *Je paragogico*, pro شُنَّ, a شَنَّ *ſeparatus fuit.* نَوًى *animi propoſitum; diſceſſus; abſentia peregre agentis:* a نوي *tendere, intendere.* مَسَالِكُ *plur. fr.* a مَسْلَكٌ *via; tractus quo quis incedit.* Radix سلك *ivit per viam:* proprie *inſeruit filum.* Pro *periculoſis viis* venire amat: ut *Hiſtor. Tamerl.* p. 18. 36. 269. *ſyntaxis* hic habet: *diverſus peragrationis & viarum difficilium.*

Vſ. 4. Heroicum eſt inter *Arabas* vaſta peragrare deſerta لاكتساب المكارم *ad acquirendam laudem fortium facinorum.* مَوْمَاةٌ eſt مغازٍ لا ماء فيها *deſertum inaquoſum.* Ordinatur a *Golio* ſub موم; cum *maſcul.* مَوْمًا: ejusque *plur. fr.* مَوَامِيُّ: ſed *Analogia* exigit *Radicem* ومي: quæ congruit cum وما *ult. Hamz. innuit, digitum intendit.* Inde *Tebleb.* ad *Conſ* 7. *Harir.* derivat, لانها يوما اليها *quod illuc digitus intenda-*

وَيَسْبِقُ وَفْدَ ٱلرِّيحِ مِنْ حَيْثُ
يَنْتَحِي بِمُنْحَرِقٍ مِنْ شَدِّهِ ٱلْمُتَدَارِكِ ۞
إِذَا حَاصَ عَيْنَيْهِ كَرَى ٱلنَّوْمِ لَمْ يَزَلْ
لَهُ كَالِئٌ مِنْ قَلْبٍ شَيْحَانَ فَاتِكِ ۞

NOTÆ.

tur. Hoc non usque quaque planum. Commodius *Etymon* ministrat وامية pro داهية *grave infortunium* vel *periculum:* unde موما & موماة *locus omni periculo expositus; vastissimum desertum.* جَحِيشٌ in *Golio* declaratur, *seorsim considens nec cum aliis consuescens.* Habet convenientiam cum جُحَيْشُ وَحْدِهِ *sui cerebri homo:* proprie *asellus seorsim agens.* يَعْرَوْرِي est *fut.* XII. *spec.* a عري ערה *nudus fuit;* cujus اعروري adjecto الفرس valet *nudo vectus fuit equo.* Exponitur etiam, *patravit aliquid turpe* اعروري الفاحشة proprie, *inscendit nudam* veluti *turpitudinem.* Denique *profectus est per terram solus.* Ita in *Camuso.* Hoc *Arabs* satis, Linguæ ignarus vix ac ne vix quidem, perceperit. Est ipsum illud quod hic splendidissime figuratur: *inequitare nuda dorsa periculosorum itinerum.* Egregie *Tauriz.* اعروري ظهور المهالك اي يركبها من غير ان تكون له وقاية منها *nuda vehitur dorsa periculorum, est, ea inæquitat & aggreditur absque ut adversus ea sit communitus.* Sentis cur in *Camuso* adjectum *solus, sine præsidio.* Hoc adspectu *Haririus Cons.* 30. اعروريت ظهر

5 Prævertitque impetum venti, unde tandem cumque
Intulerit ſe, turbine curſus ſui aſſequente.

6 Quum conſuit ei oculos fodicatio ſomni, haud ceſſat
Cuſtos ei cordis cautus & audaciſſimus.

NOTÆ.

ظهر الطريق *nudum conſcendi dorſum itineris.*

Vſ. 5. Verbum ينتحي *fut.* VIII. a نحا *tetendit*, ibidem efficit vim *intendendi*, vel *inferendi*, *ſeſe impetu tenſo.* Refertur ad *ventum* ſimul, ſimul virum noſtrum *ſtrenuum*; cui etiam datur منخرق *turbo proruptus*: vel *rumpens ſeſe.* Eſt *part. act.* VII. a خرق *ſidit cum frendore.* חרק. Inde in VIII. præter alia, adſcitum *perflavit*, *rapideque ſpiravit* ventus: proprie, *effiſſus eſt*; vel *ſeſe effidit & erupit.* Cum dignitate dictum, *ventus proruptus de curſu ejus*: pro *vehementior curſus quo turbinis inſtar ferri ſolet.* المتدارك *aſſequens*, *comprehendens*: in *part. act.* VI. a درك דרך *volvit*, *glomeravit*; in *origine*: unde *glomerare greſſus*, *incedere*, *perſequi*, *aſſequi.* Comparatio *Poëtis* adamata, *prævertere ventum*, *turbinem.* Unum modo apponam, multa gratia pollens, ex veteri Poëta

غاية مجد رفعت ومن لها
نحن حويناها وكنا اهلها
لو يرسل الريح لجبنا قبلها

Meta gloriæ erecta eſt. Ecquis ad eam?
Nos eam comprehendemus; namque ſumus idonei.
Si emittatur ventus, Jane prævertamus eum.

Vſ. 6. Verbum כרה حكري *fodere*, *fodicare*, eleganter trans-

وَيَجْعَلُ عَيْنَيْهِ رَابِئَةً قَلْبِهِ
إِلَى سَلَّةٍ مِنْ حَدِّ أَخْلَقَ بَاتِكٍ ۞
إِذَا هَزَّهُ فِي عَظْمِ قِرْنٍ تَهَلَّلَتْ
نَوَاجِذُ أَفْوَاهِ الْمَنَايَا الضَّوَاحِكِ ۞

NOTÆ.

transfertur ad *ſomnum* & *dormitationem*, quum *oculos* incipit *vellicare*. Sic *num.* 9. apud *Golium* extat, *propenſus fuit in ſomnum*; proprie *fodicatus eſt*: & كَرِيٌّ *propenſio in ſomnum*. Plena phraſis, ut hic, eſt, كري النوم *fodicatio ſomni*. Ea jucunde dicitur حاص *conſuere oculos*: quum facit ut *conniveant*, atque *arctentur*: ſecundum illud

Tum gravis ingenti connivere pupula ſomno.

Hinc חום illuſtratum jam in *Clavi dial.* كَالِئٌ *cuſtos*; eſt *part. præſ.* I. a كلا *ult. Hamz cuſtodivit, ſervavit eum* Deus: proprie *clauſit*, vel *arcuit*. כלא.

Vſ. 7. A ربا *ult. Hamz ſpeculator, obſervator extitit; adſcendit ſpeculandi gratia locum editiorem*; in *part. præſ.* رَابٍ pro رَابِئٌ & *fœm.* رَابِئَةٌ *ſpeculans*, & in *ſpecula*, quæ مربا vocatur, *excubans*. اخلق *compar* & *ſuperlat.* verbi خلق חלק *glaber fuit; glabrum nituit*. Hic in *gladio* venit, aut *mucrone ejus*, prout *ſyntaxis* duplicem aſpectum offert, vel, *mucro glaber, ſcindens*; vel *mucro glabri, ſcindentis*, nempe *gladii*. باتك *ſcindens*; eſt

7 Conſtituitque oculos ſpeculatores ſui cordis

Adverſus evaginationem mucronis glabrum nitentis, ſcindentis.

8 Quum concutit eum in oſſe adverſarii, renideſcunt

Molares oris mortium ridentium.

NOTÆ.

a בתך بتك, themate ſororio בתק: unde *Prov.* v: 14. בתוך *conſciſſio.*

Vſ. 8. *Quatere gladium*, bifariam exponi poteſt; vel ut ſit: *incutere gladium in os adverſarii, ad oſſa* usque *eum adigere:* vel, *concutere eum in oſſe.* Poſterius ita declarat *Tauriz.* يحتمل ان يكون المراد انه اذا ضربه به نشب في عظمه فهزه فيه اي حركه ليخرجه منه *Fieri poteſt ut ſenſus ſit, eum ictus incuſſos altius defigere in oſſa gladiumque concutere, ad eum extrahendum.* Placet. تهللت *renideſcunt*, in *præt.* V. ſupra luce adſperſum نواجذ *molares dentes*, eorumque graviſſimam *figurationem* item illuſtratam reperies *pag.* 306. & ſeq. منايا *mortes, fata*, a منية, ejusque *them* מנה מני habuimus quoque ſupra ضواحك *ridentes:* in *plur. fr.* a ضاحك & ضاحكة; *thematis* צחק ضحك *riſit. Ridentium ora mortium*, celſiore cothurno, pingunt *triumphum* veluti *mortis exultantis* ad *vulnera* illa *profundiora*, quibus *vitalia* hauriantur. Quod additur *renideſcunt* illa *ora*, habet aliquid in receſſu, quod haud promtum cui-

يُرِي ٱلْوَحْشَةَ ٱلْأُنْسَ ٱلْأَنِيسَ وَيَهْتَدِي
بِخَبْثَةَ ٱهْتَدَتْ أُمُّ ٱلنُّجُومِ ٱلشَّوَابِكِ ۞

NOTÆ.

vis. Nempe تهلل & in *fulgure* venit, & in *ore renidente* Repræſentantur ergo *mortes ore renidente fulgurantes* veluti *ſuper acie gladii*; qui tantos ictus infligit.

Vſ. 9. Ad genium gentis concinnatus character: quo pingitur *ſolivagus*, vaſtiſſima quæque loca perluſtrans, ad palmam intrepidæ audaciæ conſequendam. Hoc intenditur per وحشة *feritatem*. Hanc يري *videt*, id eſt, *judicat*, الانس *humanitatem*, facete. Nam hæc duo directe oppoſita. Additur الانيس *humaniſſimam*; indidem ſubſumto *epitheto*, ad majorem *Emphaſin*: ut *amœnitates amœnæ* &c. Ita ظل ظليل *umbra umbroſa*; & ليل لايل *nox noctoſa*; aliaque innumero numero. Senſus eſt: *ſolivaga* illa *feritate*, & *audacia* ita delectari hunc virum, ut tum demum ſe *humaniſſimum* autumet, quum *extra hominum oculos* ſe vaſtas in ſolitudines penetravit; ubi nullus dux, nullus viæ index, præter *matrem ſtellarum*; i. e. *cœlum*.

Ibid. Huc collineat poſtremum colon يهتدي *ducem agit*: *præcedit*; eſt *fut.* VIII. ab הדה هدي *tetendit*. Ad *matrem ſtellarum* ſubmonet *Tauriz.* eſſe qui الشمس *ſolem* interpretentur; & eſſe qui

المجرة

9 Judicat feritatem humanitatem esse humanissimam,
Eoque præcedit, quo mater stellarum apte nexarum.

NOTÆ.

المجرّة *galaxiam*, sive *viam lacteam*. Addit proverbium; اهدي من النجم *melius ducens, quam astra*. Omnino *mater stellarum*, est *cœlum*, ut optime *Meidan*. شوابك *plur. fr.* a *part.* شابكة & شابك verbi שבך شبك *implicuit, innexuit, inseruit rem unam alteri*. Hinc commodo *epitheto* شوابك dictæ *stellæ*, aliæ aliis *consertæ*. Ita in *Diw. Hud.*

نسبت الي المرقبة والنجوم الشوابك

Adscendi ad speculam, quin ad stellas consertas.

Iterum

نمي رحله الي النجوم الشوابك

Elata est sella ejus ad stellas consertas.

Pro, *summum gloriæ culmen conscendit*. Eadem imagine Poëta Latinus: *cœlum stellis ardentibus aptum*. i. e. *nexum, consertum*.

قال ايضا

تابط شرا

وَقَالُوا لَهَا لَا تَنْكِحِيهِ فَإِنَّهُ
لِأَوَّلِ نَصْلٍ إِنْ يُلَاقِي مُجَمَّعَا ۞

فَلَمْ تَرَ مِنْ رَأْيٍ فَتَبِلًا وَحَاذَرَتْ
تَأَيُّمَهَا مِنْ لَابِسِ اللَّيْلِ أَرْوَعَا ۞

NOTÆ.

Casus unde ansa porrecta his versiculis, sic se habet. كان خطب امراة من عبس فارادت نكاحه فوعدته فلما جاءها وجدها قد نزعت فقال لها ما غيرك فقالت والله ان الحسب اكريم ولكن قومي قالوا ما تصنعين برجل يقتل عند احد اليومين فتبقين بلا زوج فانصرف عنها وهي يقول *Ambierat Taabbeta Sjerran mulierem ex Absitis; quæ ei nubere cupiens, diem ei condixit. Quum autem ad eam veniſſet ſolus, alienata reſiliebat. Tum ille, quid te immutavit? Et illa, per Deum! fama quidem præluſtris: at gens mea dicit; quid cum viro facies, qui alterutro duorum dierum* (hodie vel cras) *occidetur; te relicta vidua? Tum ille ſe avertens, hæc dixit.*

DIXIT QUOQUE TAABBETA SJERRAN.

1 Dixeruntque ei, ne nubas illi; namque ille
Primo mucroni, cui occurret, deſtinatus eſt.

2 At illa conſilii ne hilum quidem cernit, metuitque
Ne vidua fiat viri noctem induere ſoliti, verſutiſſimi.

NOTÆ.

Vſ. 1. مُجَمَّع *part. paſſ.* II. a جمع *collegit*, peculiari hic notione auctum, ut *collectus* valeat *ſumma accurate ſubducta numeratus, annumeratus, deſtinatus.*

Vſ. 2. فتيل *tortus funis. tortum filum. filamentum.* Indeque *hilum:* a פתל فتل. حاذرت 3. *præt. fœm.* in III. ab حذر *cavit:* proprie *ſtrinxit, ſubſtrinxit.* تَأَيَّم *viduari:* eſt *infin.* V. ab ايم *æſtuavit:* unde ſecundario *orbàtus fuit* conjuge: لابس الليل *induens noctem;* eſt *per denſiſſimas tenebras noctis intrepidus pergens;* ſive *nocti ita familiaris, ut eam pro veſte habeat.* Confer ſupra مغشم p. 378. *Curſus ſuos nocturnos* innuit. ارعى *compar.* & *ſuperlat.* a رعى *med.* ى, *terrere* & *terreri:* proprie *quatere:* & *quati.* Exponitur etiam *num.* 3. *placuit* res. Gravis *metonymia*, qua *conterrere*, & *conſternare* dicitur quod *vehemen-*

قَلِيلُ غِرَارِ ٱلنَّوْمِ أَكْبَرُ هَمِّهِ
دَمُ ٱلشَّأْرِ أَنْ يَلْقَى كَمِيًّا مُسَعَّرَا ۞

NOTÆ.

mentius placet, *quatiens* veluti mentem, & *admiratione percellens*. Sic in *Camuſo* راع فلانا اعجبه *conterruit illum*, i. e. *admiratione eum affecit*, Sic ωλοεῖν *terrere*, *conſternare*; item pro *vehementi admiratione adficere*, contritum. Nemo jam offendet ad *gloſſas* & ارواع in *Golio*, ubi habes, *forma placens*; aut *corporis lineamentis formoſus*: & *aſtu ac verſutia pollens*. Eadem amplitudine auctum δεινὸς *terribilis*, *formidoloſus*. Item *ſolers*, *callidus*, *vafer*; in omni re *excellens*, atque adeo *percellens admiratione*: ad quam faciem ارواع in *Camuſo* eſt من يعجبك بحسنه ومهارة منطره اى شجاعته *qui te admiratione adficit formoſitate ſua*, *aut ſolertia*, *& acumine ingenii*; *aut & ſtrenuitate*. Heic loci ultima poteſtas quadrat; ſeque meritiſſimo jure δεινὸν appellitat *audaciſſimus* idemque *verſutiſſimus* hominum, qui *longe lateque terrorem ſui ſparſerat*. Ita in *Diw. Hud.*

مُبَرَّأٌ مِنَ ٱلتَّغَبِ جَوَّابُ ٱلْمَهَالِكِ أَرْوَعُ ۞

Nitidatus a vitio, *peragrator deſertorum*, *formidabilis*. δεινὸς.

Vſ. 3. Vocabulum غرار abſtruſioris eſt indolis & *originis*. Exponitur per *exiguum parumve quid ſomni*, præſertim, *in precatione* القليل من النوم في الصلاة Ita *Camus*; ubi additur, quod omiſſum a *Golio*; والنقصان في ركوعها وسجودها وطهورها *item*, *defectus*

3 Huic rarus obrepit ſomnus; eique maxima cura eſt,
Sanguis talionis, aut ut incurrat panoplitem horridum.

NOTÆ.

ctus in ingeniculationibus, & adorationibus, & purificationibus ejusdem. Adjectum quoque وحد الرمح والسهم والسيف *item, acies haſtæ, ſagittæ, gladii.* Omnia a *fallendo;* nam Radix غر eſt *decepit, feſellit; de improviſo ſupervenit.* Inde ergo غرار النوم quaſi *obreptio fallens ſomni;* quod *Gloſſatores* per قليل *parum quid* declarant. Ita *Harir. Conſ* 39 لا يطعم النوم الا غرارا *non guſtat ſomnum niſi tantillum:* q. d. *obreptionem, per quam nictu fallente conniveatur paululum.* Cernis quid ſit قليل غرار النوم *paucus obreptionis ſomni;* nempe *cui raro vel tenuiſſimus ſomnus obrepat.*

Ibid. كَمِيٌّ *armatus, ſtrenuus;* proprie eſt *panoplia tectus;* a كمي *texit, operuit armis.* مُسَفَّعٌ *part. paſſ.* II. a سفع *aduſſit eum* ignis; *nigrore affecit;* proprie ſonat *aduſtum æſtu* quaſi *præliorum*, iisdemque *toſtum*, ut ſupra habuimus. In *Hamaſ.* iterum

وكتيبة سفع الوجوه بواسل
كالاسد حين تذب عن اشبالها

Et caterva aduſtorum vultibus, ſtrenuiſſimorum,
Inſtar leonum, quum ſcymnos ſuos defenſitant.

In *Moallek.* forma أَسْفَعُ *aduſtior* cum *plur. fr.* سفع, ut

يُمَاصِعُهُ كُلُّ يُشَجِّعُ قَوْمَهُ
وَمَا ضَرْبُهُ هَامَ ٱلْعِدَى لِيُشَجَّعَا

قَلِيلُ ٱدِّخَارِ ٱلزَّادِ إِلَّا تَكَرُّمًا
فَقَدْ نَشَزَ ٱلشِّرِّيسُوفُ وَٱلنَّصَفُ ٱلْمَعَا

يَبِيتُ بِمَغْنَى ٱلْوَحْشِ حَتَّى أَلِفْتَهُ
وَيُصْبِحُ لَا يَحْمِي لَهَا ٱلدَّهْرَ مَرْتَعَا

NOTÆ.

ut *epitheton* datur *chytropodi* & *ollæ:* indeque porro pro ipſa *olla*, aut *chytropode* apud Poëtas adhibetur.

Vſ. 4. يُمَاصِعُ *fut.* III. a مصع *micuit.* Inde omnes notiones fluxere: ut *commovit caudam ſuam:* مصع بذنبه proprie *micuit cauda ſua.* Inde *percuſſit gladio*; quaſi *micuit*; unde mox in III. *dimicavit*; *digladiatus eſt cum eo.* كل *omnis*, pro كل واحد *quisque.* يُشَجِّعُ *fut.* II. a شجع *ſtrenuus, animoſus fuit.* Unde naſcitur ſub iſta ſpecie, *talem reddidit, dixitve.* Senſus eſt: noſtrum *invadi ab omnibus qui gentem ſuam nobilitare cupiunt ſtrato Heroë invicto: cui jam omnibus palmis nobili, nihil novæ laudis ac gloriæ accreſcat, etiamſi illos aggreſſores ſuos quotidie proſternat.*

Vſ. 5. إِدِّخَارٌ, vel ادِّخَارٌ, utrumque enim recte ha-

4 Hunc impetit, quisquis gentem ſuam ſtrenuitate nobilitat,
At ipſe amputans capita hoſtium, haud nobilitetur inde.

5 Rarus recondere penum; niſi dilargiendi gratia;
Quantumvis coſtæ emineant, & inteſtina cohæreant.

6 Pernoctat in manſione ferarum, ita ut aſſueſcant ei:
Neque ullo unquam tempore lætum iis paſtum impedit.

NOTÆ.

habet, eſt *infin.* VIII. a ذخر *repoſuit in futuri temporis uſum; recondidit in theſaurum.* قليل *paucus*, ita *minuit*, ut *neget.* Additur, *niſi* تكرّما *liberalitati exercendæ:* in *infin.* V. a كرم *nobilis, liberalis fuit* &c. &c. Varians lectio hic in aliis MSS. offert تحلّة *leviter, perfunctorie;* ab حلّ *ſolvit:* in aliis تعلّة *lactatiunculam* veluti, a علّ *lactavit.* Omnia eodem recidunt. Nempe inter Heroicas virtutes & laudes reputabatur, *ventrem ſuper inedia complicare, & macilentam circumferre tramam figuræ;* ut eorum formulis hic utar. *Tauriz.* المعني انه اثر الطوي به حتي هزل فتري رووس اضلاعه شاخصة ناشزة *Senſus eſt: inediam, qua inteſtina complicentur quaſi, eum ad maciem redegiſſe, ita ut apparerent capita coſtarum eminentia ac protuberantia.* *Vſ.* 6. Mentem verſiculi hanc eſſe docet *Tauriz.* طال ملازمته

رَأَيْنَ فَتَنِّي لَا صَبْدَ وَحْشٍ يَهُمُّهُ
وَلَوْ صَافَحَتْ إِنْسًا لَصَافَحْنَهُ مَعَا ۞

عَلَى غِرَّةٍ أَوْ نَهْزَةٍ مِنْ مَكَانِسٍ
أَطَالَ نِزَالَ ٱلْغَوْمِ حَتَّى تَسَعْسَعَا ۞

وَمَنْ يُغْرَ بِٱلْأَعْدَاءِ لَا بُدَّ أَنَّهُ
سَيَلْقَى بِهِمْ مِنْ مَصْرَعِ ٱلْمَوْتِ مَصْرَعَا ۞

NOTÆ.

ملازمته الوحش حتى الغنه فلا يمنعها مراتعها *Eum diutiſſime inter feras verſatum, ita ut aſſueſcerent ei familiarius, neque impediret, quo minus paſcuis ſuis uterentur.* Conſtructio paulo abſtruſior ita reſolvenda: يصبح لا يحمي *& evaſit is qui non defenderet*, i. e. *impediret* الدهر *in perpetuum, in omne reliquum tempus, ipſis lætos paſtus.* Evaluit ſcilicet, ut verba اصبح *matutinus extitit;* امسي *veſpertinus evaſit;* اضحي *fuit provecto jam die;* & ſimilia, ſine ulla ratione temporis, *indefinitam* induant vim *exiſtendi*, & *evadendi*, quo tandem cumque tempore ac modo.

Vſ. 7. Oſtendit cur *feras* non terruerit, ſed ſibi familiariſſimas reddiderit; quod cernerent eum *longe aliam exercere venationem*, per quam inimicis tribubus infeſtus incumberet *trucidando & prædas de iis agendo.* De verbo صافح

7 Vident virum, cui venatio ferarum haud cordi ſit:
Quod ſi blandimenta callerent humanitatis; ſimul adblandirentur.

8 Hic vel improviſo, vel occaſione captata e latibulis,
Longum exercuit pugnas, donec conſenuit.

9 Qui autem mordicus agglutinatur hoſtibus, haud effugerit,
Quin aliquando mortis in arena occumbat.

NOTÆ.

صافح *blanda manu mulcere, & tractare*, conſulantur quæ ſupra. *Vſ.* 8. Inſiſtit in *hanc* ſuam *hoſtium venaturam*, cui toto vitæ curſu incubuerit. مُكَانِسٌ *plur. fr.* a مُكْنِسٌ *latibulum*; præſertim *inter arbores*: thema eſt كنس *recondidit ſe inter arbuſta: latuit in ſpelunca.* Eſt, *in ſe contractus fuit.* כנס. تسعسع eſt *conſenuit ad decrepitam usque ætatem:* a سعسع *increpuit.* quod ut a *crepando* haud dubie ductum, ita *decrepuiſſe* dicebant veteres Latini *vitam*, quum jam *cum crepitu*, *inſtar lucernæ*, *extingui* videretur. Nil mirum ergo ſi تسعسع item ſit *potiore ſui parte efluxit* menſis, annus: nec non, *concidit*, *defecit*, *decrementum cepit* ſtatus hominis, fortunarumque ejus. Liquet a *gravi* jam, & *feſſo annis*, carmen hocce conditum.

Vſ. 9. يُغَرُ *mordicus affigitur.* Eſt *fut. paſſ.* IV. per *apo-*

وَلَٰكِنَّ أَرْبَابَ ٱلْمَخَاضِ يَشُقُّهُمْ
إِذَا ٱفْتَغَرُوهُ وَاحِدًا أَوْ مُشَبَّعَا ۞

وَإِنِّي وَإِنْ عُمِّرْتُ أَعْلَمُ أَنَّنِي
سَأَلْغَى سِنَانَ ٱلْمَوْتِ يَبْرُقُ أَصْلَعَا ۞

NOTÆ.

copen, pro يُغْرَي, a غرا *conglutinavit, & agglutinatus fuit.* גרה. Inde in IV. oritur ſequente כלב كلب, *inſtigavit canem* in prædam: nec non *excitavit inimicitiam* بينهم *inter eos.* Plena phraſis occurrit in *Alcor. ſurat* 5: 17. اغرينا بينهم العداوة والبغضاء الي يوم القيامة *agglutinavimus inter eos inimicitiam & odium ad diem usque reſurrectionis.* Sentis quid proprie *Hebræis* fuerit גרה, & התגרה, *metaph.* a *glutine*, & *agglutinatione*, qua & *Latini* delectati. مَصْرَعٌ eſt vel *locus ſternendi*, vel ipſa *actio:* a صرع *proſtravit.* E *Lexico* exulat. *Haririus Conſ.* 28. اذكروا الحمام وسكرة مصرعه *recordamini mortem, & vertiginem qua ſternit.*

Vſ. 10. Inſinuat, ſe, vel ſic tamen, non ceſſare ab infeſtandis hoſtibus, eorumque camelis abigendis. مخاض *cameli fœtæ* a مخض *parturivit:* proprie *concuſſit utrem, aquam hauriens:* indeque grandi & honeſta tranſlatione, *concuſſit uterum partitudine.* Etiam ad *altius adacta vulnera* applicatur, *in quibus concuſſi gladii ſanguinem hau-*

rians

10 Vel ſic tamen dominos camelorum vexat infeſtus,
Quum in ejus veſtigia inſtant; ſive ſolus, ſive comitatus ſit.

11 Aſt ego, etiamſi diu ſuperſtes ſim,
Novi occurſuram mihi cuſpidem mortis, quæ coruſca fulminet.

NOTÆ.

riant. מחץ. Sequens يشف a *Tauriz.* declaratur يهزلهم ويكد عيشهم *emaciat eos, vitamque iis reddit moleſtam.* Radix eſt شف, multis uſibus florens illa quidem, ſed tam diſſonis, ut nulla inter eas concordia ſperari poſſe videatur. En ſilvam apud *Golium. num.* 1. *lucrum fecit.* 2. *auxit*, & contra, *diminuit.* 3. *tenuis, ſubtilis fuit* veſtis; *tranſparuit, pellucida fuit.* 4. *extenuatum fuit* corpus. *Extenuavit: emaciavit: mœſtitia affecit.* 5. *punxit* frigus. Hæc unum in centrum redeunt, per primarium *radere:* unde *lucrum facere*, quaſi *deradere*, vel *corradere.* Iterum *corradere* eſt *augere:* ut *deradere* eſt *diminuere.* Nulla in talibus *antiphraſis.* Item alio flexu, *tenuis, ſubtilis fuit*, veluti *raſus;* qualia fere *pellucent.* Inde porro, *extenuare, emaciare;* nec non *moleſtia afficere, vexare*, &c. ut hic. Denique *radit* frigus, quum *acriter pungit; urit:* ut & *fervor*, qui & ipſe شغيف quin quicquid *noxa, peſteve adflat*, habet שפיף شغيف *vim quæ radat, pungat, penetret.* Hinc שפיפון inter *ſerpentium* nomina, cujus *etymon* minus concinnum dedit ὁ πάνυ in *Hieroz.* Confer etiam quæ ad *Job.* XXXIII: 21. in *Comment.* jam tacta.

Vſ. 11. Animoſa clauſula: qua tandem aliquando *hoſtili*

ſibi *gladio* pereundum fore, decernit. أَصْلَعُ in *Golio* eſt *calvus*, itemque *plantis nudus, ac nihil proferens locus*; a صلع *calvus fuit.* Apud *Tauriz.* reperio hic اصلع
منكشف بارز لا ستر عليه اي
قصاراي الموت وان طال عمري

Forma hæc notat nudatum, conſpicuum, nullo velo tectum. Senſus: finis meus mors, etiamſi prorogetur ætas. Dilute ſane. Non penetravit in *originem* verbi; *nuditatem calvam*, vel *calvitiem nudam* autumans primariam: ut ſane *Gjeuhar.* اصلع quoque declarat
بين الصلع وهو الذي
انحسر شعر مقدم راسه الي موخره
وكذلك اذا ذهب وسطه وعرفوطة
صلعاء سقطت رؤوس اغصانها
والصلعاء الداهية والصلعاء من
الرمال ما ليس فيه شجر والاصيلع
من الحيات الدقيق العنق كان
راسه بندقة والصلاع بالضم والتشديد
العريض من الصخر والموضع
الذي لا ينبت واصله من صلع الراس

Hæc forma ſignat cum cujus conſpicua calvities; cuique defluxit capillus a ſincipite ad occiput. Item cui vertex defluvium paſſus. Etiam frutex calvus, cui capita ramorum defluxere. Calva abſolute quoque infortunium; & calva, in arenis, cui nulla arbor eſt. Diminutive calviuſculus, e ſerpentibus dictus, cui prætenue collum, tanquam caput nux eſſet. Calva quoque, adhibito Dhamma & Dageſh forti, notat latam valde petram; itemque locum ubi nihil germinat; cujus origo a calvitie capitis. Cernis ultra *calvitiem* non procedi. Ea tamen neutiquam *pri-*

ma-

maria; ſed per inſignem *metonymiam* ſubſumta a *ſplendicatione*, & *glabritie ſplendicante*. Hanc veteris Linguæ copiam nobis fecit *Camus*, ubi صلاع الشمس eſt *ſplendicatio fervens ſolis* & انصلعت الشمس برغت اى تكبدت وسط السماء اى خرجت من الغيم صلعت *ſplendicavit ſol*, *in* VII. *ortu emicuit*; *vel etiam medium tenuit culmen cœli*; *nec non*, *extra nubem prodiit*. Idem in V. Adhibetur quoque in *grano*, vel *ſemine*, *quum* برزت لا تراب عليها *emicat diſcuſſa terra*; quaſi *ſplendicavit*. Item forma صَوْلَعٌ exponitur ibidem السنان المجلى *cuſpis nitide ſplendens*. Inde jam noſtrum اصلع proprie *ſplendicans*, vel *ſplendicantior*; aptum *calvo capiti*; aptum *nudæ arenæ*, *nudæ petræ*, ſimilibusque: ſed & aptum *telo*, vel *gladio*; *coruſcum mucronem* offerenti. Ejus *plural. fr.* صُلْعٌ iſto uſu reperio in *Diw. Hud.*

بِمَعَابِلِ صُلْعٍ وَأَبْيَضَ مِقْطَعِ ۞

Cuſpidibus coruſcis, *& ſplendicante gladio ſciſſore.*

ubi *Succarius* pro ſcholio ſubjecit براقة *fulminantibus*. Hinc ambigi nequit, in noſtro carmine eandem obtinere potentiam, & *cuſpidem mortis* induci *quæ fulminet coruſca*; non eam, quam extremus ille ictus omnibus mortalibus infligit, ut *Tauriz.* interpretamentum innuebat: ſed illam, ad quam *parabolarius* noſter ſe cotidie hoſtibus objiciens in præſentiſſimam necem, tanquam ad cumulum ſuorum facinorum, adſpirare ſe gloriatur; ut tandem aliquando ſub *fulminante gladio*, *telove hoſtili*, exſpiret.

No-

قـــال تـــابـــط شـــرا

وقـــبـــل خـــلـــف الاحـــمـــر

اِنَّ بِٱلشِّعْبِ ٱلَّذِي دُونَ سَلْعٍ لَغَتِيلٌ دَمُهُ مَا يُطَلُّ ۞

خَلَّفَ ٱلْعِبْءَ عَلَيَّ وَوَلَّي أَنَا بِٱلْعِبْءِ لَهُ مُسْتَقِلُّ ۞

NOTÆ.

Nobile hoc carmen alium tenet ordinem in MS. atque in بـــاب الـــمـــرائـــي *capite Epicediorum* comparet. Monumentum eſt illuſtre laudationum, quibus fortium fortia facta concelebrari ſolebant. Magnis ſplendet ornamentis ac luminibus; quæ gentis genium graphice pingunt. Avunculum fuiſſe noſtri, cujus laudes decantantur, ex *vſ.* 25. pateſcit. *Merzoukius* & *Tauriz.* monuere, quosdam *Filio ſororis Taabbetæ noſtri* carmen hocce, anſa inde arrepta, attribuiſſe, qui خـلـف الاحـمـر *Chelph Elahmar* dictus. Non abhorret; nec a *perſona*, magnisque characteribus, qui in eum vel maxime quadrant: nec ab *hiſtoria;* nam ab *Hudeilitis* tandem circumventus *Taabbeta Sjerran* occubuit, atque in ſpeluncam abjectus fuit. Hoc ad veritatem propenſius, eo usque ſaltem aſſenſum traxit, ut illuc expoſitionem verſuum inclinarim.

Vſ. 1. Videtur deſcribi غـــار *caverna* in quam cadaver *Taabbetæ* projecere *Hudeilitæ.* شـعـب eſt *via inter montes*, Φάραγξ. סלע سـلـع *petra*, proprie *fiſſura*, a سـلـع *fidit.* In لـغـتـيـلا cernis *lamedh Emphaticum* admirabiliter locatum,

DIXIT TAABBETA SJERRAN

VEL

CHELPH ALAHMAR.

1 Sane in fiſſura, quæ *eſt* ſub petra, mortuus *jacet*, cujus ſanguis haud rorat.

2 Reliquit hoc oneris ſuper me, deceſſitque: quod quidem onus ſuſtollo.

NOTÆ.

tum, velut digito porrecto monſtrans, indeque jam *accuſativum* quoque regens. *Sanguis ejus haud rorat*, eſt, *non fluit ſuper terra inultus.* Ita vetus Poëta apud *Gjeuhar.*

دماوهم ليس لها طالب مطلولة ۞

Sanguines eorum haud vindicem nacti, rorare coguntur.

Paſſivam nempe formam hic maluere: unde *Abuzeidus* negat recte dici طل دمه *rorat ſanguis ejus*, forma *activa*, ſed dicendum *rorare factus eſt:* at *Abu Obaidus* utrumque ex æquo admittit. Noſtrum exemplum *paſſivam* habet *emphaſin*, quam imprimis captarunt elegantiores, ad majorem rei invidiam.

Vſ. 2. عبء *onus, ſarcina;* a عبا *ult. Eliph*, proprie *ſtipavit;* unde in VII. انعبا *fartus fuit.* Quod ergo apud *Golium* exponitur *miſcuit, concinnavit* odores, ex *origine* eſt, *conſtipavit.* Item, *bene compoſuit merces, ſarcinasve;* quaſi *conſtipavit:* denique, *ſolicitus fuit* aliqua de re; pro-

وَوَرَاءَ ٱلدَّارِ مِنِّي ٱبْنُ أُخْتٍ مَصِعٌ عُقْدَتُهُ مَا تُحَلُّ ۞

مُطْرِقٌ يَرْشَحُ سَمًّا كَمَا أَطْرَقَ أَفْعًى يَنْفُثُ ٱلسَّمَّ صِلُّ ۞

NOTÆ.

prie, *conſtipatus.* Eadem virtus primigenia in عبا *ult.* و & ي: indeque عبي *fartus, conſtipatus:* ut 1 *Reg.* XIV: 23. شجرة عبية *arbor denſiſſima.* In *Hiſt. Tamerl.* p. 205. وجمعوا الاخشاب والاحطاب وعبوها *Et collegerunt materias ac ligna, atque ea conſtiparunt.* Item *pag.* 171. وعبي عساكره تحت جنح الليل *ſtipavitque exercitum ſuum nocte jam inclinata;* hoc eſt, *inſtruxit.* Pulchre *pag.* 154. بانواع المكر واصناف الخديعة عبي *omnigena ſpecie doli, & fraudis, conſtipatus;* i. e. *inſtructiſſimus.* In VI. تعابي *parti alteri favit;* quaſi *ſtipavit partem, & fovit.* Hæc limpida: ſed turbare videtur *gloſſa* apud *Golium* primum locum occupans, *nituit, reluxit facies ejus;* ضاء وجهه in *Camuſo;* ubi etiam adjectum عابية حسناء *part.* עובית *eſt nitide pulchra.* Atquin & hoc limpidiſſimum, ſi *juvenca* ante oculos habeatur *ſtipata nitens pinguitudine*, qualis deſcribitur *Deut.* XXXII: 33. hoc ipſo verbo adhibito, שמנת עבית *pinguefacta es, ſtipata es, obduxiſti adipem, recalcitraſti.* Sic *harmonia* eniteſcit *Dialectorum;* atque *gloſſæ* omnes unum in centrum conſpirant. Ultimum مستقل *tollens*, eſt *part. act.* X. a قل קלל *levis fuit.* Inde iſta in *ſpecie* ſuccrevit, *levavit*, atque *in ſe ſuſtulit portandum.* A *levitate* item exortæ notiones *paucitatis*, itemque *vilitatis.*

3 Poſt me talioni imminet ſororis filius, pugnax, nodus indomitus.

4 Laxis aciem palpebris defigens, ſudat venenum; ut ſerpens virus ſpuens, baſiliſcus.

NOTÆ.

Vſ. 3. *Filius ſororis*, qui hic memoratur, haud dubie eſſet *Chelph Alahmar*, ſi carminis auctor *Taabbeta*. Sin ſtatuamus, ipſum *Chelphum* dilaudare *avunculum Taabbetam*, alium intelligamus neceſſe eſt, cujus nomen non editur. مصدع *pugnax*, proprie *micans*, *emicans*, *in pugnam*, ſupra illuſtratum. Lectiſſima formula: *nodus ejus non ſolvitur*, pro, *indomitus eſt*. Apud *Golium* reperies ſub عقد *nodavit*, עקד, phraſin قد تحللت عقده *ſedata fuit ira ejus*. Ea proprie ſonat: *ſane ſoluti ſunt nodi ejus*; h. e. *vehementia ejus nodoſa*, & *indomita*, *fuit retuſa*. Sic *Haririus Conſ.* 42. فسكن عند ذلك & *reſedit ad* تـوقدهم وانحلت عقدهم *hæc eorum flagrans ardor*; *eorumque nodi ſunt reſoluti*, hoc eſt, eorum *impetus feroces*. Depictus ergo, quem *Homerus* Ὄζος Ἄρηος *nodum Martis* vocitat, cujus *vim* nihil *retundat*. Ita diſertim hic *Merzoukius* يريد قوته وجلادته والعقده راجعة الي استحكام خلقه وصبره ني الشدايد *intelligit ejus vim & duritiem*; *nodusque redit ad compactionem indolis & patientiæ in duris rebus*.

Vſ. 4. Inſignis character ſub مطرق, quod eſt *part. act.* IV. ubi اطرق, quod mox reſumtum, valet, *laxatis palpebris humi defixit oculos*: ſpeciatim *ſerpens*, ينتهز الفرصة *qui captat occaſionem inſiliendi*. Cum eo com-

paratus fortiſſimus bellator, dicitur *madere venenum;* vel & *ſudare; exſudare:* ad utrumque enim pollet ع ش ر. Significantiſſima locutio, quæ *naturam* pingit *ſerpentis veneno* ita *imbutam*, ut illo *madeſcere*, idque jugiter *exſudare* videatur. Figura innuit, انه بامساكه يرشح بالموت لعدوه *eum, quum arripitur, mortem exſudare hoſti;* inquit *Merzouk.* Non male quidem, ſed latius patet, atque oſtenditur, *venenum* quo *permadeſcit*, ab eo quaquaverſum *exhalari*, ita ut non *tactu* tantum, ſed etiam *aura* ipſa, præſentiſſimam necem inferat. Iſte *afflatus peſtifer* in سم reſidet: ut שמם eſt *peſtilenti aura afflari.* אֶפְעֶה أُفْعِي *vipera, ſerpens;* præfert thema فعي, quod tamen non extat niſi in V. تفعي *viperam malignitate retulit.* Hoc aperte *ſecundarium.* פעה ſemel proſtat *Eſaj.* XLII: 14. *in partu exclamavit.* Inde *viperæ* nomen additum ſane: ſed & hoc *ſecundarium;* a *ſibilando*, & *aperto* vel *tumido* potius *ore flando;* quæ eſt *origo* verbi فعي, פעה, itemque פוע فاع per ὀνοματοποΐαν. Inde in *Camuſo* פועה فَاعٍ *partic. præſ.* exponitur الغضبان المزبد *iracundus ſupra modum:* quaſi *tumido ore flans.* Ejusdem *fœmin.* פועית فاعية ibidem notat النمامة *obtrectatricem*, quaſi *quæ calumnias tumido proflet ore.* Eadem *origo* ſub فغا reconditur; nam فغا الشي declaratum per فشا, *divulgata eſt res*, a *Phiruzab.* proprie eſt, *tumido ore proflata fuit.* In IV. افغي *muſcoſos flores protulit* planta cyprus; proprie, *fecit hiare & proflare auram.* Idem de *palma* arbore valet, *corrupta fuit.* Nempe hæc eſt ejus *corruptela* & *peſtis.* En lancem faturam; وافتقر بعد الغني وسمج بعد حسن وعصي بعد

بعد طاعة *Etiam* IV. *notat pauper evaſit e divite; & deformis e formoſo; & rebellis ex obediente.* Mera videtur confuſio; qui mirus deprehendetur ordo, ſi attendatur ad noſtrum *tumido ore flare;* vel præ *miſeria & inopia;* vel præ *deformitate;* vel præ *contumacia rebelli.* Hinc dubium nullum relinquitur, quin فغا & فعي ſororiæ ſint Radices. Idem pervincit *gloſſema* quo افغاه exponitur اغضبه *ad iram concitavit eum*, quaſi *tumido ore fecit eum flare;* qualis ſupra erat פוּעָה فاعٍ. Denique فاعية & فاغية unam tenent ditionem in *Camuſo*, ad *flores muſcoſos cypri herbæ* deſignandos, a *flatu tumido.* Deſino in פוּץ فاغ & فاع, quæ apud *Golium* in *Append.* comparent. Eadem *origo.* Inde in *Camuſo* الفوعة من الطيب رايحته ومن السم حمته Vox פוּעָה *de aromate, notat odorem ejus diffuſum; & de veneno, ejus acrimoniam.* Item الفوغ الضخم في الفم وهو افوغ وفاغت الرايحة فاحت *Vox* פוּץ *ſignat tumorem craſſum oris; qualis homo* אפוּץ *dicitur. Hinc de odore uſurpatur, quum ſpirando diffunditur.* Ex hiſce jam ſatis dilucet, פעה *Jeſaj.* XLII: 14. eſſe *tumido ore flavit;* atque inde nomen datum *viperæ*, omnique *ſerpenti maligniori:* præſertim *illi qui ipſo intuitu venenare* ac *necare* dicitur: ut R. *Nathan* monet. Ita *Hieron.* etiam alicubi *regulum* convertit, ſive *baſiliſcum.* Ejus *Epitheton* eſt صل, apud *Golium*, *ſerpens contra quem non valet incantatio.* Eum *Schol. Kotrob.* deſcribit: حية صفراء تكون في الرمل لها وجه كوجه الادمي اذا نظرها الانسان لا يزال يرتعد حتي يموت *eſt ſerpens flavus qui in arena nidulatur; facie ho-*

خَبَرٌ مَا نَابَنَا مُضْمَئِلٌّ جَلَّ حَتَّي دَقَّ فِيهِ ٱلْأَجَلُّ ۞

يَزِّنِي ٱلدَّهْرُ وَكَانَ غَشُومًا بِأَبِيٍّ جَارُهُ مَا يَذِلُّ ۞

NOTÆ.

minem referens : quem ſi quis adſpexerit haud ceſſat tremore concuti, donec moriatur. Eſt vetus traditio, quam non diſcutio. Adeatur *Hieroz.* t. II. p. 402. Is his dicitur *ſpuere venenum*; ex *ore*, ex *oculis*, ex *univerſo corpore :* atque ita *peſtiferam* circumquaque *auram exhalare.* Non magnopere laudari dices, qui ſic laudatur. Sed *emblemata* non ultra ſcopum tendenda. En eandem picturam, *Jeſaj.* XIV : 27. *Ne lætere Palæſtina, quod confracta ſit virga percutiens te; nam e ſerpente emicabit baſiliſcus; ejusque fructus erit preſter volans.* Pinguntur bellatores formidoloſi.

Vſ. 5. Obſervandus uſus elegantior verbi نَابَ *ingruit* tanquam *caſus* fortunæ *adverſus*, qui vocatur نَايِبَة, de quo ſupra. مُضْمَئِلٌّ eſt *part. præſ.* verbi اضْمَأَلَّ *invaluit, dura evaſit* res. Radix eſt صمل quæ ſignat *aſperitatem ſiccam & compactam.* Vides cur مُضْمَئِلَّةٌ *durum & aſperum quid*, per دَاهِيَة *infortunium gravius* explicetur. In جَلَّ *gravis fuit mole*, teneas velim *originem* a *volvendo, convolvendo*; גלל. Inde & اجَلّ *graviſſimum mole.* Intellige, *ſaxum.* Hæc in *Lexicis* haud viſuntur. *Diw. Hud.*

إِذَا مَا نَجَلَّ ٱلْكَبَايِرُ ۞

Quum

5 Nuncius nos feriit atrox, gravis adeo, ut conteratur eo vel ſaxum graviſſimum.

6 Spoliavit me fortuna, ut ſane violenta eſt, magnanimo, cujus cliens haud vileſcebat.

NOTÆ.

Quum volvuntur magna negotia.

Iterum



Quum volvitur diſtortum augensque negotium.

Verbum دقّ *contritus, contuſus fuit*; itemque *contudit, comminuit*; cum דקק per omnia conſpirat.

Vſ. 6. Verbum بزّ בזז eſt *raptare, raptum aſportare.* Inde بزّ & بزّة *ſpolium, arma, veſtis*, בז. Quid عشوم *violentus* valeat proprie, repetatur ex *pag.* 378. ابي *magnanimus; inacceſſus; faſtiditor*; in laudem frequentari amat, ad *indolem generoſiorem* exprimendam. Radix ابي *recuſavit, abhorruit, faſtidivit*; contrarium τῷ אבה *Hebr.* inquit Cl. *Golius.* Sed *antiphraſi* facile caremus: & ſuccurrit *origo* in κύπτειν ſita, unde partim *annuere* ſubſumtum, quod *Hebræis*; partim *renuere*, quod *Arabibus* maxime arriſit. Sic σφαδάζειν *Atticis* erat *exultare*; quod aliis in *Dialectis* afferebat *graviſſimam iram & indignationem*; quin & παχύτλεως ὑπὸ τραύματος ζεούσης *ſub vulnere bulliente conflictari.* Magnus campus, magnam vim eruditionis depoſcens. جار eſt גר *advena, cliens*: a גור جار *divertit*; quaſi *diverſitor, hoſpes.* Notanda μείωσις in , *cliens ejus haud vileſcit.*

Hæc

شَامِسٌ فِي ٱلْقُرِّ حَتَّي إِذَا مَا ذَكَتِ ٱلشِّعْرَي فَبَرْدٌ وَظِلُّ ۞

يَابِسُ ٱلْجَنْبَيْنِ مِنْ غَيْرِ بُؤْسٍ وَنَدِي ٱلْكَعَّيْنِ شَهْمٌ مُدِلُّ ۞

طَاعِنٌ بِٱلْحَزْمِ حَتَّي إِذَا مَا حَلَّ حَلَّ ٱلْحَزْمُ حَيْثُ يَحِلُّ ۞

غَيْثُ مُزْنٍ غَامِرٌ حَيْثُ يُجْدِي وَإِذَا يَسْطُو فَلَيْثُ أَبَلُّ ۞

NOTÆ.

Hæc præcipua *gloriationis* inter *Arabas* materia; ad quam consulesis quæ ad *Job.* XVIII: 19. & XIX: 15. annotata.

Vs. 7. Audax sigura שומש شامس *solem præstans*, nempe *calore* & *fotu:* simplex phrasis affert, شمس اليوم, שמש היום, pro صار ذا شمس *lucente sole claruit dies.* Hoc applicitum jam *homini*, efficit imaginem pulcherrimam *fortunæ splendidæ*, & *benigno fotu influentis ad recreandum.* Alio flexu dicitur شمس الفرس *lucente sole præstrictus fuit equus;* pro *sternax factus est*, & *insessorem excussit.* Inde processum ad *mala indole fuit* equus, homo, quasi dicas *sternax fuit* & *contumax;* qui شموس & اشمس inde appellatus. קר قرّ *frigus;* a קרר قرّ *friguit.* ذكت *præt. fœm.* a זכה ذكا *nituit;* برد *frigus*, ברד. ظل *umbra.* צל. Confer *Jesaj.* XXV: 4. צל מחרב *umbra ab æstu.* Iisdem coloribus distinctum & hoc, adductum a *Tauriz.*

سحنة في الشتاء باردة في الصيف
سراج في الليلة الظلماء ۞

Ca-

7 Solis more fovens, dum frigus; quumque arderet Sirius, tum vero frigus ipſe & umbra.

8 Siccus laterum, non tamen ex miſeria; madidusque manuum; catus, præpollens.

9 Pergens firmo pectore, usque dum deſcenderet; firmo pectore ſimul deſcendente.

10 Pluvia nubis cooperiens, quum dona funderet; & quum ſæviret, tum Leo ſtrator.

NOTÆ.

Calor eſt hyeme, refrigerium æſtate;
Lucerna in nocte tenebricoſa.

Vſ. 8. Pulchre, *ſiccus laterum*, pro *arido jejuniis, emaciato*: יבש. Pulchrius, *non tamen e miſeria;* i. e. *media in copia rerum lautarum*, quas *hoſpitibus* potius *ſuis fruendas permittit*, quam ut ipſe ſibi ſaginam cædat. Characterem liberalitatis heroicæ illuſtravi ad *Jobi cap.* XXXI: 31. *Tauriz.* ad h. l. يريد انه يوثر بالزاد غيره على نفسه وعادتهم التمدح بالهزال *innuit ipſum in victu conſumendo alios præferre ſibimet ipſi: eſtque iis in more gloriari de macie.* Exemplorum omnia plena.

Ibid. Siccо laterum oppoſitus *madidus manuum.* Eſt periphraſis *viri munificentiſſimi*, cui *manus profuſa liberalitate jugiter uveſcunt* veluti. Expoſitum jam ad *Conſeſſ.* 3. *Haririi* p. 129. Proverbiale dictum eſt ندت صفاته *uveſcit glabra ejus petra:* pro *avarus* ante & *tenax largiſſime me donavit.*

Vſ. 10. Inter gemmulas eſt eloquentiæ *Arabicæ*, non tan-

مُسْبِلٌ فِي ٱلْحَيِّ أَحْوَي رِفَلٌ وَإِذَا يَغْزُو فَسِمْعٌ أَزَلُّ ۞

NOTÆ.

tum *dona largiſſime effuſa* comparare *pluviæ*, ſed ipſum quoque *donatorem*. Ad *Haririum* plus vice ſimplici id demonſtratum. Quam apte temperati ſint hi colores, quivis cernit. يجدي *fut.* IV. a جدي *profuit, commodo fuit.* Inde اجدي *donavit; commodo affecit.* Illius verbi *origo* item in *uvore*, ſive *madore*. Inde גדות *margines*, ſive *crepidines fluminis:* & גדי, جدي *hœdulus tenellus, uvidus.* يسطو *fut.* I. a שטה سطا, שטו *contumacius vadere, invadere, inſilire*, ut equus αφνιάζων, & *frenum mordens.* ليث לביש *Leo*, a *compactione conglobata.* Thema לוש לאת. Poſtremum ابل *compar.* & *ſuperl.* a بل בלל, variis pollet notionibus; ut *Radix* ipſa quoque multos per canales divergit. Quod hic obtinet, in *Lexico* neglectum. Eſt enim الابلّ in *Camuſo* etiam الجدل *ſtrator robuſtus.* Conſonat *Tauriz* الابل المصمم الماضي على وجهه لا يبالي ما لقي *Sic appellatur qui ſtrenue pergit, & penetrat, nihil curans quod tandem cumque occurrat.* Deduci poteſt a بل *num.* 3. idem quod ظفر *victoria potitus eſt;* ſed ut poſterius ſuccrevit ab *ungue impacto in prædam;* ita prius autumo adſcitum a φυρᾶν *macerare affuſo humore*, quod in בלל بل reſidet. Nempe αἵματι φύρειν *ſanguine macerare*, & *fœdare*, apud *Homerum*, aliosque, eſt *gravi cæde ſternere.* Ergo ابلّ *ſtrator; pulvere & ſanguine fœdans, quoscunque invaſit* Efflorescit aliquid, quod ſine hac *origine* non luceret. Nempe geminus exprimitur character ejusdem viri, qui ut *donis*

11 Promittens in tribu nigram comam, ſyrma trahens; at in expeditione lupus clune ſubſtricto.

NOTÆ.

riget ac perfundat hinc, ita illinc *cruore inficiat & defœdet.*

Vſ. 11. Aliud par *characterum* oppoſitorum; quos *domi* exeruerit, & *foris.* Domi quidem, quum inter *tribules* conſpiceretur, *promittens* احوي *nigrum*, nempe *capillitium.* Ita *Tauriz.* مسبل شعرا احوي اي اسود لانهم كانوا يوفرون لممهم ويعفون الشاب بحسن اللمة قال ۞

ان لمتي سوداء كالعنقود ۞

Promittens crinem אחוי *id eſt nigrum; nam ſolebant prolixam alere cæſariem; indeque juvenem deſcribunt ab honore cæſarici. Poëta.*

Quum cæſaries mea nigra foret ut botrus uvarum.

Significatio *nigri* ſub احوي a *convolvendo* ducta, nam חוה حوي eſt *convolvere, conglobare:* unde חוות *conglobationes domuum: vici.* &c. &c. رِفَلٌّ pro رِفَلٌّ, ex ſpecie *Pihlel*, eſt *longa cauda præditus* equus, camelus; a رفل *traxit humi veſtem promiſſam.* Ad hominem applicitum, notat طويل الذيل *longo ſyrmate præditum.* Pingitur ergo nobis *Taabbeta Sjerran*, ut *juvenis formoſus*, ac *delicatus*; quum *domi* verſaretur inter ſuos: mox converſus in *lupum raptorem*, quum يغزو *expeditionem ſuſciperet*; a غزا *oppugnatum ivit hoſtem.* Eſt *ſecundarium* a *fortitudine* & *robore bellico*, quod ſub עז & עזה conti-

وَلَهُ طَعْمَانِ أَمَرِيٌّ وَشَرِيٌّ وَكِلَا ٱلطَّعْمَيْنِ قَدْ ذَاقَ كُلُّ ۞

يَرْكَبُ ٱلْهَوْلَ وَحِيدًا وَلَا يَصْحَبُهُ إِلَّا ٱلْيَمَانِي ٱلْأَفَلّ ۞

NOTÆ.

netur. سِمْعٌ est *hibrida fera, ex lupo & hyæna.* Nomen inditum ab *auditu acerrimo.* Hinc Proverbium اسمع من سمع *promptior auditu quam fera iſta.* افزل *comp. & ſuperl.* a زل *lubricavit, glaber fuit;* ſpeciatim invaluit pro *epitheto lupi, macris & tenuibus clunibus* prædito, *præ longa inedia.* Cernis quorſum collineetur.

Vſ. 12. Proverbiales figuræ: ut apud *Plautum; mel & fel:* & *linguæ in melle, corda in felle ſita.* Decore imitatus noſtrum *Ibn Doreid.*

ظعمي شري للعدى تارة والاري بالراح
لمن ودي ابتغي ۞

Sapor meus abſinthium hoſti ſua vice; at mel vino mixtum ei qui amorem meum appetit.

Ad *Conſeſſ.* 10. *Haririi* adductum quoque a *Tebl.*

ممقر مر علي اعدايه وعلي الادنين
حلو كالعسل ۞

Amarulentum amarum pro ſuis hoſtibus; at pro amicis dulcedo mellea.

Vſ. 13. Excelſa dictio, ركب الهول *equitat terrorem:* pro *audacter adit terrorem, in eumque velut inſilit:*

12 Ei duplex ſapor, mel & abſinthium; quem ſaporem utrumque guſtarunt omnes.

13 Equitabat terrorem ſolus, nullo comitante, niſi gladio crenis inciſo.

NOTÆ.

lit: vel potius, *eundem conſcendit.* Ad hunc colorem in *Hamaſ.*

ان قيل اركبوا الموت يركبوا ۞

Si dicatur, equitate mortem, inequitant.

Venuſtum quoque Schema, ركب مسحله *equitavit limam ſuam*, i. e. *linguam facunde politam*; pro, *ſe in oratione diffudit, exſpatiatus eſt.* Item ركب هواه *equitavit cupiditatem ſuam*, & ركب راسه *inequitavit caput ſuum:* id eſt, *libidini ſuæ frena laxans, ſe ei auferendum permiſit.* يَمَانٍ pro يَمَانِيٌّ *Jemanenſis*, nempe *gladius*; in *Jemana* ſive *Arabia felice* cuſus ſcilicet, quod genus laminarum prænobile. افل *crenis inciſus valde*; a فل *ſecuit, inſecuit*; ſpeciatim *aciem crenis*, ſeu *rimulis.* Eſt *epitheton* nunc *dedecus* ferens, nunc *decus*, ut hic; ubi innuuntur *graves ſtrages* hoc *uno gladio editæ*; qui vel ſic tamen *novis edendis ſuffecerit.* In *Diw. Hud.*

لا ينسبن حب القتول مطارد
وافلّ يختضم الفقار مساس ۞

Non obliviſcuntur amorem cædium haſtæ,
Et crenatus enſis, qui frangat vertebras, ſtellatus.

وَفِتْيٍ هَجَّرُوا ثُمَّ أَسْرَوا لَيْلَهُمْ حَتَّي اِذَا مَا انْجَابَ حَلُّوا ۞

كُلُّ مَاضٍ قَدْ تَرَدَّي بِمَاضٍ كَسَنَا الْبَرْقِ اِذَا مَا يُسَلُّ ۞

NOTÆ.

Ubi *Succari* العرب يهجون به ويمدحون وهو هنا في المدح يشبر الي كثرة الضرب *Arabes vituperant talem enſem nunc, nunc celebrant; hic in laudem ponitur; ut innuatur multitudo ictuum.*

Vſ. 14. Continenti quatuor verſuum filo narratur audaciſſima expeditio quam cum avunculo ſuo in *Hudeilitas* ſuſceperit noſter; *lectiſſimæ* eorum *juventuti* atrocibus cladibus inflictis. فُتُوّ *juvenes:* eſt *plur. fr.* a فَتِيّ. Ei præf. *waw* regit *genitiv.* quia valet وَرُبَّ & *ſæpe*, & *plurimum.* Nil frequentius apud Poëtas. هجّروا *meridianum iter ingreſſi ſunt*, in *præt.* II. hic adhibitum uſu illo, quem *Golius* enotavit ſub تَهْجِيرٌ *iter ſeu inceſſus qui fit fervente meridie.* أَسْرَوا in *præt.* IV. a سري *prominuit, proceſſit;* præſertim *noctu.* انجاب *diſcuſſa eſt* nox, *præt.* VII. a جاب *ſecuit, fidit, diffidit.* حل 1. *ſolvit.* item 2. *deſcendit ex itinere*, atque *conſedit ad quieſcendum*; λύειν. *incubuit* ira; malum. 3. *pervenit ad mactationis locum* hoſtia. 4. *licuit, fas fuit:* q. d. *ſolutum.* חלל. Inde حلال *res licita*, oppoſita حرام חרם *ſacræ*, atque *interdictæ.* Hinc حلال חלל ad *profana* quoque & *profanata* ſe extendere cœpit. החל *incepit*, eſt quaſi *ſolvit:* qui enim *ceſſat*, *ei*

vel

14 Sæpe juvenes meridianum iter totam continuantes noctem, qui diſcuſſa ea conſederunt;

15 Secans omnis, ornatus ſecante, cui ſplendor fulguris e vagina ſtringitur:

NOTÆ.

vel *manus ligata* quaſi, vel *opus*; qui *agere incipit*, ei *utrumque ſolutum*. Ita apud *Aramæos* שרא eſt *ſolvere*; itemque *incipere*.

Vſ 15. Nervoſe & ſuccincte, *ſecans*, *ornatus ſecante*. Prius مَـاضٍ pro مَـاضِـيٌ *ſecans*, ſignat *ſtrenuitatem intrepide per diſcrimina pergentis:* poſterius *ipſum gladium*,

مـاضـي الـحـد ذا شـطـب عـضـب جـلا
الـقـيـن مـن دربـه الـطـبـع ۞

Penetrantem acie, undulatum, ſectorem, cujus de fulgure terſit rubiginem faber.

تـردي *præt.* V. *ornatus eſt*; a رِدَاء *pallium*, *palla*, *zona*, *baltheus*; & *quicquid ornamenti de humeris pendet.* Hinc ſubſumtum ارتـدي بـسـبـغـه وتـردي والـسـيـف الـرداء *Verbum* VIII. & V. *ſpecie*, *gladio a collo pendente ornatus fuit*, *ipſeque gladius inde* رداء *dictus.* Celſiſſime figuratus *ſplendor fulguris e vagina deſtrictus.* Sic *Job.* XX: 25. ברק *fulgur e felle ejus emicabit*: i. e. *acies fulgurans.* Et *Deut.* XXXII: 21. *quum acuero* ברק חרבי *fulgur gladii mei.* &c. &c. &c.

Vſ. 16.

فَٱحْتَسَوا أَنْفَاسَ نَوْمٍ فَلَمَّا هَوَّمُوا رُعْنَاهُمْ فَٱشْمَعَلُّوا ۞

NOTÆ.

Vſ. 16. Exquiſita figuratio, *ſorbere hauſtus ſomni.* Ab حسا *ult.* و *ſorpſit*, in VIII. احتسي valet, *ſorbſit ſibi, ſorbillavit.* Ejus III. ſpecies in *Lexicis* haud reperiunda, inſigni *metaph.* adhibetur in *Hamaſ.*

حَاسَبْتُهُ ٱلْمَوْتَ حَتَّي ٱشْتَفَّ آخِرَهُ ۞

Sorbendam ei dedi mortem, usque dum exhauſiſſet extremum ejus.

Itemque

لَحَاسُونَا حِيَاضَ ٱلْمَوْتِ ۞

Sane ſorbenda dederunt nobis mortis aquatoria.

Diſertim.

مَحَضْتُ بِدَلْوِهِ حَتَّي تَحَسَّي
ذَنُوبَ ٱلشَّرِ مَلِيٍّ أَوْ قِرَابَا ۞

Concuſſi urnam ejus, donec ſorbuerit
Situlam mali plenam, aut ferme plenam.

In his *ſorbere* auget, & intendit acerbitatem. Aliquando minuit, ut in *Proverbio* كحسوة من بحر *ut ſorbitio e mari.* Inde nunc *ſorbillarunt hauſtus ſomni*, pro *leviter & propere deguſtarunt ſomnum.* Mirifice انفاس *hau-*

16 Quum ſorberent hauſtulos ſomni, jamque nutarent, excuſſimus propere dilabundos.

NOTÆ.

hauſtus, quod eſt *plur. fr.* a نَفَسٌ *ſpiritus*, *anhelitus*: itemque *hauſtus* potionis: quantum *uno ſpiritu trahi* poteſt. Pro هوّموا *nutarunt capite*, editio *Merzoukii* exhibet, continuata allegoria, ثمدوا *pauxillulum biberent*; a ثَمَدٌ *aqua tenuis in ſuperficie terræ, carens ſcatebra*: unde in VIII. *adivit tenuem aquulam*: & in X. استثمد eſt طلب معروفه *petiit ab eo beneficii quid*; quaſi dicas, *aquula ejus cupivit rigari.* Eſt quantivis pretii lectio, cui quum pro *gloſſemate* addita eſſet altera illa, ejus in locum ſurrepſiſſe videtur. رُعْنَاهُمْ *excuſſimus eos, conterruimus: a* رَاعَ *quaſſit, excuſſit*; ſpec. *terrore.* In MSS. legitur رُعْتَهُمْ *excuſſiſti eos*; quaſi ad ſolum *Taabbetam* rediret. Sequens verſus emendatiunculam noſtram ſuſtinet. اشْمَعَلَّ eſt ſpecies IV. verbi *quadriliteri* شَمْعَلَ quod in *Camuſo* eſt تغرق *diſperſus eſt*: ut اشمعل القوم في الطلب بادروا فيه وتغرقوا ibidem, *properarunt & diſperſerunt ſe homines in quærendo.* Itemque والابل مضت وتغرقت مرحا *de camelis, abiere ſeque diſperſere huc illuc liberius.* Poſtremum illud huc quadrat. Videtur nempe deſcribi ſpecimen audaciæ intrepidæ, qua animati *avunculus*, & *nepos*, perſecuti fuerint agmen hoſtile, ex juventutis *Hudeilitic*æ flore & robore conſtans; quod quum prædas ex eorum regione egiſſet, emenſa longa via

فَأَدْرَكْنَا ٱلثَّارَ مِنْهُمْ وَلَمَّا يَنْجَ مِلْحَبَّيْنِ إِلَّا ٱلْأَقَلُّ ۞

فَلَئِنْ فَلَّتْ هُذَيْلٌ شَبَاهُ لَبِمَا كَانَ هُذَيْلًا يَفُلُّ ۞

NOTÆ.

assecuti sint tandem, atque jam requietis paululum delibantes oppresserint, atque terrore incusso fuderint fugarintque.

Vs. 17. Huc collineat, ادركنا *consecuti sumus talionem.* Est *præt.* VIII. verbi درك, de quo supra. ثأر *Talio, sanguis pro sanguine effusus. Ipsi illi homicidæ, a quibus vindex sanguinis talionem repetere tenetur.* Sic in *Historia Amrolkisi.* فوقع امري القيس ببني كنانة وقتلهم قتلا ذريعا واصحابه يقولون يا ثارات الهمام فقالت عجوز منهم والاتي ايها الملك ما نحن ثارك انما ثارك بنو اسد *Irruitque Amrolkisus in Kenanitas, atque violentam inter eos stragem edidit, sociis ejus conclamantibus, o taliones principis magnanimi! Ibi tum anicula ex iis, per Deam Allat, o Rex! non nos sumus talio tua; utique talio tua, Asaditæ.* Sequens لَمَّا pro لَمْ *nequaquam* positum, ما ad *emphasin* adjecto; sic in sexta *Moalleka* أَلَمَّا تَعْلَمُوا *an nequaquam scitis?* quasi *nequaquam sane.* Rarum; & antiquum. Antiquitatem quoque redolet مِلْ حَبَّيْنِ *gemina e tribu*, resolvendum in مِنْ آلِ حَبَّيْنِ.

Nem-

17 Atque conſecuti ſumus talionem ex illis; elapſo nemine, gemina e tribu: niſi rariſſimo.

18 Quod ſi *Hudeilita* infregit ejus cuſpidem, id ſane, poſtquam *Hudeilitam* infregerat.

NOTÆ.

Nempe *præpoſ.* مِنْ *ex*, ſecundum hodiernam *Grammaticam Arabum* non elidit ſuum *Nun*, niſi in مِمَّا *ex eo quod.* At Veteres *eliſionem* iſtam, *Hebræis* familiariſſimam, etiam in deliciis habuiſſe reperiuntur. In *Hamaſa.*

مَا أَنْسَ مِنْ أَشْيَاءَ مَا أَنْسَ قَوْلَهَا ۞

Quicquid obliviſcar rerum, non obliviſcar dicti ejus.

Pro مِنَ ٱلْأَشْيَاءِ, *orthographia* quoque liberiori, qualis in *partic.* שֶׁל obtinet ſeorſim ſcripta. Sic مِنْ غَضَا *ex ſpina* pro مِنَ ٱلْغَضَا ibidem, & مِنْ مَالِ pro مِنَ ٱلْمَالِ *ex grege.* In *Diw. Hud.* etiam habetur planius مِمَّا ٱلْأُمُورِ *ex rebus*, & مِمَّا ٱلْأَرْوَى *de rupicapris.*

Vſ. 18. Apta imago *infregit cuſpidem*, *aciem cuſpidatam ejus*; de qua *Tauriz.* يقول ان كانت هذيل تمكنت منه وكسرت حده وهو بما كان فعل ذلك بهذيل من قبل والشباة حد الشي ويقال اشبي

فَبِمَا أَبْرَكَهَا فِي مُنَاخٍ جَعْجَعٍ يَنْقَبُ فِيهِ ٱلْأَظَلُّ ۞

فَبِمَا صَبَّحَهَا فِي ذَرَاهَا مِنْهُ بَعْدَ ٱلْقَتْلِ نَهْبٌ وَسَلُّ ۞

NOTÆ.

اشبي الرجل اذا اتي باولاد نجباء يصير له بهم حد حديد كشبا الاسنة ويقال ايضا اشبيت الرجل اذا وجدت له شباة *Id dicit: ſi Hudeilitæ prævaluerunt ei, ejusque aciem fregerunt; id ideo factum, quod ipſe idem effecerit in Hudeilitis prior: vocatur autem* شباة *extremitas acuminata rei; cuſpis: indeque in* IV. *dicitur, cuſpidavit vir, quum producit filios ſtrenuos, in quibus aciem habeat, inſtar cuſpidum mucronatam: itemque cuſpidavi virum, pro inveni eum cuſpidatum.* Jam planius percipies, quæ in *Lexico* Cl. *Golii* habentur ſub hac ſpecie. Eadem figura *Pſ.* CXXVII: 4, 5. *Sicut ſagittæ in manu viri fortis, ſic filii juventutis. Beatus qui inde impleverit pharetram.* Vocula لَبِمَا reſolvitur, *ſane pro eo quod*, vel *ſane propterea quod:* quin &, *ſane poſtquam.*

Vſ. 19. Ad genium *Arabiæ* temperati colores. Quid intendatur, declarabit hocce ex *Diw. Hud.*

مبتنرك في حومة الموت ۞

Procumbens ſuper genua in circo mortis.

Planius adhuc & plenius *Hamaſ.*

أَذْعَنْتُمْ

19 Et poſtquam procumbere fecerat eum in cubitorio aſpero, ubi cavum foratur ungulæ.

20 Et poſtquam matutinis eum vexarat incurſionibus, ſtragibus editis ferens agensque.

NOTÆ.

أَنَخْتُمْ عَلَيْنَا كَلْكَلَ ٱلْحَرْبِ مَرَّةً

فَنَحْنُ مُنِيخُوهَا عَلَيْكُمْ بِكَلْكَلِ ۞

Procumbere feciſtis ſuper nos pectus belli nonnunquam,
Et nos procumbere illud fecimus ſuper vos pectore.

Vides quid ſit مُنَاخُ جَعْجَعٍ *cubitorium aſperum;* ubi *moles belli incumbit*, & ubi *ſub eadem procumbitur.* Vides etiam, qua anſa جعجع *locus pugnæ* exponatur. Allegoria deſumta eſt a *camelis:* unde adjectum quoque, *ubi foratur cavum ungulæ.* أَظَلُّ pro أَظْلَلُ eſt باطن الخف *interior pars ungulæ camelinæ.* Ubi hæc *foratur*, & *laniatur*, *aſperitas* ſumma eſt. Senſus eſt: eos *aſperrima* quæque ab eo *ſubire* coactos; atque *magnis cladibus adflictos.*

Vſ. 20. Eleganter verbum صبح *matutinum potum propinavit*: & in II. *mane ſalutavit*, transfertur *ironice* ad *invaſiones matutinas*, atque *viſitationes* ut ſic dicam *nec opinatas.* Inde in *Hamaſ.* الصابح الغانم *mane viſitans, prædas reportans*, & حي مصبّح *tribus mane*

صُلِبْنَ مِنِّي هُذَيْلٌ بِخَرْقٍ لَا يَمَلُّ ٱلشَّرَّ حَتَّي يَمَلُّوا ۞

يُنْهِلُ ٱلصَّعْدَةَ حَتَّي إِذَا مَا نَهِلَتْ وَكَانَ لَهَا مِنْهُ عَلُّ ۞

حَلَّتِ ٱلْحَمْرُ وَكَانَتْ حَرَامًا وَبِلَأْيٍ مَا أَلَمَّتْ تَحِلُّ ۞

NOTÆ.

visitata; id est مغار *invasionem hostilem passa* Hinc يوم الصباح *dies matutinæ visitationis* per يوم الغارة *dies incursionis* exponitur, quod *Golius* noster non convertit, naturam *phraseos* non satis perspiciens. In *Diw. Hud.*

غداة صباح صادق قتلوا ۞

Summo matutino visitationis strenuæ occisi sunt.

Vs. 21. A laudibus *avunculi* ad suas convertitur Poëta, sua quoque decora monumento huic quasi insculpens. صلبت *tostus est*, nempe *igne belli*, abunde illustratum supra p. 329. Per خرق *vehementem virum*, semet designat. Apud *Golium* habes tantum, *valde liberalem.* Istam notionem induit a *lacerando*, qui *opes liberalitate veluti lacerat*: qui & خريق. Utrumque etiam pro *vehementi*, & *omnia lacerante* quasi, adhibetur: ut hic. Redi ad pag. 347. مل *coxit sub prunis*, eodem modo translatum reperies *pag.* 327. indeque satis lucis hauries.

Vs. 22.

21 Toſtus eſt & a me *Hudeilita*, vehementi viro, quem tædio haud coxerit malum, dum ipſi excoquantur.

22 Qui aquatum ducit haſtam, ut ſitiens hauriat; quin & ſecundis eam hauſtibus rigat.

23 Licitum factum vinum, quo mihi interdixeram; & cum labore ſane vix tandem licitum factum.

NOTÆ.

Vſ. 22. Allegoria gravis; quam ſupra *pag.* 351. habuimus. Remiſi ibi ad *Tom.* I. *Orig.* in quo verba נהל & עלל tum hoc, tum aliis etiam uſibus, late illuſtrata.

Vſ. 23. Faculam accendat *Merzoukius* هذا من عادتهم في تحريم الخمر وما يجري مجراه في وقوع النفس والميل اليه اذا قتل لهم قتيل حتي يدركوا ثاره وربما كانوا يحرمون علي انفسهم تنظيف البدن والاخذ من الشعر وما شاكله فيقول ادركت الثار فحلت الخمر بعد ما كانت محرمة علي

Hoc e ritu eorum in interdicendo ſibi vino, aliisque ſimilibus, quantumvis iis dediti eſſent, atque affixi; quum aliquis ex iis trucidatus eſſet; donec talionem eſſent aſſecuti. Nonnunquam quoque ſibi interdicebant emundationem corporis, & tonſuram capilli, aliaque id genus. Dicit itaque. Aſſecutus ſum talionem; ac proinde licitum factum vinum; poſtquam ſub anathemate ejus abſtinentiam ſuſcepiſſem. Haud dubie intenditur *vindicta de fuſo ſanguine avunculi* ab *Hudeilitis* ſplendide re-

حَلَّلْتُهَا اِلَي ٱلظِّبَا وَٱلْعَوَالِي وَٱلْمَذَاكِي فَهْيَ حِلٌّ وَبِلٌّ ۞

فَٱسْقِنِيهَا يَا سَوَادَ بْنَ عَمْرٍو وَإِنْ جِسْمِي بَعْدَ خَالِي لَخَلٌّ ۞

فَسَقَيْنَا كَاسَ حَنْفٍ هُذَيْلًا غِبَّهَا خَزْيٌ وَعَارٌ وَذُلٌّ ۞

NOTÆ.

reportata. Illuc fertur وبلاي ما & *cum labore ſane.* لَأْيٌ *tarditas; anguſtia;* ἀπορία; a لَأَي *lentus tardusque fuit; ceſſavit laſſus.* לאה. Redundat ما, ſed ita ut *emphaſin* adferat, *ſane.* الـمـت 3. *fœm. præt.* IV. a لم *collegit,* proprie *convolvit,* exiſtit *collegit ſe;* quod frequentatur pro *acceſſit, appropinquavit;* & quidem, cum *niſu* & *difficultate:* اشارة الي ما قاساه من طلب دمه *ut indicetur moleſtia quam in talione exequenda exantlarit:* ut *Merzouk.* habet.

Vſ. 24. Verſiculus hic abeſt ab editione *Taurizii* & *Merzoukii*; ſed comparet in tertia accuratiſſima; ac proinde eum dimittere nolui; præſertim invitante antiqua formula حل وبل *profanum promiſcuumque.* حل חל *ſolutum, licitum; profanum.* Ei adjicitur بل בל apud *Gjeub.* مباح في لغة حميرية *promiſcui juris res, in Dialecto Homeritica;* ſive *veteri Sabæa.* Reliquis *Arabibus* tritam notionem arguit, حل وبل لشارب زمزم *puteus Zemzem,* (*Meccanus* ille ſacer) *potanti profanus eſt promiſcuusque: nemo inde arcetur: omnibus idem in illum juris.*

24 Licitum feci illud, usque ad gladios, & hastas, quin & equos, ut profanum promiscuumque.

25 Ergo propina mihi illud, *o Sewad Ibn Amr*, namque meum corpus, post avunculum, laceramentum est.

26 Sane propinavimus poculum mortis *Hudeilitæ*; cujus fæces confusio, dedecus, opprobriumque.

NOTÆ.

ris. A בלל *miscuit* potestas haud dubie ducta. Appositissime locata formula, ubi etiam *phantasia Poëtica ad vinum*, severo anathemate interdictum, admittuntur *gladii*, *hastæ*, *equi*, ut eo *se proluant*, *cruoremque* hostilem *abstergant*.

Vs. 25. Jubet, genio nunc indulgens, vinum largiter sibi propinari: eo magis, quod *mœrore* ob mortem *avunculi*, & *labore talionis* persequendæ, plane confectum corpusculum, indigeret refectione. فاسقنيها est *compos.* ex duobus *aff.* & *præf.* cum *imperat.* I. أَسْقِ *rigavit*; *propinavit*: שקה. In لَخَلٌّ *Lamed* est *Emphaticum*. خل exponitur مهزول *macilentus*, a *Tauriz.* Recte quidem, sed proprie est *vestis lacera*; ῥάκος. Hinc *Æschyl.* in *Prom.* σώματος μέγα ῥάκος figuravit, pro *corpore emaciato & enecto.* Ergo *laceramentum.*

Vs. 26. Occasione *poculi*, quo se invitat, hilaria agitans; iterum deflectit ad *Hudeilitas* gravi clade, ob cædem avunculi, a se mactatos. Hoc appellat, *iis poculum mortis propinasse.* Figuratio tritissima in sacris; quæ omnem quoque paginam in scriptis *Arabum* implet. كاس

تَضْحَكُ ٱلضُّبُعُ لِقَتْلَي هُذَيْلٍ وَتَرَي ٱلذِّيبَ لَهَا يَسْتَهِلُّ ۞

NOTÆ.

med. *waw* כוס *poculum vino plenum*; ut ad *Haririum* jam notavi. Effertur & *med. Hamzata.* Pro كاس الموت *poculo mortis* etiam *absolute* usurpatur *poculum* in *Hamas.*

سَقَيْنَاهُمْ كَاسًا سَقَوْنَا بِمِثْلِهَا
وَلَٰكِنَّهُمْ كَانُوا عَلَي ٱلْمَوْتِ أَصْبَرَا ۞

Potandum dedimus iis poculum, quod & nobis propinarunt:
Illi vero in morte sustinenda patientiores.

Huic *poculo* additur غبّ *finis, exitus; extremum:* quo *residuæ fæces* innuuntur. Ita in *Hamas. clades fœda* figuratur, ut

ذميمة قبيحة ذكر الغب للمتغبب ۞

Ignominiosa, cujus fæces turpes memoratu pro bibente.

Confer *Ps.* LXXV: 9.

Vs. 27. Graviſſimæ imagines; *rident hyænæ; renident lupi;* ad *atrociſſimam stragem* pingendam. Ita *Jer.* XII: 9. qui locus ita conſtituendus. *Heus fera rapax Hyæna, hereditatem mihi meam, heus fera rapax, undiquaque super eam!* involato! *Ite colligete omnia animalia agri; adducite ad edendum.* Frequens in Sacris, ut *feræ*, & *volucres*, tanquam ad *viſcerationem* invitentur, quum *atrociſſimæ strages* conſignantur. Vide *Eſech.* XXXIX: 17. *Apoc.* XIX: 17. צבוע ibi *Hyænam*

27 Rident hyænæ ad occiſos *Hudeili*, cernasque lupos, qui ad eosdem renideſcant.

NOTÆ.

nam eſſe, ipſum noſtrum ضَبُعٌ, docuit jam *Boch. Hieroz. tom.* I. p. 830. 838. ubi tamen alium ſenſum contextui huic ſubjicit; non æque congruum, quum hic *Hyæna* compelletur tanquam *ſignifera* quædam, quæ reliquis feris *vexillum erigat*, ut *ad cadavera* ſecum *lanianda* confluant. Nil *ſævitia ejus carnivora* fœdius, diriusque. In *Hamaſ. Sjanfari Azdæus.*

لا تقبروني ان قبري محرم عليكم
فلاكن ابشري ام عامر ۞

Ne ſepeliatis me; id anathemate vobis interdictum volo.
At tu, Hyæna, læta renideſcito.

Alluditur ad *formulam*, qua utuntur venatores, *Hyænam* circumvenientes; quam ita aperit *Tauriz.* العادة في اصطياد الضبع ان يقصد وجارها ويحفر وهي تتناخر قليلا قليلا والصايد يقول ام عامر ليست هاهنا ابشري ام عامر بشاء هزلي وجراد عظامي فلا يزال يحفر ويقول هذا الكلام والضبع تتناخر حتي تبلغ اقصي وجارها فتخرج حبنيذ منه باغلظ عنف

Mos eſt in venatura Hyænæ, ut petatur latibulum ejus, & effodiatur; illa ſenſim ſenſimque recedente. Venator autem dicit, Hyæna non adeſt hic. Renideſcito, Hyæna, ovicula macra, aut locuſta locuſtæ innexa: neque ceſſat fodere, atque hanc can-

وَعِنَاقَ ٱلطَّيْرِ تَهْفُوا بِطَانًا تَنْحَطَّاهُمْ فَمَا تَسْتَقِلُّ ۞

NOTÆ.

tilenam repetere, Hyæna ſemper retrocedente, donec perveniat ad extremum latibuli, unde tandem ſumma violentia ſic expellitur. Habes partem *cantiunculæ*, quam *Boch.* ex *Damirio* adduxit *ibid.* p. 836. verſione omiſſa, quod ei ſe committere nollet. Prudenter. ام عامر *mater culti* dicta *Hyæna* per *ironiam*; quæ alias ام القبور *mater ſepulcrorum*; quia τυμβωρυχεῖ *buſta eruit.* Ejus *diminutivum* reperio in *Diw. Hud.* ſcoptice intortum in noſtrum *Taabbeta Sjerran* a *Kaiſo Ibn Elaizara.*

فَإِنَّكَ إِنْ تَحْدُوكَ أُمُّ عُوَيْمِرٍ ۞

Sane te, ecce propellit te hyænula.

Ubi *Schol.* تسوقك وتتبعك لتاكلك وهذا مثل *impellit & perſequitur te, ut te devoret. Figurate dictum.* Nempe innuit *eum brevi fore occidendum, & Hyænis projiciendum.* In eodem *Diw. Hudeil.* ipſe *Taabbeta.*

لَقَدْ عَلِمَتْ لَتَعْدُوَنَّ عَلَيَّ شِبَمٌ كَأَذْحَسَايِلِ ۞

يَأْكُلْنَ أَوْصَالًا وَلَحْمًا كَالشَّكَاعِي غَيْرَ جَادِلِ ۞

يَا طَيْرُ كُلْنَ فَإِنَّنِي سَمٌّ لَكُنَّ وَذُو دَغَاوِلِ ۞

Sane ſcio, incurſabunt me e nigro variegatæ hyænæ, *ut buculæ. Vorabunt membra, & carnem, teneram ut planta, non intortam. Heus volucres, edite; namque venenum ego vobis; cauſa malorum.*

Ha-

28 Rapacesque alitum cæſpitare, fartis ſuper eos ventribus lapſabundos, nec ſe poſſe levare.

NOTÆ.

Habe & hoc ibidem adjectum, ab ejusdem inimico *Koreimita:*

تَأَبَّطَ سُوْءَةً وَحَمَلْتَ شَرًّا لَعَلَّكَ أَنْ
تَكُونَ مِنَ ٱلْمُصَابِ ۞
لَعَلَّكَ أَنْ تَجِيَّ ٱلْمَنَايَا بِكَ تَسَاقَ
لِغُنْبَةٍ مِنَّا غِضَابِ ۞
فَتُصْبِحَ فِي مَكَرِّهِمْ صَرِيعًا وَتُصْبِحَ
طُرْفَةَ ٱلضُّبُعِ ٱلسِّغَابِ ۞

Taabbeta peſſime, ut geris (Sjerran) *malum, forte exiſtes e percuſſis.*
Forte venient in te fata; propellerisque a viris e nobis ſævis;
Proſtratusque eorum in conflictu, evades ludibrium Hyænarum famelicarum.

Vſ. 28. Conveniens clauſula. *Rapaces alites* addit *convivas, ſaburratos*, ac velut *ebrios ſanguine.* عتاق *plur. fr.* a عتيق *antiquus;* indeque *generoſus, nobilis, excellens.* Hinc porro de *alitum* genere, *rapaces* اكلة الدمان وعافية الجيف *carnivoræ, & paſtæ cadaveribus.* Ita *Tauriz.* تهفو ab eodem expo-

nitur لطير يقال هفت الصوفة في الهواء اذا ارتفعت *volant: dicitur floccus lanæ volitat in aëre, quum attollitur.* Atqui negatur, *eas ſe poſſe levare.* Ergo هفا nunc valet *cæſpitare*, نزل, ut *num.* 4. apud *Golium.* Sic *Hariri Conſ.* 26. ذو تلاف ان هفا خل *qui reſtituit quod cæſpitans offendit amicus.* Nempe بطان *ventribus fartis* finguntur *incedere non poſſe*, ſed *cæſpitare* ſuper *cadaveribus*, quæ *tranſcendant lapſante greſſu.* Hoc ſignatur verbo in *fut.* V. a خطي *paſſum poſuit, eoque progreſſus fuit.* Eſt notio *ſecundaria*, a *motu lubrico*, eodem illo, qui in *labi* obtinebat apud veteres *Latinos*, pro *facili* & *celeri motu ferri:* ut in illo Poëtæ, *labuntur ſidera cœlo;* & *Enniano* hocce, *uncta carina labitur undis:* item, *labitur ſerpens, allabitur, illabitur. perlabitur:* ſub quibus niſi *originem* teneas, in **glippen** ſitam, vim atque indolem Linguæ nullus percipias. Ut autem idem illud *labi*, & *lapſare*, ſe ad *motus* dedit *nimis celeres* ac *lubricos pedis*, unde *lapſus*, & *lapſationes* reſtrictiore uſu; ſic apud *Arabes* etiam خطي eſt *offendit, peccavit in greſſu*, mox per *metaphoram* latius di-

tione

tione ſe ad omnia porrigente. Hanc poſteriorem tamen potentiam aſſignarunt præcipue cognato *Themati* خطا *ult. Aleph* חטא; antiquiſſima ſub خطي *ult.* ي & و regnare juſſa. Inde jam חטא خطاء & חטאה خطاءة, חטאת eſt *peccatum*, *error*, *lapſus*: at חטו خطو & חטוה خطوة eſt *paſſus pedis*, ſpeciatim *grandior*. Hinc in V. تخطي *tranſivit ultra limites*, *transgreſſus eſt fines*: *grandes paſſus fecit lapſabundus quaſi*. Id attenditur in *phraſi* ſignata, تخطي رقاب العباد *tranſcendit lapſabundus colla ſervorum adorantium* in templo: quod *Muhammedes* interdixit: quum ſcilicet aliquis *ſacram ædem* intrans, & cernens *homines ſtratos atque adorabundos*, non verecundatur *ſuper* eorum *capita* pergere, & *vacillaturos facile paſſus ponere*. Arrogans & ſuperbum: unde & in *conſeſſum honeſtum* intrantes, principemque affectantes ſedem, *tranſcendere* dicuntur *colla hominum*. Poſtremum تستنقل in *fut.* X. a קלל قل *levis fuit*; apud *Golium* valet, *extulit ſe in volatu avis*: proprie, *cupivit ſeſe levare*. Vides *alites* eo usque *ſaburratas carne* & *cruore*, ut *ſe levare non poſſint*, atque adeo ne *cupiant* quidem, tententve.

قال

بشامه بن حزن

النهشلي

إِنَّا مُحَيُّوكِ يَا سَلْمَى فَحَيِّينَا
وَإِنْ سَقَيْتِ كِرَامَ ٱلنَّاسِ فَٱسْقِينَا ۞
وَإِنْ دَعَوْتِ إِلَى جُلَّى وَمَكْرُمَةٍ يَوْمًا
سَرَاةَ كِرَامِ ٱلنَّاسِ فَٱدْعِينَا ۞
إِنَّا بَنِي نَهْشَلٍ لَا نَدَّعِي لِأَبٍ عَنْهُ
وَلَا هُوَ بِٱلْأَبْنَاءِ يَشْرِينَا ۞
إِنْ تُبْتَدَرْ غَايَةٌ يَوْمًا لِمَكْرُمَةٍ
تَلْقَ ٱلسَّوَابِقَ مِنَّا وَٱلْمُصَلِّينَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. مُحَيُّوكَ *ſalutantes te.* Eſt *part.* II. ex مُحَيُّونَ pro مُحَيِّيُونَ, ab حَيَّ חיי *vixit:* unde in II. *dixit vivat, ſolenni formula ſalutantium.* Alia item *formula* continetur in سقي *rigavit*, quod ſæpe valet *alicui* سقيا *rigationem apprecatus eſt*, vel *dixit*, سقاك الله *riget te Deus agrosque tuos compluat.*

Vſ. 2.

DIXIT BESJAMA IBN HEZNI NAHSJALITA.

1 Nos quidem ſalutamus Te, o *Selma!* tu vero reſaluta nos:
Quod ſi rigaſti generoſos hominum; at tu riga nos.

2 Et ſi vocaſti ad arduum quid, & prænobile, unquam
Principes generoſorum hominum; at tu nos advoca.

3 Nos ſane Filii ſumus *Nahsjali;* haud alio Patre gloriemur:
Neque ille pro filiis *aliis* vendiderit.

4 Quum propere adſpiratur meta unquam laudis,
Reperias victores e nobis eſſe, & proximos.

NOTÆ.

Vſ. 2. جُلِّي *arduum* & *difficile* negotium. Eſt *compar. fœmin.* ab أَجَلّ, in *Lexico* quidem *major: dignior*; ſed latius ſe præbens ad *omnia*, quæ *mole majore volvuntur.* גלל.

Vſ. 4. Ex *Hippodromo* deſumta vocabula سوابق *curſores primi*, qui omnes prævertant; & مصلين *proximi*

وَلَيْسَ يَهْلِكُ مِنَّا سَيِّدٌ أَبَدًا
إِلَّا ٱقْتَلَبْنَا غُلَامًا سَيِّدًا فِينَا ۞

NOTÆ.

primis. Circum ita aperit *Tauriz.* اسماء خيل الحلبة عشرة لانهم كانوا يرسلونها عشرة عشرة وسمي كل واحد منها باسم فالاول منها السابق وهو المجلي لانه يجلي عن صاحبه والثاني المصلي لانه يضع جحفلته علي صلا السابق والثالث المسلي لانه يسليه والرابع التالي والخامس المرتاح والسادس العاطف والسابع المومل والثامن الحظي والتاسع اللطيم لانه يلطم عن الحجرة والعاشر سكيت لانه يعلوه تخشع وسكوت *Nomina equorum Hippodromi decem ſunt: quoniam ſolebant eos admittere denos, denos: quorum ſinguli ſuo nomine inſigniti. Primus eorum anteceſſor dictus; idemque diſcuſſor, quia diſcutit mœrorem a Domino ſuo. Secundus dorſator, quia imponit labrum ſuum dorſo anteceſſoris. Tertius tranquillator, quia Dominum ſuum conſolatur. Quartus, ſecutor. Quintus, alacer. Sextus, inclinator. Septimus, ſperatus. Octavus, conſors. Nonus, depalmatus, quoniam pugnis percuſſus repellitur a ſtabulo. Decimus, taciturnus: quia obruitur humili ſilentio.* Pulchre *Haririus Conſ.* 14. verbum جلّي hinc traduxit, جل معروفكم وجلي

illu-

5 Neque perit unquam e nobis princeps,

Quin educemus puerum principem in nobis.

NOTÆ.

illuſtre eſt beneficium veſtrum, & *prævertit*; ut equus in *Hippodromo* princeps. Item *Conſ.* 28. حظيت بان جليت في الحلبة *Fortunatus fuiſti*, *quod prævexteris in Hippodromo.* Duo priora non minus jucunde tralata *Conſ.* 23. فبرز الشيخ مجليا وتلاه الفتي مصليا *Emicuitque ſenex ut* equus *anteceſſor*, *eumque eſt ſecutus adoleſcens ut* ſecundus equus *dorſo* prioris *incumbens.*

Vſ. 5. *Tauriz.* يقول لا نخلى من سيد ابدا فاذا هلك سيد خلفه اخر قال اوس ۞

اذا مقرم منا ذرا حد نابه
تخمط منا ناب اخر مقرم ۞

Hoc dicit. Non *caremus unquam principe; quod ſi deceſſerit unus ſuccedit alter: dixit Auſ.*

Quum Admiſſario e nobis (principi) *excutitur dentis acies,*
Deſævit mox dens alteri e nobis Admiſſario.

إِنَّا لَنَرْخِصُ يَوْمَ ٱلرَّوْعِ أَنْفُسَنَا
وَلَوْ نُسَامُ بِهَا فِي ٱلْأَمْنِ أَغْلَيْنَا ۞

بِبِيضٍ مَفَارِقُنَا تَغْلِي مَرَاجِلُنَا
نَأْسُو بِأَمْوَالِنَا آثَارَ أَيْدِينَا ۞

NOTÆ.

Vf. 6. Tauriz. نرخص انفسنا اي بذلناها بالاقدام للقاء كانها رخيصة ولاكنها يوم الامن غالية رفيعة القدر ومثل هذا قوله ۞

نعرض للسيوف اذا التقينا نفوسا لا تعرض للسباب ۞

Viles facimus animas noſtras, id eſt, projicimus eas audacter pergendo in prælium: tanquam ſi vilis pretii forent. At eædem tempore pacis caræ ſunt, & pretioſiſſimæ. Simile hoc alterius.

Objicimus gladiis, quum prælio concurrimus, animas nulli probro objiciundas.

Vf. 7. Tauriz. ويروي ببيض مفارقنا وهي الوجوه والمراد بذلك نقاء العرض وانتقاء الذم والعيب *ſcribitur etiam, candentes conſpectus noſtri, id eſt facies; quo denotaretur nitens famæ puritas, & emundatio vituperii vitiique.* Pergit idem. والاشهر ببيض مفارقنا ويجوز ان يكون

6 Nos ſane viles projicimus die prælii animas noſtras;
Sed ſi pretium poſcamur pro iis in pace, care licemur.

7 Candentes noſtri vertices; ahena noſtra bulliunt;
Sanamus noſtris opibus noſtrarum vulnera manuum.

NOTÆ.

يكون المراد به ابيضت مفارقنا من كثرة ما نقاسي من الشدايد كما يقال امر يشيب الذوايب ويجوز ان يريد انحسار الشعر عن المفارق لكثرة لبس المغافر ويكون هذا كقول الاخر ۞

قد حصت البيضة راسي فما اطعم نوما غير تهجاع ۞

وعلي هذا تكون المراجل كناية عن الحروب كقول الاخر ۞

نفور علينا قدرهم فنديمها ونفثاها عنا اذا حميها غلا ۞

ويجوز ان يكون المراد ببيض مفارقنا مشيبنا مشيب الكرام لا مشيب اللئام كما انشد ابن الاعرابي في نوادره ۞

لَوْ كَانَ فِي الْأَلْفِ مِنَّا وَاحِدٌ فَدَعُوا
مَنْ فَارِسٌ خَالَهُمْ إِيَّاهُ يَعْنُونَا ۞

NOTÆ.

وشيب مشيب العبد في نقرة القفا
وشيب كرام الناس فوق المفارق ۞

وعلي هذا يجوز ان تكون المراجل قدور الضيافة *Receptissimum tamen est, candentes noſtri vertices, quod* 1. *ita exponi poteſt; albicant noſtri vertices præ multitudine rerum durarum quas toleravimus, quemadmodum dicitur, negotium quod caneſcere facit etiam propendulos in frontem crines. Fieri poteſt* 2. *ut innuat defluvium capillorum a verticibus ex frequentia induendi galeas: atque id foret ad inſtar dicti ab alio:*

Sane deraſit galea caput meum; neque ſomnum guſto ſine vigilia.

Hoc autem adſpectu, abena noſtra bulliunt, circumſcriptio eſſet bellorum; prout alius dixit.

Ebullit ſuper nos olla eorum, at nos ſedamus eam
Confutamusque eam a nobis, quum fervor ejus tumuit.

Poteſt & 3. *ut, candent noſtri vertices, notet; canicies noſtra, canicies eſt nobilium, non canicies ignavorum: in quem ſenſum citavit Ibn Alarabi, in dictis ſuis rarioribus.*

Canicies incaneſcentis ſervi in cervicis foſſula
Canicies vero nobilium ſuper verticibus.

Hoc adſpectu, abena noſtra bulliunt redibit ad ollas hoſpitalitatis. Habes diſcuſſionem magno critico dignam; cum quo rem

8 Si fuerit mille inter vel noſtrorum unicus, clamentque
Quis eques! exiſtimet ſe eſſe quem intenderint.

NOTÆ.

rem in medio poſſem relinquere, niſi hac in ſerie multum præponderaret medium illud, bellicum ſpirans vigorem ardoremque, quem nihil infringat, aut reſtinguat. Huic uſui dicatum inter *Arabes* emblema *ollæ bullientis*. In *Diw. Hud.*

والحرب عرست بالحرب والتهبت
وجاش مرجلهم من بعد ايقاد ۞

Et bellum incubuit bello, inflammatumque eſt;
Bullivitque ahenum eorum, poſtquam ſuccenſum eſt.

Item:

لما رايت بني عدي مرّحوا
وغلت حوانبهم كعلي المرجل ۞

Quum cernerem Aditas *prælii in campo exultare,*
Eorumque latera bullire prout bullit ahenum.

Iterum:

لو غير سهم سبني جاش مرجلي ۞

Si alius quam Sahmus *me appetiviſſet; bulliret ahenum meum.*

Confer סיר נפוח *ollam fufflatam*, *Jer.* 1: 13. Hoc nunc intendi, oſtendit quod ſubdatur, *ſanamus opibus* vel *gregibus noſtris vulnera noſtrarum manuum:* hoc eſt, *ſolamur eos quorum patres, fratresque, trucidavimus, miſſis camelis loco piaculi.*

Vſ. 8. *Tauriz.* هذا مثل قول طرفه
اذا

إِذَا ٱلْكُمَاةُ تَنَحَّوْا أَنْ يُصِيبَهُمْ
حَدُّ ٱلظُّبَاةِ وَصَلْنَاهَا بِأَيْدِينَا ۞

لَا تَرَاهُمْ وَإِنْ جَلَّتْ مُصِيبَتُهُمْ
مَعَ ٱلْبُكَاءِ عَلَى مَنْ مَاتَ يَبْكُونَا ۞

وَنَرْكَبُ ٱلْكَرَّةَ أَحْيَانًا فَيُفْرِجُهُ
عَنَّا ٱلْحِفَاظُ وَأَسْيَافٌ تُوَاتِينَا ۞

NOTÆ.

اذا القوم قالوا من فتى خلت انني
عنيت ولم اكسل ولا اتبلد ۞

Simile hoc dicto Taraphæ, *in* Moallek.

Quum populus dicit, quis Vir! existimo me esse
Qui intendar; neque segnem ago, aut stupidum.

Addit & hoc

اذا القوم قالوا من فتى لعظيمة
فما كلهم يدعي ولاكنه الفتى ۞

Quum

9 Quum panoplitæ declinant, ne feriat eos
Extremitas cuſpidis, nos manibus eam noſtris admovemus,

10 Non cernas eos, *noſtros*, etiamſi gravis volvatur ipſis clades,
Cum plorantibus ſuper eos qui occubuere, plorare.

11 Nempe & equitamus nonnunquam moleſtum quid, ſed diſcutit id
A nobis fervor generoſus, enſesque noſtri ſocii.

NOTÆ.

Quum populus dicit, quis Vir! ad arduum quid;
Tum non omnes vocantur; ſed hic iſte Vir eſt.

Reperio etiam in *Hamaſ.* noſtro

هو الفتى كل الفتى ﷺ

Ille Vir eſt, omnis inquam *Vir.*

Id eſt, *qui omnium virorum locum unus impleat.* Proprie, *univerſitas viri.*

قال

سموءل بن عاديا

السهودي

اذا المرء لم يدنس من اللوم عرضه
فكل رداء يرتديه جميل

NOTÆ.

Vſ. 1. *Tauriz.* اللوم ضد الكرم اسم لخصال تجتمع وهي البخل واختيار ما تنفيه المروءة والصبر واصله من الالتيام وهو الاجتماع وانما سمي لتيئما لاجتماع هذه المعايب فيه *Forma* لوم *contrarium notat* كرم *generoſæ nobilitatis, ac liberalitatis; eſt appellatio qualitatum differentium, quia in unum congruunt, ut avaritia, & alia quæ quis ſequitur, repugnantia virili indoli & magnanimitati. Ejus radix, ſive origo, a colligendo; quoniam hæc vitia in eo colliguntur & congruunt.* Non ſolito ſibi acumine uſus noſter *Criticus*; nam cum لام valet *congruit*, & *convenit in unum*, id *ſecundario* tantum valet, ex *primario*, *appactus*, *compactus*, *conglutinatus fuit.* Inde directe *appactum eſſe*, eſt, *ſordibus avaritiæ & illiberalitatis omnis concretum eſſe*, *iisque quaſi agglutinari.* Alio flexu *conglutinari*, eſt *concordare*, *conſenſione quaſi compingi.* Inde לאם *conglutinatio*; itemque *natio fœderata.*

Me-

DIXIT SAMUEL IBN ADIA JUDÆUS.

1 Quum viri non ſpurcatur per ſordes exiſtimatio,
Tum omnis veſtis quam induit honeſtiſſima eſt.

NOTÆ.

Meliore judicio ſequentem phraſin idem Commentator enucleavit: الرداء هنا مستعار وقد قيل رداه الله رداء عمله وهو كناية عن مكافاة العبد بما بعمله كما جعله هذه الشاعر كناية عن الفعل نفسه وتحقيقه اي عمل عمله بعد تجنبه الملوم كان حسنا *Veſtimentum heic loci figuratum eſt, prout dicitur, veſtivit eum veſtimento operis ejus; quæ eſt circumlocutio, cuique rependendum ſecundum id quod patrat. Hic autem Poëta opus ipſum nunc circumloquitur; eſtque genuinus ſenſus; quicquid faciat homo, ubi effugerit ſemel ſordes vitiorum, pulchrum & honeſtum eſt.* Ne hoc quidem interim ſatis planum, ac diſtinctum. Non enim *opus* hominis, ſed *conditio*, & *fortuna* deſignatur. Nempe *paludamenta*, *trabeæ*, *prætextæ*, figuram præbent dignitatum eminentium. *Toga* civem, *ſagum* militem; *ſemicinctium* pingit ſervum. Id ergo

وَانْ هُوَ لَمْ يَحْمِلْ عَلَي ٱلنَّفْسِ ضَيْمَهَا
فَلَيْسَ إِلَي حُسْنِ ٱلثَّنَاءِ سَبِيلُ ۞

تُعَيِّرُنَا أَنَّا قَلِيلٌ عَدِيدُنَا
فَقُلْتُ لَهَا إِنَّ ٱلْكِرَامَ قَلِيلُ ۞

وَمَا قَلَّ مَنْ كَانَ بَقَايَاهُ مِثْلَنَا
شَبَابٌ تَسَامَي لِلْعُلَي وَكُهُولُ ۞

NOTÆ.

go vult Poëta, omnem *fortunam* esse *honestissimam* ei qui *honestatem* colit; sine qua ne eminentissima quidem dignitas aliquem *honestare* valeat.

Vs. 2. *Tauriz.* اصل الضيم عدول عن الحق يقال ضامه اذا عدل به عن الطريق ومنه قيل قعد في ضيم الجبل اي في ناحية تعدل اليه وكذلك هضم الوادي من هضم اي ضام ومعني البيت ان لم يصبر النفس علي مكارهها *Origo vocabuli* ضيم *est deflexio a via, ut dicitur* ضامه *pro deflexit cum eo a via. Inde etiam dicitur, consedit in* ضيم *montis, id est latere, ad quod deflectitur. Cognatum* هضم *in flexu vallis, a verbo* هضم quod *idem cum* ضام.

Sen-

2 Et ſi is non ſuſcipit ſuper animam injurias,
Tum nulla ei ad pulchritudinem laudis via eſt.

3 Exprobrat illa nobis, nos paucos eſſe numero,
At dixi illi, ſane nobiles pauci ſunt.

4 Et pauci non ſunt, quorum, ad noſtrum inſtar, reliquiæ;
Adoleſcentes qui concertant de celſitudine, & adultiores.

NOTÆ.

Senſus verſiculi: ſi quis non patientem præſtet animam adverſus incommoda fortunæ. Augeatur *Lexicon Golii* hac *proprietate*, unde ضيم vim *injuriæ* & *oppreſſionis* adſcivit.

Vſ. 3. Apparet exprobratam fuiſſe Poëtæ a muliere quadam paucitatem familiæ, ac cognationis: quam jucundo aculeo confutat.

Vſ. 4. تسامي *concertant*, poſitum pro تتسامي 3. *fœm. ſing. fut.* VI. ſolenni conſtructione; & formatione, quæ fit بحذف احدي التائين *uno* Te *abjecto*, ut monet *Tauriz.* Radix שמה سمي *altus fuit, eminuit.* Inde in III. سامي *contendit de altitudine*; & in VI. *Concertarunt de ea inter ſe.* شباب *adoleſcentes*, eſt *plur. fr.* a شَابٌّ, quod eſt *part. præſ.* a شبّ *flagravit*; quaſi *flagrantem* dicas; ut شباب eſt *flagrantia*; quod pro *flagrantibus* & *vigentibus ætate* frequentatur, at-

وَقَـــايِـــلَـــةٍ مَـــا بَـــالُ أُسْـــرَةِ عَـــادِيَـــا
تَـنَـــازَي وَفِـــيـهَـــا قِـــلَّـــةٌ وَخُـــمُـــولُ ۞

مَـــا ضَـــرَّنَـــا أَنَّـــا قَـلِـيـلٌ وَجَـــارُنَـــا
عَـــزِيـــزٌ وَجَـــارُ ٱلْأَكْـثَـــرِيـــنَ ذَلِـيـلُ ۞

لَـنَـــا جَـبَـــلٌ يَـحْـتَـلُّـهُ مَـــنْ نُـجِـيـرُهُ
مَـنِـيـعٌ يَـــرُدُّ ٱلطَّـرْفَ وَهْـوَ كَـلِـيـلُ ۞

NOTÆ.

que ita *collective* vim *plural. fracti* induit. Eadem ratio كُهُول, *plur. fr.* a كَهْل *qui plane adulta*, vel jam *provecta*, *eſt ætate*. Terminus ad annum LI. excurrit. Appellatio ducta a *planta*, تم طوله وظهر نوره *cujus adulta proceritate*, *flos albicare incipit*: id in VIII. eſt اكتحل; ut in I. habes وخطه الشيب *albicantis pili mixtura tinxit eum canicies*. Proverbiale illud a *Golio* noſtro appoſitum طار له طاير كهل *felix proſperque fuit in hac vita*; ad verbum ſonat, *volavit ei avis*, οἰωνὸς, *talis viri provectioris*.

Vſ. 5. Altera inſtantia inimicæ, ſtirpem *Adiæ* temnéntis. قلة jam eſt *tenuitas* ac *vilitas*. خمول *obſcuritas inglori.i*: a *primaria* notione *molleſcendi*. تنازي iterum pro تتنازي in *fut.* VI. verbi نزي *ſaliit*, *exiluit*; *emicuit*.

5 Quod dicat eadem, quid mentis ſtirpi *Adiæ*,
Quum de gloria contendat, quæ vilis ſit & ingloria.

6 Non nocet nobis vilibus eſſe, quum cliens noſter
Honoratus ſit, ubi cliens plurimorum vileſcit.

7 Nobis mons, quem inſidet cujus clientelam ſuſcipimus
Inacceſſus, qui repellat aciem oculorum, & quidem hebetatam.

NOTÆ.

נזה. Hinc in VI. *Emicuerunt inter ſe, de gloria contendentes.* Inferatur & hoc *Lexico Goliano.*

Vſ. 6. Scomma in ſe, ut *Judæum*, conjectum, cum dignitate repellit. قليل jam non *paucus*, ſed *vilis*, a *primaria* virtute *levis.* Illud, *non nocet nobis vilibus eſſe*, ſub *ironia* accipiendum; qua veluti amentatum in calumniatricem telum retorquetur.

V. 7. Venuſtiſſima *allegoria*; ad quam ita *Taurizius.*

مثله قول الشاعر ۞

لنا هضبة لا يدخل الذل وسطها ۞
ويأتي اليها المستجير لبعصما ۞

واراد بذكر الجبل العز والسمو والمنعة

Simile huic illud Poëtæ.

No-

هُوَ ٱلْأَبْلَقُ ٱلْفَرْدُ ٱلَّذِي سَارَ ذِكْرُهُ
يَعِزُّ عَلَى مَنْ رَامَهُ وَيَطُولُ ✡
رَسَا أَصْلُهُ تَحْتَ ٱلثَّرَى وَسَمَا بِهِ
إِلَى ٱلنَّجْمِ فَرْعٌ لَا يُنَالُ طَوِيلُ ✡

NOTÆ.

Nobis collis eſt, in quam non ſubit vilitas;
Ad quem tendit protectionis indigus, ut tutus ſit.

Intelligit ergo per montem, gloriam & celſitudinem & inacceſſam dignitatem. Adjecit tamen ظن ان هذا الجبل هو حصن السموءل الذي يقال له الابلق الفرد وفي بعض الروايات بيت *putatur hunc montem eſſe arcem Samuelis noſtri, qui vocatur Alablak alpherd: comparetque in quibusdam editionibus integer verſus.* Nempe in *Editione Taurizii* non extat ſequens *verſiculus;* quem completius noſtrum MS. exhibet. Laudatur quoque ab *Abulfeda* in *Deſcriptione Arabiæ:* ut dubitari nequeat, quin eo alluſum fuerit; manente interim ſenſu illo *Allegorico* & ſublimiore, quem indicavimus. *Repellere aciem oculorum* dicuntur *præcelſa, quæ viſu attingere non ſit; quin ad quæ laſſatus retundatur atque hebeſcat viſus,* كليل *hebes; obtuſus;* proprie *complicatus:* ut διπλωθεὶς Ita *Plut.* in *Cam. Enſes* ἐδιπλοῦντο, *complicabantur.* Eadem origo כל כל *omnis, univerſitas complicata quaſi* undique, *ac convoluta.* Sic *harmonia Dialectorum* enitescit.

Vſ. 8. Nomen proprium hujus *Arcis* الابلق *Ala-*

bla-

8 Is eſt albo nigroque variegatus ille, unicus, cujus pervagata fama eſt:
Difficilis adſcendere cupienti, & proceriſſimus.

9 Sidit radix ejus infra terram, eundemque evexit
Ad ſtellas vertex qui attingi nequeat, præcelſus.

NOTÆ.

blako, quod *variegatum* ſonat; & quidem ſpeciatim *albo nigroque*. In *Lexico Geograph. Jakuti* id nominis ei inditum dicitur, quod في بنايه بياض وحمرة *in ſubſtructione album rubrumque conſpiceretur*. Situs inter *Hisjazam* & *Syriam* prope *Taima* ei aſſignatur. Thema بلق multis notionibus graviſſimis fœtum eſt. Communis omnium copula, & *origo*, *crepuit*; *diſploſit cum crepitu*. Inde *variegari coloribus*, quaſi *diſcrepare*; & *maxima diſtantia unius ab alio diſplodi*. Eſt etiam *effringere cum diſploſione & crepitu*. Hoc in *Bibliis* בלק. Ejusdem Arcis titulo additum الفرد *Alpherdo*, vel ut vulgus reſonat, *Alpharad*, i. e. *ſingularis*; *Phœnix*. Sequentia, cum literali adſpectu *difficillimi adſcenſus*, offerunt *allegorice* quoque *invictam* & *inviolabilem dignitatem*.

Vſ. 9. Continuatur *allegoria*, atque vibrantibus coloribus illuminatur. *Radices montis* altiſſime *jactæ*, & *depactæ*, ſignant *antiquiſſimæ familiæ inconcuſſam firmitatem*. فرع طويل *vertex capitis*, itemque *ramus arboris ſuperior*, & *prælongus*, *ad ſtellas evectus*, atque *montem* huncce ſuum *evehens* ſimul, figurat *Domum Adiæ*, quæ hac in gente, ac familia *Judaica*, dignitate præmineat.

وَإِنَّا لَقَوْمٌ مَا نَرَى ٱلْقَتْلَ سُبَّةً
إِذَا مَا رَأَتْهُ عَامِرٌ وَسَلُولُ ۞

يُقَصِّرُ حُبُّ ٱلْمَوْتِ آجَالَنَا لَنَا
فَنَكْرَهُهُمْ آجَالَهُمْ فَنَطُولُ ۞

وَمَا مَاتَ مِنَّا سَيِّدٌ حَتْفَ أَنْفِهِ
وَلَا طَلَّ مِنَّا حَيْثُ كَانَ قَتِيلُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 10. Bonæ frugis obſervatio *Tauriz.* كان الوجه ان يقول ما يرون جنني يرجع الضمير الي القوم لكنه لما علم ان المراد بالقوم هم قال ما نري *Facies, ſive ordo, erat ut diceret, non judicant, ut ſenſus redeat ad gentem; ſed quum ſciret per hanc gentem intendi ſuos, dixit potius, non judicamus.* Talia paſſim occurrunt, ubi quum *tertia* ponenda fuiſſet, *prima perſona* reſumitur. Vide ad *Job.* XIX: 28. Ad reliqua ſic *Tauriz.* يقول اذا حسب هولاء القتل عارا وسبة عده عشيرتي فخرا *Hoc dicit illi, (Amintæ & Seboulitæ) occumbere in prælio turpe putant, & infame: at Tribus mea id cenſet glorioſum.*

Vſ. 11. Ex *Tauriz.* plenius percipietur. يقول انهم يعتطبون

10 Et ſane nos gens ſumus, qui non judicamus dedecus occumbere,

Quod quidem *Amiri* & *Selouli* gens judicat.

11 Admovet amor mortis noſtros nobis terminos;
At ipſorum illos termini averſantur, & longiſſimi ſunt.

12 Neque e nobis princeps fato naſi moritur,

Et tamen rorare ſanguis occiſi haud ſinitur.

NOTÆ.

يعتطبون لافتحامهم المنايا ولاكن هولاء يعمرون لمجانبتهم الشر *Id vult, ſuos integros & valentes rapi, eo quod irruant in fata: at illis ætatem prorogari, quod periculum refugiant.* Adjice aculeatum hocce: *mortem vix tales tamque ignavos falce ſua dignari.*

Vſ. 12. Iterum *Tauriz.* يقول انا لا نموت ولاكن نقتل ودم القتيل منا لا يبطل اي يبطل *id dicit, nos profecto non morimur, ſed occidimur; ſanguisque occiſi e nobis non ſinitur rorare*; id eſt *inultus fluere.* Phraſis ſuperius explicita. Ad *fatum naſi ſui* hæc habe, تحقبقه حتف انفه كان حتفه بانفه اي بالانفاس خرجت من انفه عند نزوع الروح لا دفعة واحدة ويقال خص الانف به لانه من جهته ينتقضي

تَسِيلُ عَلَي حَدِّ ٱلظُّبَاةِ نُفُوسُنَا
وَلَيْسَتْ عَلَي غَيْرِ ٱلظُّبَاةِ تَسِيلُ ۞

صَفَوْنَا فَلَمْ نَكْدُرْ وَأَخْلَصَ سِرُّنَا
إِذَاتُ أَطَابَتْ حَمْلَهَا وَفُحُولُ ۞

عَلَوْنَا إِلَي خَيْرِ ٱلظُّهُورِ وَخَطَّنَا
لِوَقْتٍ إِلَي خَيْرِ ٱلْبُطُونِ نُزُولُ ۞

NOTÆ.

يَنْقَضِي الرَمَق *Genuina ſtructura exigit, cujus fatum in naſo ejus peragitur, hoc eſt, flatibus qui e naſo exeunt, dum animam agit: non uno ſolo impetu. Dicitur quoque, naſum ſpeciatim adhibitum, quia per eum finitur extremus tandem halitus.* Res eodem redit.

Vſ. 13. Pulchra & animoſa *phantaſia*, qua inducuntur *animæ fluentes ſuper extremitate mucronum, enſiumve; quæ abnuant alibi effluere*, veluti *hanc unam ſedem ſe dignam* reputantes, de eaque lætantes quaſi, ac gloriantes. نفوس *animæ*, pro *ſanguine vitali* hic ponuntur. Nil in Sacris protritius.

Vſ. 14. *Tauriz.* اي صفت انسابنا ولم يشبها كدر *ſenſus eſt, nitida ſunt noſtra ſtemmata, neque ulla fuſcitas commiſcuit ea ac conturbavit.* Item, السر هنا الاصل الجيد

Vox

13 Fluunt ſuper extremitate mucronum noſtræ animæ

Neque uſpiam niſi ſuper mucronibus effluunt.

14 Nitidi ſumus, nec fuſcamur; namque puram extraxere noſtram proſapiam
Mulieres nobilem geſtantes uterum, & nobiles admiſſarii.

15 Conſcendimus lectiſſima dorſorum terræ, & demittit nos
Aliquando ad lectiſſima ventrium terræ deſcenſio.

NOTÆ.

Vox سرى *nunc deſignat proſapiam nobilem.* Apud *Golium* habes, *decus & ornamentum proſapiæ:* nec non, *potior & interior pars* vallis. Hoc poſtremum ab *umbilico* translatum, ut apud *Cic. umbilicus Siciliæ:* & ὄμφαλος τῆς γῆς paſſim apud *Græcos.* Etiam *proſapiam* inde pendere ſuſpicor. De فحول *admiſſarii nobiles; & principes præcellentes;* actum ſupra.

Vſ. 15. Figuræ ſatis bellæ, ظهور الارض *dorſa terræ*, ſunt *loca celſa & eminentiora*, quæ *conſcendiſſe* dicitur, qui *tutus eſt ab incurſu hoſtili*, quin & *hoſtibus ſuis terrorem incutit*, iis *imminens* atque *incumbens.* Ei adjecti *ventres terræ*, depingunt *loca commoda, mollia, late* ac *lætevernantia;* qui & *umbilici terræ* dicti; ubi omni *copia rerum lautarum circumfluitur.* Prius in Sacris דרך על במתי ארץ eſt *celſa terræ calcare:* poſterius, *occupare* מושבי ארץ

فَنَحْنُ كَمَاءِ ٱلْمُزْنِ مَا فِي نِصَابِنَا
كَهَامٌ وَلَا فِينَا يُعَدُّ بَخِيلُ ۞

وَنُنْكِرُ إِنْ شِئْنَا عَلَى ٱلنَّاسِ قَوْلَهُمْ
وَلَا يُنْكِرُونَ ٱلْقَوْلَ حِينَ نَقُولُ ۞

NOTÆ.

ſedentia τὰ καθημένα *terræ*; quæ *molliter ſedent*, ſimulque *jucundam ſedem præſtant*. Vide *Eſech* XXXIV: 13.

Vſ. 16. Appoſite *Tauriz.* شبه صفاء انسابهم بصفاء ما المطر ويجوز ان يريد السخاء اي نحن كالغيث ننفع الناس وسمي المنذر ماء السماء لانه كان يكفي الناس اذا احدبوا

Aſſimilavit puritatem proſapiæ ipſorum puritati aquæ pluviæ. Poteſt etiam, ut intendat liberalitatem; ac ſi dicat; nos ſumus inſtar pluviæ, utiles hominibus. Ita appellatus Almondirus Rex *aqua cœleſtis; quoniam ſufficiebat egeſtati hominum, quum ſterilitate laborarent.* Utrumque conjungendum cenſeo; quin *aquæ cœleſtes* figurant *cœleſtem* & *Divinam* quandam *originem*, cujus *benigno influxu* genus humanum *irroretur*, atque ad omnem virtutem *fœcundetur*. Quid *Judæus* homo inter *Arabes* innuere, & inſinuare, voluerit, neminem fugere poteſt. Non poſſum quin ſubnectam *Criſin*, in hunc verſiculum deſtrictam ab *Abu Hilal*, apud *Tauriz.* هذا البيت معيب لان الكهام والمضاء

16 Sane nos tanquam aqua nubium; non eſt in ſtirpe noſtra

Obtuſus; neque numeratur inter nos ſordidus.

17 Et improbamus, ubi volumus, aliorum dicta hominum,

Qui improbare noſtra dicta non ſuſtinent.

NOTÆ.

والمضاء ليس من ماء المزن في شي وكان ينبغي ان يقول ۞

نحن كماء المزن صفاء اخلاق وبذل اكفّ ۞
ونحن سيوف لا يعتريها كهوم ولا يشينها كلول ۞

Hic verſiculus vitioſus eſt, quoniam obtuſio, & acies ſecans, nihil ad aquam nubium: opertuit ut dixiſſet;

Nos tanquam aqua nubium ſumus puritate indolis, & liberalitate manuum.
Et gladii ſumus, quos non invadit obtuſio, nec vitiat hebetudo.

Naſuta cenſura: obtuſa correctio; quæ nervum elidit huic ſignantiſſimo verſui. Illa *puritas indolis* & *manuum liberalitas*, ultro in *Emblemate* pulcherrimo continebatur; nec a *Poëta* exprimi debebat. *Obtuſus* & *ſordibus* ſeſe referunt ad *indolem*, non ad *aquam nubium*, in qua cavillabatur *Criticus*: atque comparationem non deſtruunt, ſed complent.

Vſ. 17. Eminentis dignitatis characteres: quibus & *Jo-*

bus

اِذَا سَيِّدٌ مِنَّا خَلَا قَامَ سَيِّدٌ
قَؤُولٌ لِمَا قَالَ ٱلْكِرَامُ فَعُولُ ۞

وَمَا أُخْمِدَتْ نَارٌ لَنَا دُونَ طَارِقٍ
وَلَا ذَمَّنَا فِي ٱلنَّازِلِينَ نَزِيلُ ۞

وَأَيَّامُنَا مَشْهُورَةٌ فِي عَدُوِّنَا
لَهَا غُرَرٌ مَعْلُومَةٌ وَحُجُولُ ۞

NOTÆ.

bus uſus, *Cap.* XXIX: 20, 21, 22. *Tauriz.* hic appoſuit هذا كقول الاخر ۞

وما يستطيع الناس عقدا يشده
وينقضه منهم وان كان مبرما ۞

Neque ullus hominum potis eſt nodare; ut ille ligat;
Neque item ſolvere vel nodoſiſſime tortum.

Vſ. 19. *Tauriz.* اراد نار الضيافة اي نديم ايقادها ولا نطفاء دون طارق ليل
Innuit ignem hoſpitalitatis; q. d. eum luculentum accendimus totam noctem, neque reſtinguimus unquam pro hoſpite nocturno. De *igne hoſpitalitatis*, quem *ſuper collibus lucere* jubebant *de nocte* divites, & liberaliores; ad *Haririum* nonnulla in medium tuli.

Vſ. 20. Celſiore cothurno aſſurgitur. Eum ita explanat

18 Quum princeps e nobis deceſſit, ſurgit princeps

Qui & dicat quod generoſi, & faciat.

19 Neque extinguatur nobis ignis pro nocturno hoſpite;

Neque vituperarit nos ullus diverſantium.

20 Dies quoque noſtri noſtro in hoſte nobilitati ſunt,

Candidiſſimis notis inſigniti atque præluſtres.

NOTÆ.

وقعاتنا مشهورة في اعدائنا nat *Tauriz.*
فهي بين الايام كالغر المحجلة
بين الافراس والحجل اصله الخلخال
فلما كان البياض في موضع
الخلخال سمي الفرس محجلا

Colliſiones præliorum noſtræ nobiles ſunt in hoſtibus noſtris, ad inſtar candidis notis in fronte, itemque in pedibus inſignitorum equorum. Vox حجل *proprie periſcelis, ſive ornamentum inferioris tibiæ: ſi ergo candicans nota iſtum pedis locum inſigniverit, equus ille periſcelide ornatus dicitur.* Eadem figuratio in غُرّ *plur. fr.* ab أَغَرّ *candidam in fronte maculam habens* equus: quod a غُرَّة, *candor, candicans macula in fronte equi.* Hæc jam biga ab *equis* talibus, quibus nihil nobilius illuſtriusque cenſetur, permiſſa, ad omnia quæ *illu-*

وَأُسْيَافُنَا فِي كُلِّ شَرْقٍ وَمَغْرِبٍ
بِهَا مِنْ قِرَاعِ ٱلدَّارِعِينَ فُلُولُ ۞

مُعَوَّدَةٌ أَنْ لَا تُسَلَّ نِصَالُهَا
فَتُغْمَدَ حَتَّى يُسْتَبَاحَ قَبِيلُ ۞

سَأَلِي إِنْ جَهِلْتِ ٱلنَّاسَ عَنَّا وَعَنْهُمْ
وَلَيْسَ سَوَاءً عَالِمٌ وَجَهُولُ ۞

NOTÆ.

ſtri modo eminent ac *præfulgent.* In *Diw. Hud.* eodem cothurno *Omaija.*

اذا راعكم يوم اغرّ محجل ۞

Quum conterruit vos dies in fronte, in pedibus, candicans.

Id eſt, *victoriis noſtris inſignitus.* In *Hamaſ.* quoque *Zophar Ibn Elharith.*

كذبتم وبيت الله لا تقتلونه
ولما يكن يوم اغر محجل ۞

Mentiti eſtis, per Ædem Dei! non occidetis eum;
Neque ſane exiſtat dies in fronte, in pedibus, candicans.

Apud *Haririum Conſ.* 30. pulchre عقد هذا العقد المحجل.

21 Gladiique noſtri per Occidentem, per Orientem, quaquaverſum,

Ex contundendis loricatis crenatim inciſi ſunt.

22 Aſſuefacti ut non evaginentur eorum mucrones

Atque recondantur; donec promiſcua agminum cædes facta ſit.

23 Interroga, ſi ignara ſis, homines de nobis, deque ipſis;

Namque neutiquam gnarus ignarusque æquales.

NOTÆ.

المبجل في هذا اليوم الاغر المحجل *Nodus huic venerabilis*, matrimonii, *adſtrictus eſt die hocce candidis frontis & pedum notis inſignito.* Iterum *Conſ.* 49. اوقاتهم غر محجلة *tempora eorum in fronte, in pedibus, candicantia.* Ad *homines virtute illuſtres*, & *ſanctos* transferri etiam, monuit *Golius.* Ita *Alkaswin. Muhammedem* laudat, qui fuerit القايد الغر المحجلين الي جنات النعيم *Dux candicantium, in fronte, in pedibus, virorum, ad hortos paradiſi.* Item in *Hiſt. Tamerl. pag.* 3. فغسل بسيفه الطغيان كل اغر محجل *Lavitque gladio ſuæ tyrannidis omnem candicantem in fronte, in pedibus*; i. e. *quicquid illuſtrium ac ſanctiſſimorum virorum.*

Vſ. 24. De *mola belli*, ac *præliorum*, redeatur ad *pag.*

فَإِنَّ بَنِي ٱلدَّيَّانِ قُطْبٌ لِقَوْمِهِمْ
تَدُورُ رَحَاهُمْ حَوْلَهُمْ وَتَحُولُ

NOTÆ.

328. قطب *ferrum circa quod convertitur mola. Axis, polus.* In *Nawab.*

لا تصلح الامور الا باولي الالباب
والارحاء لا تدور الا علي الاقطاب

قال

عمرو بن معدي كرب

لَبْسُ ٱلْجَمَالِ بِمِبْزَرٍ فَٱعْلَمْ وَإِنْ رُدِّيتَ بُرْدَا
إِنَّ ٱلْجَمَالَ مَعَادِنٌ وَمَنَاقِبٌ أَوْرَثْنَ مَجْدَا

NOTÆ.

Vſ. 1. Lucem feret *Tauriz.* يقول اعلم ان الجمال ليس بما تلبسه من الثياب وكانوا ياتزرون ببرد ويرتدون باخر ويسميان حلة باجتماعهما *Id dicit: ſcito decus haud conſiſtere in veſtibus quibus induaris. Solebant nempe cingere ſe veſte ſtriata, atque amicire altera; quæ junctim appellantur Hul-*

24 Sane *Daijanitæ* polus ſiæ genti ſunt,

Circa quos verſatur mola eorum ac gyrat.

NOTÆ.

Res non ſuccedunt, niſi per cordatiſſimos:
Et molæ non gyrant niſi ſuper axibus.

Plura ibi ſubtexui ad *pag.* 183. *Et* valet *ut*; quod in figurato ſtylo decorum, ac grande.

DIXIT
AMROU IBN MAADI CARB.

1 Non conſiſtit decus in cingulo; ſcito id; utque ſtriata veſte orneris.

2 Utique decus præſtant venæ nobiles; & virtutes, quæ hereditatem tradant gloriam.

NOTÆ.

Hulla ſive Hilla. Vides cur حلة apud *Golium* exponatur *ſuccinctorium*; &, *veſtis externa pallii inſtar, ſtola. chlamys.*

Vſ. 2. Iterum *Tauriz.* المعادن الجواهر يعني الاصول الكريمة واصل المعدن من عدن بالمكان اذا اقام به وقيل من عدنت المعجن

أَعْدَدْتُ لِلْحَدَثَانِ سَابِغَةً وَعَدَّاءً عَلَنْدَا ۞

نَهْدًا وَذَا شُطَبٍ يَقُدُّ ٱلْبَيْضَ وَٱلْأَبْدَانَ قَدَّا ۞

وَمُثَقَّفًا تَرِصًا إِذَا يَمَّمْتُهُ ٱلْأَقْرَانَ سَدَّا ۞

NOTÆ.

معادن *Vox* الحجر اذا قلعته *notat mineras pretiosas; intendit autem radices nobiles. Thema ejus,* عدن *quatenus valet fixum alicubi locum tenuit. Dicitur ab aliis, ab eodem themate, qua notat, vellere lapidem.* Ad المجد الشرف والرفعة مجد hæc habet وبه سميت الارض المرتفعة مجدا ويجوز ان يكون اصله الكثرة من قولهم امجدت الدابة علفا اي وسعته لها *Vox* מגד *est celsitudo gloriæ, & elatio; ut terra elatior appellatur* מגד. *Licet etiam deducas a copia, prout dicunt, pabulum jumento* אמגדת *large & copiose præbui.* Connixit acies viri: nam gloſſa illa IV ſpeciei proprie ſonat, *virenti pabulo ſatiavit* jumentum a מגד מגד *virenti pabulo ſatiari.* Hinc *origo* relucet; quæ eſt *turgere.* Indidem ortæ illæ poteſtates *tumere*, de *terra elatiore*, & *gloria præcellere.* Habes *Hebræum* מגד pro *fructibus præſtantiſſimis*, & *laudatiſſimis*; a *turgore*, & *ubertate turgida* ita dictis. מגד שמים *Deut.* XXXIII: 13. proprie *turgor cœlorum*, eſt, eorum *uberrimus influxus*, qui *uberare* & *turgere facit* omnia. מגדנות *quicquid præcellens*, ac *quaſi præturgidum ſuo in genere.* Omittere non debeo hoc *Gjeuharii*, rem mirifice illuſtrans: في المثل في

3 Paravi, contra fortunam, amplam loricam, & curſorem validiſſimum,

4 Toroſum: gladiumque undulatum, qui galeas & loricas perſcindat.

5 Haſtamque rigidatam, vibrantem; quum eam in hoſtes recta intendo.

NOTÆ.

في كل شجر نار واستمجد المرخ والعفار اي استكثرا منها كانهما اخذا من النار ما هو حسبهما ويقال لانهما يسرعان الوري فشبهما بمن يكثر من العطا طلبا للمجد

in Proverbio eſt: omni frutici ineſt ignis, & אשתמגד *March & Aphar*; i. e. *copia præpollent ejusdem: q. d. ſumſerunt inde pabulum ſufficientiſſimum. Alii volunt, quia citiſſime ſcintillant, & ignem excutiunt: comparantur autem his duobus fruticibus, qui abundant liberalitate, ſtudio gloriæ.* Palpare licet in hiſce illud *præturgidum*, quod indicavi. Idem quoque pellucet ex preſſiore illo, quod inculcatur a *Gjeuhar*. قال ابن السكيت الشرف والمجد يكونان بالاباء يقال رجل شريف ماجد له اباء متقدمون في الشرف *Auctor eſt Ibn Aſſikkiti, voces* שרף & מגד *adhiberi in gloria patrita & avita; indeque* שריף מוגד *eſſe eum cujus Patres Avique gloria præcelluerunt.* Cernis κῦδος & ὄγκον, atque τὸ κυδαίνειν & ὀγκοῦσθαι *turgere & intumeſcere gloria nobilitatis:* eſtque quantivis pretii hæc obſervatio. Eam tamen improbat vitio creatus cenſor, in *Libro de emendatione ſermonis* لابن المجد

نقد

وَعَلِمْتُ أَنِّي يَوْمَ ذَاكَ مُنَازِلٌ كَعْبًا وَنَهْدَا ۞

قَوْمٌ إِذَا لَبِسُوا ٱلْحَدِيدَ تَنَمَّرُوا حَلَقًا وَقَدَّا ۞

كُلُّ أَمْرِئٍ يَجْرِي إِلَي يَوْمِ ٱلْهِيَاجِ بِمَا ٱسْتَعَدَّا ۞

لَمَّا رَأَيْتُ نِسَاءَنَا يَعْحَصْنَ بِٱلْمَعْزَاءِ شَدَّا ۞

NOTÆ.

قد جاء في صفات الله تعالي المجيد والله تعالي عن الاباء والابناء وقد وصف بالمجيد القران وغيره كما يقال ذو العرش المجيد *quoniam inter ſummi Numinis titulos quoque* אלמגיד, *quum tamen Deus celſiſſime abſit a Patribus & Filiis. Alcoranus quoque prædicatur* אלמגיד, *& alia, ut Dominus throni* אלמגיד *glorioſiſſimi.* Merus ſtupor, quem ita confutat alius, cui acetum in pectore: هذا الاعراض لا يلزم لان افعال الباري تفارق صفات خلقه يجوز فيها ما لا يجوز فيهم وشواهد هذا كثيرة *Hæc objectio parum ſtringit, quoniam operationes Creatoris diverſiſſimæ ſunt a proprietatibus creaturarum ejus, in quas ea quadrant proprie, quæ in illas haud quaquam competunt.* (Improprie ſcil. accipienda) *Horum exempla abundant.* Utramque *Criſin* margini noſtri *Codicis Gjeuhariani* adſcriptam reperiens, hic pro ſpecimine ſubjungendam duxi; ut appareret quomodo hac in palæſtra & *Arabum* critici verſentur.

Vſ. 7. Rationem *Syntaxeos* impeditioris ſic expedit *Tauriz.*

6 Expertusque ſum me die iſto colliſum *Caabitis* & *Nehditis.*

7 Gens *ſunt*, quum veſtiunt ferrum, qui ut pardi ferociunt in thoracibus & loricis.

8 Eorum quisque ad diem prælii accurrit cum eo quod ſibi promtum.

9 Quum ergo cernerem mulieres noſtras ſulcare durum terrenum curſu.

NOTÆ.

Tauriz انتصب حلقا وقدا على انهما بدل عن الحديد ويريد بالحلق الدروع التي نسجت حلقتين حلقتين واراد بالقد البلب وهو شبه درع كان يتخذ من القد

In accuſativo enunciatum thoraces & loricas, quoniam hæc duo veniunt poſt ferrum: intelligitque per annulos, thoraces qui contexuntur annulis conſertis: per loricam, Jeleb, ſive corium ferarum, quod loricæ genus eſt ſectis confectum loris. Conſtruit ergo حلقا وقدا cum لبسوا *veſtiunt.* Poſſis quoque *abſolute* ſtruere, reſolvendum in hæc membra: *ſive in thoracibus ſint, ſive in loricis.* تنمر eſt *imitari pardum, pardinum ſævire.* נמר נמר *pardus:* נמר *maligna indole fuit:* unde *Exod* XXIII: 21. ad אל תמר בו tentatum a Viris Doctis, *ne maligna indole ferocias in eum.*

Vſ. 8 Expreſſi ſenſum ſub arctiore nexu. Latius quoque accipi poſſet: *omnis vir accurrit ad prælium cum eo quod ſibi promtiſſimum* Ut ſit gnome.

Vſ. 9. *Tauriz.* يفحصن يوثرن لشدة العدو في

وَبَدَتْ لَمِيسُ كَأَنَّهَا بَدْرُ ٱلسَّمَاءِ اِذَا تَبَدَّا ۞

وَبَدَتْ مَحَاسِنُهَا ٱلَّتِي تَخْفَي وَكَانَ ٱلْأَمْرُ جِدَّا ۞

نَازَلْتُ كَبْشَهُمْ وَلَمْ أَرَ مِنْ نِزَالِ ٱلْكَبْشِ بُدَّا ۞

هُمْ يُنْذِرُونَ دَمِي وَأُنْذِرُ اِنْ لَغِبْتُ بِأَنْ أَشُدَّا ۞

NOTÆ.

في المعزاء حتي يصبر بها لاثارهم كالافاحيص ويروي بمحصن والمحص العدو الشديد *Verbum ſulcabant notat, imprimebant ſulcos per vehementiam curſus in terra glareoſa, ſic ut exiſterent in ea veſtigia inſtar nidorum. Editur ab aliis micabant; eſt autem micatio curſus vehementior.* Eodem redit, potentius tamen *ſulcabant, ſulcando eruebant ipſam terram glareoſam, & duriſſimam.* Vides quo ex fonte fluxerit vis *feſtini curſus* apud *Golium* in فحص, itemque *ſcrutandi*; nec non *verrendi terram ad nidum faciendum.* Sed quid, quod *num. 5.* appoſitum, *anteriores dentes mobiles habuit?* Eſt *figuratum* ab *eruendo*, & *nidulos ſulcando*, ductum, quales efficiunt *dentes decidui.*

Vſ. 10. 11. Ex *Tauriz.* ſenſum verbulo percipias. اي برزت هذه المراة كاشفة عن وجهها وانما فعلت ذلك لما تداخلها من الرعب ومثله ۞

نِسْوَتُكُمْ

10 Et conſpecta fuiſſet *Lamiſa*, ac ſi Luna foret cœli quæ emicaret:

11 Conſpicerenturque pulchræ ejus partes; quæ occultari ſolent: & negotium eſſet ſerium.

12 Conflixi cum ariete eorum; neque vidi conflictu arietis poſſe abſiſti.

13 Illi voverant cædem meam; & ego voveram, ſi hunc haberem obvium, me incurſurum.

NOTÆ.

نِسْوَتُكُمْ فِي ٱلرَّوْعِ بَادٍ وُجُوهُهَا
يُخَمِّرْنَ إِمَاءً وَٱلإِمَاءُ حَرَائِرُ ۞

Vult, mulierem hancce, (a *mollitie delicata* ita dictam) *prodiiſſe renudatam vultu; & quidem ob terrorem, qui eam inceſſerat. Tale eſt*

Mulieres veſtræ in prælio conſpicuæ vultibus,
Quæ cenſeantur ſervæ; at ſervæ hæ prænobiles.

Reſpondent محاسن *pulchræ partes*, quæ ſunt *oculi*, *pectus*, *juræ*, quas adſpexiſſe Viris piaculum. Non comparet notio hæc in Lexico.

Vſ. 12. *Tauriz.* كبش الكتيبة يريسهم *Aries agminis, eſt Dux ejus.* Sic *Rakkad Ibn Mondir* in *Hamaſa*

شَكَكْنَا

كَمْ مِنْ أَخٍ لِي صَالِحٍ بَوَّأْتُهُ بِيَدَيَّ لَحْدَا ۞

مَا إِنْ جَزِعْتُ وَلَا هَلِعْتُ وَلَا يَرُدُّ بُكَايَ زَنْدَا ۞

أَلْبَسْتُهُ أَثْوَابَهُ وَخُلِقْتُ يَوْمَ خُلِقْتُ جَلْدَا ۞

أَغْنِي غِنَاءَ الذَّاهِبِينَ أُعِدُّ لِلْأَعْدَاءِ عَدَّا ۞

ذَهَبَ الَّذِينَ أُحِبُّهُمْ وَبَقِيتُ مِثْلَ السَّيْفِ فَرْدَا ۞

NOTÆ.

شَكَكْنَا بِالرِّمَاحِ وَهُنَّ زُورٌ

صِمَاخَيْ كَبْشِهِمْ حَتَّى اسْتَدَارَا ۞

Transfiximus lanceis, equis declinantibus,
Ambos meatus aurium arietis eorum, ſic ut vertiginaret.

Vſ 14. Nexum indicat *Tauriz* لما ذكر شجاعته وفرغ عنه ذكر ايضا صبره على البلاء بوائه اي انزلته والمبوا المنزل *Poſtquam memoraſſet ſtrenuitatem ſuam, & deduxiſſet, commemorat quoque patientiam ſuam in calamitate toleranda. Verbum* בוא *in pahh. intrare fecit, eſt in manſionem deſcendere fecit; cujus part* מבוא *eſt manſio, domicilium.* Sic apud Hebræos quoque בוא *intrare*, ad *manſionem & ſedem ſepulcri* admotum. Vide *Jeſ.* LVII: 2.

Vſ. 15.

14 Quot *interim* fratres mihi ſinceros intrare feci manibus meis in ſepulcrum.

15 Nec tamen impatiens fui, nec mente perculſus; nam ploratus meus nec hilum juviſſet:

16 Indui eos ferali veſte; qui quum crearer, creatus ſum durus.

17 Sufficio ſufficientiam eorum qui deceſſere; cenſeorque in hoſtes numerus paratus.

18 Deceſſere quos amabam, & ſuperſtito inſtar gladii ſolus.

NOTÆ.

Vſ. 15. Obſcuriuſculum vocabulum زندا hac in ſede; cum ſuo ſibi verbo لا يرد. Ad utrumque *Tauriz.* لا يرد بكاي زندا اي لا ينفع ذلك شيا وهم يستعملون الزند في معني القلة كما يتسعملون الفوف والنقير والقطمير وحكي ابو زيد انهم يقولون اذا قللوا مال الرجل زندان في مرقعة *Non reddat fletus meus lignum fomitis, id eſt, ne hilum quidem juverit. Uſurpant nempe lignum fomitis in re exili, quemadmodum & pelliculam oſſis Dactyli, ac ſcrobiculam ejusdem, & ciccum. Auctor eſt Abuzeid, Arabes quum extenuare volunt opes alicujus, dicere, duo ligna fomitis in veſte interpolata.*

Vſ. 17. Reddas etiam licet, *numerorque in hoſtes pro paratu.* Subjecit *Tauriz.* قيل ان عمرا كان يعد بالف فارس. *Traditur Amrum huncce in recenſu valuiſſe mille equites.*

قـــــال

قيس بن الخطيم بن العدي

الاوســـــــــــي

طَعَنْتُ ٱبْنَ عَبْدِ ٱلْقَيْسِ طَعْنَةَ ثَائِرٍ
لَهَا نَفَذٌ لَوْ لَا ٱلشَّعَاعَ لَأَضَاءَهَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Id vult: *Radiaſſet* cuſpis per cor *transadactus*, atque e corpore transfoſſo emicans *reſplenduiſſet*, niſi *copia ſanguinis radiatim* ſimul *erumpens*, iſtum *fulgorem obſcuraſſet*. اضاءها redit ad ثاير *vindicem ſanguinis*, qui *fecisſet radiare* ſuam *transverberationem*, per *fulgorem cuſpidis*, niſi obſtitiſſet الشعاع id eſt ما انتشر من الدم *quod de ſanguine radiatim ſpargebatur*. Acumen Viri non aſſecutus *Tauriz*. Ad totius carminis illuſtrationem, hæc inde expromere neceſſe. من خبره ان اباه الخطيم قد قتله رجل من بني عامر وجده قد قتله رجل من عبد القيس بسكن هجر وكان قيس يوم قتل ابوه صبيا صغيرا وكانت امه خشيت ان يبلغ قيسا مقتلهما فيخرج للطلب بثارهما فعمدت الي جثوتين

من

DIXIT

KAISUS IBN EL-HATIM, IBN ELADI

AUSITA.

1 Confodi Filium *Abdolkisi* confossionem vindicantis sanguinem,
Cui transverberatio, quæ, nisi radiasset cruor, ipsa radiasset.

NOTÆ.

من تراب ووضعت عليهما حجارة فصارتا
كهيئة قبرين وقالت هذان قبرا ابيك
وجدك فنازع قيس فتي من فتيان بني
ظفر فقال له لو الفيت شدتك علي
قاتل ابيك وجدك كان اولي بك
فاغتاظ وقال لامه ان اخبرتني بخبرهما
والا قتلتك او قتلت نفسي فاخبرته
بمقتلهما وقاتليهما فسار حتي اتي
مر الظهران فسال عن خداش بن زهير
وكان للخطيم عنده يد فاخرجت اليه
امراة خداش طعاما فتناول منه قليلا
فقالت اني اظنك ثايرا وراي خداش اثر
قدمه فقال كان قدم هذا الفتي قدم
الخطيم ثم انتسب له اخبره ما جاء
من

من اجله فقال خداش ان قاتل ابيك
ابن عمي وان اردت دفعه اليك منعت وانا
اجلس العشية الي جنبه فاذا رايتني
اضرب بيدي علي فخذه فشد عليه
واقتله وانا امنعك من قومه ففعل ووثب
القوم اليه ليقتلوه فحال خداش بينه
وبينهم وقال انما قتل قاتل ابيه ثم
ركب معه حتي اتيا البحرين فلما
دنو من قرية قاتل جده تكمن خداش
في دارة من الرمل واتي قيس قاتل جده
فقال له اريد بلادكم حتي اذا كنت
بهذا الرمل انبح لي لص من لصوص
قومك فسلبني وقد حبتك لتركب
معي فتستنقذ لي سلبي فامر الرجل
ناسا من قومه بالركوب معه فضحك
قيس فقال ما اضحكك قال لو كان
السيد منا لم يفعل فعلك انما يخرج
وحده اذا استعين علي شي فانف الرجل
ان يخرج معه اصحابه فركب وحده
حتي اتي الدارة فنهض اليه خداش فصار
في وجهه فطعنه قيس في خاصرته
فقتله ولمنا في الرمل اياما حتي
هداء الطلب ثم رحلا الي ارضيهما

Historia hæc est. Ejus Patrem El-Hatimum occiderat aliquis ex Amiritis; avumque item quidam ex Abdelkisitis; qui habitabat in urbe primaria Provinciæ Bahrein. Kaisus autem, quum

quum pater ejus trucidatus fuit, parvulus erat puer; verebaturque Mater, ne amborum cæde ad Kaiſum perveniente, exiret ad quærendam talionem. Geminum itaque tumulum terræ erigens, iisdem lapidem ſuperimpoſuit: ut geminum mentirentur ſepulcrum; dixitque ei, hæc monumenta ſunt Patris Avique tui. Litigante deinde Kaiſo cum puero quodam e Dafaritis, dixit ei puer ille; ſi vehementiam tuam deſtringeres adverſus eos qui Patrem Avumque tuum occiderunt, id ſane te dignius foret. Tum excandeſcens, ita Matrem compellat; ſi mihi amborum expoſueris fatum; bene: ſin minus, aut te, aut memet occidero. Ibi illa & cædem indicat, & interfectores amborum. Ille mox iter ingreſſus pertendit ad Mar-Addabran; atque inquiſivit de Chidasho Zobeiri filio, qui beneficio erat devinctus Elchatimo. Chidashi autem uxor ei cibum promſit, unde paululum modo deguſtavit; quando illa; ſane ſuſpicor te talionem perſequi. Chidashus vero, conſpecto veſtigio paſſuum, adjecit; paſſus pueri hujus ad inſtar paſſuum Elchatimi. Tum ille genus ſuum exponens, indicavit ei, quid facturus veniſſet: cui Chidashus; interfector patris tui meus eſt patruelis; quem ſi tibi tradere cupiam, impediar: itaque ad latus ei ſub veſperam aſſidebo; quumque me videris manu femur ejus ferire, tum eum invadito atque occidito; egoque te contra familiam ejus defendam. Patrata res eſt; quumque familia ejus impetum dare vellent, ad Kaiſum interficiendum, intervenit Chidashus inter illum & illos; interfecit, inquiens, interfectorem Patris ſui. Deinde perrexit cum eo, Bahreinam usque, & quum perveniſſent ad oppidum illius, qui Avum trucidaverat, abdidit ſeſe Chidashus in ambitu rotundo arenarum: Kaiſus autem adiit interfectorem Avi ſui, eique dixit; veſtras Regiones peragrare cupiens, delatus ſum ad illas arenas, fatoque oblatus mihi inibi latro ex latronibus veſtris, qui me ſpoliavit; ac propterea ad te acceſſi, ut mecum pergas, atque ſpolium mihi meum reſtituas. Ille vero quibusdam ſuorum imperare, ut cum eo illuc perveherentur: at Kaiſus ridere; ibi ille, quid riſum tibi movet? & hic; ſi princeps foret e noſtris, haud ita ageret;

مَلَكْتُ بِهَا كَفِّي فَأَنْهَرْتُ فَتْقَهَا
يَرَى قَائِمٌ مِنْ دُونِهَا مَا وَرَاءَهَا ۞

وَسَاعَدَنِي فِيهَا ابْنُ عَمْرٍ خِدَاشٌ
فَأَدَّى نِعْمَةً وَأَفَاءَهَا ۞

NOTÆ.

profecto ſolus exiret; ſi auxilium rogaretur ulla in re. Tum vir ille naſum trahere, quo minus quisquam ſuorum cum ipſo exiret; ſolusque ad rotundos arenarum tumulos pervehi. Ibi in eum a fronte inſurrexit Chidashus; Kaiſusque eum per hypochondrium transfixit, atque occidit. Delituerunt deinde in arenis aliquot dies, donec perquiſitio reſediſſet: atque inde in terram quisque ſuam reverſi ſunt. Longius quidem argumentum; ſed quod vicem ferme ſuppleat commentarii; ſimulque veterem illum ritum *ſuorum cædem ulciſcendi*, nomine & titulo *vindicis ſanguinis* ثايـر, qui גאל הדם, multa luce perfundat.

Vſ. 2. Figuram, qua hic verbum ملك auctum, duplici via exponit *Tauriz.* ملكت من قولهم ملكت العجين واملكته اذا بالغت في العجن اي شددت بهذه الطعنة ووسعت خرقها ويجوز ان يكون تمكنت فعلها فاطعنت تصريف كفي بهذا الطعنة علي مرادي من قولك انا املك هذا الامر اي كنت قادرا عليه *Verbum* מלכת *ſubegi, a ſubigenda maſſa;* מלך & אמלך *enim veniunt in validiſſima ejus ſubactione: poteſt etiam exponi,*

2 Hac manum preſſius ſubigens, ampliſſimam feci ejus fiſſuram,

Sic ut viſui pervia redderetur inde adſtanti.

3 Adjuvitque me in ea Filius *Amri Chidasjus*

Atque hanc rependens gratiam, ſibi quoque eam reportavit.

NOTÆ.

ni, in poteſtate habui actionem ejus, & pro arbitrio manum meam verſare valui iſta in confoſſione: prout dicitur, ego rem hanc potitus ſum; vél dominio teneo. Habes fontem, unde & *conſilium*, apud *Aramæos*, & *dominium*, *regnumque* omnibus in *Dialectis*, effluxerint ſub מלך. Utrumque a *ſubigendo*. Ad phraſin ſubnexam iterum *Tauriz.* انهرت فتقها اي وسعتها حتي جعلتها كالنهر سعة والنهر نفسه سمي نهرا لاتساعه ومنه المنهرة وهي الفضاء بين بيوت الحي يلقون فيه كناستهم *Fiſſuram ejus* אנהרת *notat ampliſſimam feci, ut tanquam fluvius fieret ob latitudinem. Quin ipſe fluvius* נהר *appellatus, ob amplam laxitatem. Inde etiam* מנהרה *vocatur amplum ſpatium inter domus vici alicujus, in quod abjiciunt, quæ everrunt.* Poſtremum illud non comparet apud *Golium:* qui dedit *maſc.* מנהר منهر *locus in fluvii alveo excavatus ab aqua;* itemque *fiſſura* vel *canalis caſtellum penetrans, per quem fluit aqua.* Vicinum מנהרות *Jud.* VI: 2. *cavernas* notans. A *flumine* ad *lumen* perventum ſub נהר apud *Hebræos* & *Arabes.*

Vſ 3. Quis hicce *Chidashus*, & quid opis præſtiterit, ad

يَهُونَ عَلَيَّ أَنْ تَرُدَّ جِرَاحُهَا
عَيْبُونَ ٱلْأَوَاسِي إِنْ حَمِدْتُ بَلَاءَهَا ۞
وَكُنْتُ امْرَاءً لَا أَسْمَعُ ٱلدَّهْرَ سُبَّةً
أُسَبُّ بِهَا إِلَّا كَشَفْتُ غِطَاءَهَا ۞

NOTÆ.

vſ. 1. reperies. Extrema ſic illuſtrat *Tauriz.* اي اداها نعمة ويدا استحق عليها شكرا او المعني ادي نعمة وصنيعة كانت لابي عنده فساعدني وكانه اتخذها مغنما لنفسه ايضا *poteſt ſumi, expendit hanc gratiam & manum beneficam, ob quam debetur ei gratia. Aut ſenſus rependit gratiam, ac beneficium, quod debebat patri meo; meque propterea adjuvit; hanc inde ſimul prædam pro ſe deportans.* افاء *redire fecit, reduxit,* ſpeciatim *prædam;* quæ فيء dicta, quaſi *reditus.* Inde & *tributum* notat.

Vſ. 4. *Tauriz.* الاواسي النساء المداويات للجراح اي اذا نظرت الي هذه الطعنة ردت عيونهن من قبحها *Medentes, hic ſunt mulieres quæ vulnera curant, ſenſus eſt: quum inſpiciunt hanc confoſſionem, inde oculos dejiciunt, propter eorum fœditatem.*

Vſ. 5. Quid intendat in *convicio* ſibi *incuſſo*, atque forti-

4 Parum curo nempe, quod vulnera ejus repellant
Oculos medentum; dummodo laudem flictum ejus, ſcil. *confoſſionis.*

5 Et vir ſum, qui nunquam convicium audio

Quo feriar, quin velum ejus diſcutiam.

NOTÆ.

titer *decuſſo*, ex hiſtoriola ſuperius appoſita, cernere eſt. Pulchra formula, *deteximus velum ejus.* غطاء *velum*, figurat ſæpe *pudorem gravem, qui vultum nubere cogat:* item *mœrorem, qui eundem quaſi obnubat.* In *Hamaſ. Amrus Calbenſis.*

كشفنا غطاء الغم منه فابصرا

Retexímus velum mœroris ab eo, ita ut diſpexerit.

Hoc *Job.* XI: 15. *Attollere faciem e labe.* Conſonat *Alcor. Sur.* 50: 20. كشفنا عنك غطاءك فبصرك اليوم حديد *diſcuſſimus a te velum tuum; & viſus tuus nunc acutus.* Non *retuſus* ullo *pudore*, *mœrore*, aliove quo velo. In *Hamaſa* iterum *Aſadæus*

جلوت غطاءا عن فوادي فانجلي

Retexi velum a corde meo; idque diſcuſſum eſt.

Inde venuſta phraſis كاشف ضرّ *Retector* vel *diſcuſſor noxæ*, *Alcor. Sur.* 39: 39. Nec minus eleganter *Sur.*

فَانِّي فِي ٱلْحَرْبِ ٱلضَّرُوسِ مُوَكَّلٌ
بِإِقْدَامِ نَفْسٍ مَا أُرِيدُ بَقَاءَهَا ۞

اِذَا مَا ٱصْطَبَحْتُ أَرْبَعًا وَخَطَّ مِيزَرِي
أَتْبَعْتُ دَلْوِي فِي ٱلسَّمَاحِ رِشَاءَهَا ۞

NOTÆ.

43: 49. كشفنا عنهم العذاب
Retexímus ab iis pœnam. Plenius *Sur.* 44: 10, 11. collata *Sur.* 53: 57.

V. 7. Faculam præluceat *Tauriz.* خط ميزري
يريد انه يصل الي الارض ويوثر فيها
والمعني انه يسكر ويسحب ميزره
كما قال زهير ۞

يجرون البرود وقد تمشت
حميا الكاس فيهم والغناء ۞

Cingulum meum ſulcos ducit; nempe in terra, quam veſtigiis imprimit. Senſus eſt, ſe potando inebriari, & trahere cingulum, prout Zoheir dixit;

Trahebant ſtriatas veſtes, quum jam inceſſerat
Fervor eos poculi, itemque opulentiæ.

Ad reliqua, hæc promit وقوله اتبعت دلوي
في السماح رشاءها اي اتممت ما
بقي

6 Idemque in bello mordaci commendatiſſimum habeo
Projicere animam, quam conſervare haud ſtudeo.

7 Matutinum autem potum quaternis inſtituens, ubi terram ſulcat cingulum
Urnam in liberalitate hilari projicio poſt funem.

NOTÆ.

بقي علي من السماح في حال
الصحو كان معظمه فعله صاحبا
والباقي منه تمامه بحال السكر
وهذا يجري مجري المثل اتبع
الفرس لجامها واتبع الدلو
رشاءها اي تمم ما بقي عليك
من امرك وكانه يضرب لمن جاد
بالكثير وترك القليل الحقير

Quod dicit, ſequi feci ſitulam in liberalitate funem, eſt, conſummavi quod mihi reſtabat de liberalitate quum adhuc ſobrius eſſem. Tanquam ſi præcipuam partem feciſſet ſobrius, & quod reſtabat de ea perfeciſſet ebrius. Atque hoc quidem ad morem proverbii, ſequi fac equum frenum ejus: & ſequi fac ſitulam funem ejus: quod videtur frequentari in eum, qui, quod maximum eſt, largitus, omittit minimum & vilius. Sic ſane *Proverbia* hæc uſurpari ſolent; ſed fallitur *Tauriz.* quum ad iſtam faciem ſenſum torquet. Contortum certe, quod quum *præcipuum liberalitatis* exercuiſſet *ſobrius*, jam *ebrius* demum *reſiduum* impleſſe ſe jactaret. Atqui

Fœ-

مُنْتَي يَاتِ هَذَا ٱلْمَوْتُ لَا تُلْفَ حَاجَةٌ
لِنَفْسِي إِلَّا قَضَيْتُ قَضَاءَهَا ۞
ذَأَرْتُ يَدِيًّا وَٱلْحَطِيمَ فَلَمْ أَضِعْ
وِلَايَةَ أَشْبَاخٍ جَعَلْتُ إِزَاءَهَا ۞

NOTÆ.

Fœcundi calices! quem non fecere disertum!
Adstricta quem non in paupertate solutum!

Inverte monetam, duplici nota percussam, quæ jam offerat, non *funem* post *situlam*, sed *situlam projectam post funem*. Quum *sobrius* foret, *funem* quidem *tradere* solebat de *munificentia ejus haurire cupienti*; at ubi *fervor poculi &*

opu-

8 Quum iſthæc adventabit mors; nil reperietur officii
Animæ meæ incumbens, quin exſolverim debitum.

9 Vindicavi avum patremque, neque prodidi
Succeſſionem principum, quam humeris ſuſtineo.

NOTÆ.

opulentiæ caput feriiſſet, jam *ſitulam ipſam* quoque *dilargiebatur*; atque *in liberalitatem ſeſe profundebat.*

Vſ. 8. *Tauriz.* هذا الموت كانه راءه حاضرا لمعرفته بادراكه لا محالة *Signanter iſthæc mors, quaſi eam præſentem cerneret; quum noſſet eam certo certius venturam.* Addere potuiſſet هذا ſæpe *deſpicationem* inferre.

قال

الفضل بن العباس

مَهْلًا بَنِي عَمِّنَا مَهْلًا مَوَالِينَا
لَا تَنْبُشُوا بَيْنَنَا مَا كَانَ مَدْفُونَا ۞

لَا تَطْمَعُوا أَنْ تُهِينُونَا وَنُكْرِمَكُمْ
وَأَنْ نَكُفَّ ٱلْأَذَى عَنْكُمْ وَتُؤْذُونَا ۞

مَهْلًا بَنِي عَمِّنَا عَنْ نَحْتِ أَثْلَتِنَا
سِيرُوا رُوَيْدًا كَمَا كُنْتُمْ تَسِيرُونَا ۞

ٱللَّهُ يَعْلَمُ أَنَّا لَا نُحِبُّكُمْ
وَلَا نَلُومُكُمْ إِنْ لَمْ تُحِبُّونَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Acerba expoſtulatio, qua deſtringitur gens agnatorum, quod ſepultum diu negotium minus laudabile, in dedecus familiæ *Abbaſi* eruiſſent, ac divulgaſſent.

Vſ. 2. Inſignis figuratio نحت اثلته *raſit, deraſit ſtirpem ejus*, i. e. *conviciis dedolavit*, ac *proſcidit*. اثلة no-

DIXIT ALPHADL IBN ELABBAS.

1 Lente, o patrueles! lente o conſanguinei!
Ne effodiatis inter nos quod jam erat ſepultum.

2 Ne petite, ut temnatis nos, nosque vos honoremus;
Utque temperemus vos lædere, quum nos læditis.

3 Lente patrueles! ne deteratis noſtram gloriam;
Incedite leniter, ante ut inceſſiſtis.

4 Deus novit, nos neutiquam amare vos;
Neque vitio vertimus, ſi nos non ametis.

NOTÆ.

nomen *unitatis*, a *maſc.* اثـل *ſtirps denſe fruticans.* אשל. Inde *fœmin.* iſta forma ad *nobilitatem*, *dignitatem*, & *gloriam* translata.

Vſ. 4. Aculei vehementiores, quibus eos velut ultimos mortalium peſſimis notis inurit, indigniſſimos

كُلٌّ لَهُ نِبَّةٌ فِي بُغْضِ صَاحِبِهِ
بِنَعْمَةِ ٱللَّهِ نَقْلِيكُمْ وَتَقْلُونَا ۞

NOTÆ.

qui vel amentur ab honeſtis, vel eosdem ament.

Vſ. ٢. Obſervari meretur quod *Tauriz.* hic monet يجوز ان يكون تقلوننا وحذف النون وهي لغة حجازية *par fuerat ut pro*

قال

الطرماح بن حكيم

لَغَدْ زَادَنِي حُبًّا لِنَفْسِي أَنِّي بَغِيضٌ
إِلَى كُلِّ أَمْرِئٍ غَيْرَ طَايِلِ ۞

NOTÆ.

Vſ. ١. Carmen animoſum, & vehemens, quo increpatur mali corvi malum ovum; inglorii parentis, inglorius & ignaviſſimus filius, qui dignitatem & virtutem Poëtæ arrodebat. غير طايل interioris eſt venæ. Eſt *part. præſ.* a طال *longus, prolixusve, fuit.* Hinc *num.* ٢. apud *Golium ſecundarium* illud امتن *benefecit, favit;* ut

5 Cuique intentio, in averſando ſocio, ſua eſt;

Per gratiam Numinis vos odimus, & odiſtis nos.

NOTÆ.

تقلونا *dixiſſet* تقلونني; *ſed abjecit affor-mantem Nun; quæ eſt Dialectus Hisjazæ.* Vehemens clauſula, & virulenta; qua *tales odiſſe*, & *talibus odio fuiſſe*, pro felicitate, & materia gratiæ Numini referendæ, celebratur.

DIXIT TIRIMMACHUS FILIUS HAKIMI.

1 Sane auget me amore mei ipſius, quod exoſus ſim

Omni viro, cui nil bonæ eſt frugis.

NOTÆ.

ut *prolixus favor*, *beneficentia prolixa.* Inde noſtrum طايل *beneficium; commoditas vitæ; potentia;* item, *quo quis contentus eſt.* Omnia a *longo* & *prolixo;* quod ſit ἱκανὸν, & *pertingat eo quo cupias utilitatum.* Hac anſa dictum لدون *non eſt in prolixo;* ما هو بطايل الخسيس *de nullius frugis, & viliſſimo mortali;* in

وَأَنِّي شَقِيٌّ بِٱلْإِثْمِ وَلَا تَرَي
سَقِيًّا بِهِمْ إِلَّا ٱلْكَرِيمَ ٱلسَّمَايِلِ ۞

إِذَا مَا رَآنِي قَطَّعَ ٱلطَّرْفَ
بَيْنِي وَبَيْنَهُ فِعْلَ ٱلْعَارِفِ ٱلْمُتَجَاهِلِ ۞

NOTÆ.

Camuſo: itemque لم يحل منه بطايل *nihil boni ab eo tulit*, quod etiam ſub حلي reperies apud *Golium*. Ejus *fœm.* طايلة etiam *ſimultatem & inimicitiam notat*, *longius tractam* videlicet. In verſione *Chryſoſt.* reperi طايلة العذاب pro *perenni duratione pœnarum:* nec non طايلة الموت pro *mortis potentia perennatura.*

Vſ. 2. Reconditus iterum uſus شقي *miſer*, *miſerabilis*; quod ſignatiſſime omnium *vitiorum cumulum* adfert, cum *profligatiſſima improbitate.* Sic *Surat.* 19: 33. *Neutiquam fecerat me gigantem improbum*, *miſerabilem.* In *compar.* & *ſuperlat.* forma, *Surat.* 92: 15. لا يصلاها الا الاشقي *Non torrebitur iſta* flamma, *niſi profligatiſſime improbus*: ſimiliter شقاوة pro *perdita improbitate* apud *Haririum.* Anſam præbuit *origo* quæ *dirutum* & *diruptum* ſignat. لِئَامٌ in *plur. fr.* a لَئِيمٌ *appactus*, *omnibus vitiorum ſordibus concretus.* Thema لام *med. Hamz* latiſſimam occupat ditionem, ut penes *Latinos* idem illud *appingi*, *agglutinari.* Apud *Golium num.* 1. *Conſolidavit* vulnus; fiſſuram: quaſi *glutinavit*, *appegit.* Nec non *reparavit*, *in*

gra-

2 Quodque miſerabilis cenſear apud illiberales:
neque enim cernas
Miſerabilem cenſeri apud illos, niſi indole libe-
raliſſimum.

3 Ubi adſpicit me, abrumpit aciem oculi.

Me inter & illum, more ejus qui ſciens fingit
neſcium.

NOTÆ.

gratiam reduxit; per *metaph.* cuivis obviam. 2. *Ala inſtruxit* ſagittam; *appegit glutine.* 3. *ſordidum*, *avarum*, *ignavum arguit.* q. d. *appactum* & *concretum.* 4. *congruit*, *convenit*; i. e. *appactus* & *agglutinatus cohæſit.* 5. *Fuit* لَئِيم *ſordidus*; *avarus*, *ignavus*; quaſi *appactus vitiorum omnium ſordibus*, ut *num.* 3. Addi debuiſſet 6. media *kesrata* لِئْم לאם *concordavit*, *conſenſit*, præſertim *pacto* inito, & *fœdere* velut *glutinato.* Inde لِئْم *concordia*, *pax*, *fœderatio.* Ita tandem לאם *Hebræum* nativam & radicem & virtutem recuperat, *fœderatas nationes* deſignans. In vocabulo شمائل *indoles*, *inſita per naturam virtus*, obſervetur forma *plur. fr.* a *ſing.* شَمِيلَة, quod ex uſu dimiſſum, ſonat *involutum*, & *convolutum* quid: nempe illud *ſemen*, & *principium*, *creſcendi*, quod vocatur *indoles*: nam شمل inter alia valet *excepit* ſemen, *concepitque.* Vides quare in *plurali* maluerint شمائل ad *omnium virtutum indolem* conſignandam. كريم الشمائل *omni virtutum indole* & *ſucco vigens*, *exuberansque*: ſecundum *originem* verbi كرم; a quo *vinea* כרם كرم appellata.

Vſ. 3. Aculeate, قطع الطرف *præſecat*, *interſecat*,

مَلَأْتَ عَلَيْهِ ٱلْأَرْضَ حَتَّى كَأَنَّهَا
مِنَ ٱلضَّيْقِ فِي عَيْنَيْهِ كِعَّةُ حَابِلِ ۞

أَكُلَّ أَمْرِئٍ أَلْفَى أَبَاهُ مُقَصِّرًا
مُعَادٍ لِأَهْلِ ٱلْمَكْرُمَاتِ ٱلْأَوَائِلِ ۞

NOTÆ.

cat, *aciem visus inter me & se.* Non sustinet meos oculos; *impudentia* tamen *semet offirmans*; haud secus ac si me penitus ignoraret. Talis facete pingitur عارف *cognitor*, *intime cognoscens*; idemque متجاهل *ignarum se faciens.*

Vs. 4. Audaces figuræ. De priori ita *Tauriz.* يقال ملات عليه الارض اذا ضيقتها عليه وملات منه الارض اذا قمت وقعدت بذكره *Dicitur opplevi super ipso terram; quum eam arctissimam ei reddis; at opplevi de eo terram, quum stas sedesque eum dilaudans;* hoc est, quum *ubicumque terrarum steteris, sederisve, eum celebras.* Ad sensum primum pulchre conformatum quoque hocce *Alcorani* ضاقت عليه الارض بما رحبت *angustata fuit super ipso terra, quantumvis amplissima sit.* ملا *implevit; offersit; farciendo oppilavit.* Ad posterius, idem; الحابل ناصب الحبالة وحبلت الصيد اذا اخذته وتوسعوا

4 Oppilavi ſuper ipſum terram, ita quidem ut illa,
Præ anguſtia, ejus in oculis foſſula ſit venantis.

5 Adeone omnis vir, patrem nactus tardatorem,
Infeſtus iis eſt, quorum virtutes excellentiſſimæ!

NOTÆ.

وتوسعوا فيه فقالوا احتبله الموت في حبايله والكفة يجوز ان يريد بها الحفيرة التي تنصب فيها الحبايل ومثل هذا ۞

كانّ فجاج الارض وهي عريضة على الخايف المطلوب كفة حابل ۞

Verbum חובל *notat eum qui tendit rete:* & חבלת אלציד *eſt, cepi venationem. Hoc latius permiſere, & formarunt; venata eſt eum mors ſuis retibus: per* כפה *autem fieri poteſt ut intendat foſſulam, in qua retia tenduntur. Geminum huic,*

Acſi meatus terræ, qui quidem latiſſimi,
Super pavente, qui quæritur, foſſula ſit venantis.

Diſſident nempe *Philologi* ad voculam كفة, quæ aliis *laqueum* ſignat vel *rete*; aliis *ſcrobiculam* in qua *laqueus* vel *rete* nectitur.

اِذَا ذُكِرَتْ مَسْعَاةُ وَالِدِهِ اَضْطَنَي
وَلَا يَضْنَنِي مِنْ شَتْمِ اَهْلِ الْفَضَايِلِ ۞

وَمَا مُنِعَتْ دَارٌ وَلَا عَزَّ اَهْلُهَا
اِلَّا بِالْقَنَا وَالْقَنَابِلِ ۞

NOTÆ.

Vſ 6. Tauriz. يقال ضني اذا دق وصغر جسمه ومن ثم سمي المرض الضنا لانه يورث الهزال يقول انه يضني اذا ذكر صنيع ابيه القبيحة ومع ذلك يشتم اهل الفضايل يصفه بالقبحة

6 Ubi memoratur opera genitoris ejus, maciem patitur;
Nec patitur maciem, quum conviciatur virtute florentibus.

7 Profecto non defenſatur domus, nec nobilitatur familia,

Niſi haſtis, equitumque agminibus.

NOTÆ.

Uſurpatur verbum ضني *de corpore attenuato & emaciato; indeque & morbus nomen indeptus, quod maciem attrahat. Senſus eſt: eum macreſcere, quum turpe factum patris memoratur; ſed non macreſcere, ubi conviciis inſectatur virtutibus nobiles. Impudentiam ejus indicat.* Poſterius *non macreſcit* ſub λιπότητι poſitum, valet *pingueſcit:* ut *conviciis* illis quaſi *ſaginari* dicatur.

قال

حصين بن حمام

المري

فَغُنْتُ لَهُمْ يَا آلَ ذُبْيَانَ مَا لَكُمْ

تَغَاقَدْتُمْ لَا تُقْدِمُونَ مُقَدَّمَا

NOTÆ.

Vſ. 1. Verbum تغاقد, תפוקד *circumſpexit quærens, requirens*, in *ſpecie* VI apud *Golium* noſtrum, *deſiderare ſe invicem, nec quæſitos ſeſe reperire.* Latæ ditionis, ſignatiſſimus uſus militaris, quum *alius alium circumſpiciens*, ſe invicem *deſtituunt*, atque *fruſtrantur* in acie. Ita *Jer.* XXIII: 4. לא יחתו ולא יפקדו *non conterrebuntur, neque ſe invicem deſiderabunt.* Hac anſa تغاقدوا a *Gloſſatoribus* exponitur تخاذلوا تحاوروا *inter ſe conflaccuerunt*; ſive *in mutua ope præſtanda defecerunt.* Thema فقد פקד ab *Arabibus* ſignare dicitur طلبه عند غيبته *quæſivit aliquem, quum abeſſet.* Hoc uſus codicis *Hebræi* accuratiſſime repræſentat. 1. *inſpexit; viſitavit* vulgo: *requiſivit.* 2. *recenſuit; luſtravit.* 3. *deſideravit*, non inventum: *requiſivit.* 4. *mandavit* reddendum, *commendavit;* quod *ſuo jure* nempe *requireret.* Jucundæ lucis radioli non diſplicebunt. Pleniorem diem ad *Proverbia* da-

DIXIT HUTZAIN IBN HOMAM MORRÆUS.

1 Sane dixi iis, o gens *Dibjani*, quid vobis
Quod sic circumspiciatis; nec strenue eatis in prælium?

NOTÆ.

dabo. Ad مقدما teneatur, esse antiquam formam *infin.* II. a קדם قدم, quæ signet τὸ *præcedere*, & *procedere* in aciem. *Tauriz.* وضع مقدما موضع الاقدام وساغ ذلك لان مصادر الكلمات الصادرة عن اصل واحد يوضع بعضها موضع بعض لداع يدعو اذا لم يكن ثم مانع وانما قلت هذا لان قدم قد يكون مرة متعديا ومرة يكون بمعني تقدم فلا يتعدي ومقدما هاهنا يكون مصدر ما لا يتعدي فهو مثل تقدم لو قاله *Posuit* مقدما *loco infin.* IV. *idque licitum; quoniam infinitivi verborum propagatorum ex una radice, alii pro aliis ponuntur, ob rationem quæ illuc vocet, quum nihil obstiterit. Hoc ideo moneo, quod*

مَوَالِيكُمْ مَوْلَيِ ٱلْوِلَادَةِ مِنْهُمْ
وَمَوْلَيِ ٱلْيَمِينِ حَابِسًا قَدْ تُقُسِّمَا ۞

وَقُلْتُ تَبَيَّنْ هَلْ تَرَيِ
بَيْنَ ضَارِجٍ وَنَهْيِ صَارِخًا غَيْرَ أَعْجَمَا ۞

NOTÆ.

II. *ſpecies verbi hujus, aliquando tranſitiva ſit, aliquando ut* V. *intranſitiva. Eſt autem heic loci* مقدما *infin. intranſit. idem valens quod* تقدم V. *ſi eo uti voluiſſet.* Eſt obſervatio *Grammatica* magnum lumen datura, ſi quis eam applicare calleat: duo tantum attingam. *Primum* hoc, omnia *infinit.* olim formari potuiſſe per *Mem præform.* Id in *Aramæa Dialecto* ubique adhuc dilucet. *Alterum*, formas *infinitivas* ſæpe *vicarias* eſſe, aliasque aliarum ſtationes ſuſcipere. Ita certe *infin.* II. تنصير ibi obtinuit ex IV ſpecie tranſſumtus, pro antiquioribus نَصَّرَ & نِصَّارٌ; itemque نَصَّارٌ, & مُنَصَّرٌ, cum *fœm.* مُنَصَّرَةٌ; quæ minus frequentata; verum characterem *ſpeciei Dageſſatæ med.* habebant.

Vſ. 2. Oſtendit ſatis virium ipſis & copiarum eſſe, ad impreſſionem hoſtilem, qua cum maxime premebantur, refutandam ac depellendam. موالي *ſocii fœderis* heic lo-

2 Fœderati veſtri, alius eorum per natales,

Per dextram obſtrictus alius, bipartiti ſunt.

3 Et dixi, diſcernite, num cernere ſit

Darigiam inter & *Nehjam* opitulatorem haud mutum.

NOTÆ.

loci, proprie *conjuncti*: quorum alius ولاء *natalium vinculo*, alius يمين *per dextram*, *fidemque* obligatus. حابس *ligans*, interioris eſt elegantiæ, pro من حبس على الشر *qui ſe obſtrinxit ad omne malum ſubeundum*, monentibus *Merzouk.* & *Tauriz.* Addunt *ligans* iſtoc uſu poſitum pro محبوس *ligatus*; quod pro ſenſu verum, pro *Linguæ* gratia non item. Pro تقاسما *bipartiti ſunt* exhibet *Merzoukius* متقاسما *participans*, *particeps factus omnis oneris, omnisque fortunæ.* In eundem ſenſum accipi poſſet & altera illa lectio, *participes facti ſunt ambo.*

Vſ. 3. *Darigia* & *Nehja* ſunt nomina *lacuum* in tractu *Abſitarum*: צורח صارخ Βοηθῶν *opem cum clamore ferens.* Hoc genus omne factum اعجم *mutum*, præ metu videlicet. Aculeus in *ignavos opis promiſſores.*

Vſ. 4.

مِنَ ٱلصُّبْحِ حَتَّي تَغْرُبَ ٱلشَّمْسُ لَا تَرَي
مِنَ ٱلْخَيْلِ اِلَّا خَارِجِيًّا مُسَوَّمَا ۞

عَلَيْهِنَّ فِتْيَانٌ كَسَاهُمْ مُحَرِّفٌ
فَكَانَ اِذَا يَكْسُوا أَجَادَ وَأَكْرَمَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 4. Nexum ex *Merzoukio* hunc habe اي الاعداء يغيرون وينهبون من وقت الغداة الي ان غابت الشمس *Hoc vult; hoſtes impreſſiones facere, & prædas agere, a primo mane ad occaſum ſolis.* Nempe dum gens *Dibjam aliud nil agat*, quam *opem implorare eorum*, qui *præ metu obmutuerint.* Vocabulum خارجي in *Golio* exponitur *rebellis*, a خرج *deſcivit*; *exiit* hoſtili animo. Id nihil ad hunc locum. *Equus* خارجي elegantiſſime hic figuratus, ad alium uſum abſtruſiorem, quem *Gjeuh.* & *Phiruzab.* ita exprimunt الذي يسود بنفسه من غير ان يكون له قديم *qui principem virum præſtat per ſemet ipſum, absque ut ei ſit nobilis parens.* Hoc *Golius* noſter vertit, *qui dominium ſibi vindicat citra jus ſucceſſionis.* Id præcedens *gloſſa* notare nequit, quæ circumſcribit *hominem novum, ex ſe ortum, qui ſibimet nobilitatem ſuam ut præſtat, ita unice debet.* Ita *Tauriz.* قال ابو العلاء كانوا في القديم قبل الاسلام يسمون من خرج شجاعا اى كريما وهو بن جبان اى بخيل ونحو ذلك خارجيا وكذلك يقولون للفرس

4 Ab aurora usque ad occasum *contra* non cernas,
Ex *hostium* equis, nisi præstrenuum, notis insignitum.

5 Hos insident juvenes, quos vestivit *Moharrikus*,
Qui quum eos vestiret, liberalitatem exercuit profusissimam.

NOTÆ.

للفرس الجواد اذا برز وابواه ليسا كذلك
خارجيا ثم صاروا في الاسلام يجعلون
الخارجي من خالف السلطان والجماعة

Auctor est Abulola, antiquissimo tempore, ante Islamismum, appellatum eum qui prodiret strenuus aut liberalis, quum filius esset pavidi aut sordidi, atque item in aliis, خارجيا *quasi qui exit ex iis* (ex ordine scil. inferiore in superiorem:) *Consimiliter equum cursorem, qui emicat præ aliis; quum parentes tales neutiquam fuerint, eodem nomine affecerunt. Deinde in Islamismo ita appellitare cœperunt eum, qui rebellis esset in Sultanum, & populum.* Multum hinc lucretur *Arabicæ Dialecti* studiosus. Apparet خارجي ante *Muhammedem* usurpatum *in laudem*; ut hoc in Carmine, aliisque vetustæ notæ; succrevisse deinde novam notionem *rebellis*. An ergo *Lingua* novata? Nil minus. *Virtus antiqua* mansit; sed pro indole *Radicis* inclinata ea, & applicita *ignobili*, qui *principatum affectaret;* ac propterea *rebellis in Sultanum exiret.* Cum *equo* hocce خارجي *emicatore* conjungitur مسوم, *notis impressus*, nempe *nobilitatis*, & *præcellentiæ.*

Vs. 5. Nomen *Moharrik* signat *combustorem:* ex *part.* II.

Alii محرق *Mohrik* ſonant ex *part.* IV. De eo *Tauriz.*
محرق احد ملوك العرب حرق قوما
فسمي بذلك وهم يقولون للدرع
والة الحرب تراث محرق لانه كان ملكا
يجمع السلاح *Combuſtor unus Arabiæ Regum, qui homines vivicomburio affecit: inde nomen inditum. Appellitant autem loricas, & inſtrumenta belli, hereditatem Combuſtoris; quod Rex ille armorum eſſet collector.* Audiamus & *Merzouk.*
يقول على هذا الخيل رجال
دروعهم وسابير اسلحتهم مما يكسوهم
محرق وجعله خلعة وكان محرق اذا
كسا الاسلحة اتي بها جبدة كريمة
ومحرق لقب لعمر بن هند وكان
احرق قوما من بني تميم حين اجج
النار باوارة وقال بعضهم لقب به بذلك
لانه كان اذا عاقب عاقب بالنار
Id vult. Super equis hiſce viri erant, quos loricis & reliqua armatura induerat Combuſtor. Hac veſte Regia donare ſolebat, ac propterea, quum armatura inveſtiret, adhibebat præſtantem & nobilem. Eſt autem Combuſtor cognomentum Amri Ibn Hind, qui combuſſit multos ex Temimitis igne ad Owara ſuccenſo. Alii dicunt, eum ita cognominatum quod quum pœna afficeret, igne puniret. Hiſtoria notam temporis, quo Carmen hoc editum, continens, illuſtrari meretur. Eam attigit *Ibn Doreid* in nobili *Poëmatio.*

ثُمَّ ابْنَ هِنْدَ بَاشَرَتْ نِيرَانُهُ
يَوْمَ أَوَارَاتٍ تَمِيمًا بِالصَّلَى ۞

Item

Item Hindæ filius, cujus discruciarunt ignes
Die incendiorum Temimitas assatione.

Rem pandit *Scholiastes* ابن هند هو عمرو بن
هند عم النعمان بن المنذر وهو الذي
يلقب بمضرط الحجارة وكان له اخ
مسترضع في بني تميم فخرج يوما
يتصيد ورمي ناقة رجل تميمي وعقرها
فلما راي ذلك صاحبها وثب عليه
وقتله فنذر عمرو ان يقتل من بني
تميم ماية رجل ويحرقهم وغزاهم والقي
منهم في النار تسعة وتسعين فبقي
واحد من نذره فابصر رجل من البراجم
الدخان واشتم القتار فظن انه طعام
فاقبل الي النار فاتي به عمرو فقال
ممن انت قال من البراجم فقال
الشقي راكب البراجم فارسلها مثلا
فطرحه في النار ويوم الاوارة هو هذا
اليوم اما من اوار النار واما من اوارة
اسم ماء *Filius Hindæ*, est *Amr Ibn Hind*, *avunculus*
Alnomani Ibn Elmondiri; qui & lapillos ἀποπέρδων *cognominatus. Ei frater erat, qui educabatur inter Temimitas. Hic die quodam venatum egressus, feriit camelum Temimitæ cujusdam, eamque suppernavit. Dominus id cernens, eum impetu dato occidit. Tum vovit Amrus se centum Temimitas occisurum & combusturum; ac mox bello eos aggressus nonaginta & novem in ignem conjecit. Unus adhuc voto deerat; quum Barasjimitarum aliquis fumum videns, & olfaciens nidorem, convivium esse opinatus, ad ignem istum perrexit. Is ad Amrum*

صَفَايِحَ بُصْرِي أَخْلَصَتْهَا فُيُوتُهَا
وَمُطَّرِدًا مِنْ نَسْجِ دَاوُدَ مُبْهَمَا ۞

NOTÆ.

adductus rogatusque, cujas tu? respondit, e Barasjimitis. Ibi ille, miser qui a Barasjimitis adventat; quod in proverbium dimisit: eoque in ignem conjecto numerum centenarium implevit. Dies incendiorum est ipse hic dies, ab אוֹר *æstu ignis ita dictus. Aliis Owara nomen proprium aquæ cujusdam est.* Confer Adagia *Golii num.* LXI. De ætate hujus *Regis Hirensis* adisis *Pocok.* in *Specim.* p. 72. ubi anno octavo Regni ejus natum esse *Muhammedem* annotatur. Fuit alius adhuc *Combustor* in serie *Regum Hirensium*, multo antiquior, *Amriolkais Ibn Amri* dictus; de quo *ibid.* p. 68.

Vs. 6. Luculenter *Merzouk.* بصري قرية بالشام تطبع بها السيوف فيقول كساهم محرق سيوفا بصرية اتخذها طباعها خالص الحديد ودروعا لينة مسلسلة متتابعة السرد تطرد على حد واحد لا اختلاف في حلقها ولا تفاوت في نظمها وجعله مبهما لاحكامها *Botsra urbs Syriæ, ubi cudebantur enses. Sensus hic: induit eos Combustor Botsrenses gladios, quos nitidissimo ferro excuderat faber; loricasque flexiles, catenatas, aptissime consertas, ac compactas uno tenore, sine ulla annulorum disjunctione, aut texturæ hiatu; quam clausam vocat, ob compactionem.* Hanc & *texturam* vocitant *Davidis*, cujus nobilitata ab ævo arma. Pulchra quoque & utilis nota ejusdem; قد توسعوا في كسا وان كان اصل الكسوة

6 Laminas *Botzrenſes*, quas fabri expoliverunt,

Loricasque e textura *Davidis* compactiſſima.

NOTÆ.

الكسوة اللباس فقيل اكتسي الارض بالنبات
علي التشبيه وقال روبة يصف الثور والكلاب ۞

وقد كسا فيهن صبغا برزغا ۞

اي كسا الكلاب دما طريا وقال
بعضهم في وصف نبال وزرق كستها
ريشها مضرحية اي قذذها من ريش
مضرحي فعلي هذا قوله كساهم
محرق *Elaxarunt ſeſe in verbo* כסה, *quod proprie, ut* לבש, *veſtire. Inde formatum, conveſtit terram herba, propter convenientiam. Rouba etiam auſus, ubi taurum & canes deſcribit:*

Hos induit tincturam vividiſſimam.

Hoc eſt, canes recenti ſanguine veſtivit. Alius in deſcriptione ſagittarum, & cuſpidum: has induerat pennis ſuis accipiter; id eſt, ipſe eas pennis inſtruxerat accipitris. Ad hanc faciem & noſter, induerat eos Combuſtor laminas. Hæc ad לבש, כסה, עטה, eorumque uſus *metaphoricos* non diſplicebunt. En aliud adhuc, ex lecythis *Criſeos* margini *Merzoukii* appictum; قال الخطيب لم يجر
العادة بان تقول كسوته سبغا وانما
جاز ذلك لانه جاء في هذا الكلام
ومطردا

فَلَمَّا رَأَيْتُ ٱلصَّبْرَ قَدْ حِيلَ دُونَهُ
وَأَنْ كَانَ يَوْمًا ذَا كَوَاكِبَ مُظْلِمَا ۞

NOTÆ.

ومطردا الدرع تلبس فلما خبر عن شي يجب فيه ان يقال كسوت حسن ان يجعل معه غيره *Auctor eſt Chatybus non permittere morem loquendi, ut dicatur, veſtivi eum gladium; ſed hoc jam permiſſum, quia hunc in ſermonem etiam loricæ intrant; loricæ autem veſtiuntur. Quum ergo aliquid narratur, in quo adhibendum verbum veſtire, eleganter ei & aliud aliquid adjunxeris.* Eſt obſervatio, quam in *Græcis Latinisque* principes Viri ſæpe inculcarunt, atque agminibus exemplorum inſtruxerunt.

Vſ. 7. Egregie *Merzouk.* يقول لما رايت الشر مستفحلا والخطب عظيما مستغظعا والصبر عاما لنا كلنا مغلوبا عليه ممنوعا صبرنا نحن من بين اصحابنا علي عادتنا المعهودة ووطنا علي الشر انفسنا ويجوز ان يريد بقوله لما رايت الصبر قد حيل دونه لما رايت الوقت وقتنا يقال فيه الصبر يحال بين طالبه وبينه *Id vult: quum viderem malum cruduiſſe, & negotium grave atque horrendum incubuiſſe; ac communem nobis omnibus patientiam eſſe victam, atque ad incitas redactam; tum vero nos e medio ſociorum noſtrorum patientiam exeruimus pro more nobis ſueto; atque procumbere juſſimus animas noſtras ſuper malo iſto.*

Li-

ז At quum videremus patientiam evictam;

Diemque usque eo, ut ſtellæ apparuerint, obſcuratum.

NOTÆ.

Licet etiam phraſin, vidi interſeptam fuiſſe patientiam, exponas; vidi horam iſtam talem, in qua qui patientiam quæreret, eam haud poſſet invenire. Nempe حيل دون vel per *ſuperari* poteſt reddi, vel per *intercipi.* Poſtremum acutius: ejusdemque coloris eſt, quod in *Pſalmis* habemus, *Viri non invenerunt dextras ſuas.*

Ibid. Ad voculam ان monet *Merzouk.* eſſe qui per *kesra* legant, & eſſe qui per *phata.* Si prius obtineat, erit, *etſi dies foret talis:* ut ſit *excuſantis ſocios*, quod *patientia* ipſis fuerit *intercepta*, & *interſepta.* Si poſterius, exibit, *& quod talis extitiſſet dies multo atrociſſimus.* Id commodius, nec debuiſſet inde *Merzoukius*, quaſi minus foret elegans, reſilire. Phantaſiam *Poëticam*, qua *ſtellæ medio die apparuiſſe* dicuntur, non uno modo expoſitam reperio a *Tauriz.*

قوله وان كان يوما قال وان كان اليوم يوما ومثله قول الاخر ۞

فدي لبني ذهل ناقتي اذا كان يوما ذا كواكب اشنعا ۞

وقوله ذا كواكب هو ماخوذ من قولهم لراءه الكواكب نهارا وهو شي نطقوا به في الدهر الاول يريدون سدة الامر وعظم الخطب قال طرفة ۞

تقريبه

تريه النجم يجري بالظهر ۞

وقال فرزدق

لقد سار ابن يوسف سيرة
ارتك ذخوم الليل مظهرة تجري ۞

ويجوز ان يكون ضربهم هذا المثل ماخوذا من كسوف الشمس لان الناس يعظمون ذلك واذا كسفت وذهبت ضوءها رءيت النجوم ويحتمل ان يكون اصل ذلك في الحرب وهو اشبه ما يقال لان الاسنة تشبه بالنجوم قال الافوه ۞

جحفل اورق فيه هبوة ونجوم تتلظي ۞

وقد شبهوا الفرسان اذا لبسوا الحديد بالنجوم قال الشاعر ۞

قوم اذا لبسوا الحديد كانهم
في البيض والحلق والدلاص نجوم ۞

ولا يبعد ان يكون قولهم لراءة النجوم نهارا جاريا مجري قولهم وقع القوم في سلا جمل اي في امر لا يكون مثله لان السلا للناقة لا للجمل

Quum dicit, & quod extiterit diem, Ellipsis est, pro extiterit dies ille in diem quo &c. Tale & hoc alterius.

Victima sit pro Dhublitis Camelus meus,
Quum extitit diem, quo stellæ conspiciuntur, fœdissimum.

Quod

Quod autem dicit, in quo ſtellæ comparuere, deſumtum ex formula, videre eum fecit ſtellas de die. Ita antiquis temporibus loquebantur, quum ſignificare vellent calamitatem gravem, remque atrociorem. Sic Tarapha

Oſtendis ei ſtellas ipſo meridie volventes.

Item Pherezdakus

Sane Joſephi filius iter tenuit,
Quo tibi noctis oſtendit ſtellas meridie ipſo volventes:

poſſitque hæc parabola deſumta videri a deliquio ſolis, quoniam homines id grave cenſent; quum autem lux ejus impalleſcit, atque interit, ſtellæ apparent, Fieri autem poteſt, ut origo a prælio pendeat; quod quidem ſimillimum veri; quoniam cuſpides comparantur cum ſtellis. Dixit Aphwab

Exercitus nigro alboque mixtus, pulvere denſus, in quo ſtellæ flammantes.

Etiam Equites ferro indutos aſſimilarunt ſtellis. Ita Poëta

Gens ſunt, qui, quum ferrum induerunt,
In galeis loricisque ſtellæ ſint.

Quin alienum non eſt, ut quum dicunt, videre eum fecit ſtellas de die, eadem formula id exeat, qua, inciderunt in ſecundinam cameli maſculi; nam ſecundina femellæ eſt, non maſculi. Innuitur iſta *ſecundina cameli maris*, aliquid *monſtri* ac *prodigii*; quale etiam exiſteret quum *ſtellæ de die exorirentur.* Sed hoc longiuſcule nunc quæſitum. Media expoſitio, argutior heic loci, quam ſolidior. Comparatio *virorum in armis micantium cum ſtellis fulgentibus*, trita quidem illa Poëtis; atque ab *Homero* ſæpiuſcule etiam adhibita; ſed ei hic parum aut nihil loci relictum; quum ſeries tendat ad *atrocem, quæ jam jam imminebat, cladem, ſic ut tenebræ denſiſſimæ oculis ingruerent pugnantium ſociorum; atque ita ſtellæ medio* velut *die ab*

صَبَرْنَا وَكَانَ ٱلصَّبْرُ مِنَّا سَجِيَّةً
بِأَسْيَافِنَا يَقْطَعْنَ كَفًّا وَمِعْصَمَا ۞
تُعَلِّقُ هَامًا مِنْ رِجَالٍ أَعِزَّةٍ عَلَيْنَا
وَهُمْ كَانُوا أَعَقَّ وَأَظْلَمَا ۞

NOTÆ.

ipſis conſpicerentur. Vincat ergo, quæ ſola nunc quadrat, prior interpretatio. Huc vocat quoque مظلم *obtenebratus dies.* Sic *Amos* VIII: 9. *Sol in meridie occidens, & terra obtenebrata* ביום אור *die lucidiſſimo*, habet quidem ſublimiorem adſpectum ex *Allegoria*; litera tamen hinc quoque pendet; quod *medio die ortæ denſiores tenebræ*, res *deſperatas* ac *conclamatas* expingant.

Vſ. 8. Illuſtrant *Merzouk.* & *Tauriz.* hunc verſiculum, altero hocce *Nahsjali*

وَيَوْمٍ كَأَنَّ ٱلْمُعْطَلِبِينَ بِحَرِّهِ
وَإِنْ لَمْ يَكُ نَارٌ قُعُودٌ عَلَى ٱلْجَمْرِ ۞
صَبَرْنَا لَهُ حَتَّى تَجَلَّى وَإِنَّمَا
تُفَرَّجُ أَيَّامُ ٱلْكَرِيهَةِ بِٱلصَّبْرِ ۞

Se-

8 Tum vero nos patientiam exerere *invictam*, quæ noſtra indoles eſt,
Noſtris cum gladiis, qui ſcinderent manum & brachium.

9 Quin capita finderent virorum, qui quidem nobis cariſſimi:
In nos tamen præfractiſſimi, & iniquiſſimi.

NOTÆ.

Sæpe diem, cujus qui torrerentur æſtu,
(Quantumvis nullus foret ignis) velut ſedentes ſuper prunis,
Patientia ſuſtinuimus, donec diſſerenaretur; namque ſolummodo
Diſcutiuntur dies mali gravioris patientia.

Vſ. 9. Cumulate *Merzouk.* يقول نشقق هامات من رجال يكرمون علينا ويعزون لما تجمعنا من الاحوال الوكيدة والحرم القديمة والانساب والاسباب وهم كانوا اشد عقوقا واتم ظلما بما اطرحوه من مراعاة الحقوق وبداوا به من تناسي العهود واستعملوه من البغي وسلكوه من سنن الغي ويروي ان يزيد بن معوية تمثل بهذا البيت يوم وضع ببن يديه راس الحسين بن علي

Hoc dicit. Findimus capita virorum qui honorati nobis, & cariſſi-

وَلَمَّا رَأَيْتُ ٱلْوُدَّ لَيْسَ بِنَافِعِي
عَمَدْتُ إِلَى ٱلْأَمْرِ ٱلَّذِي كَانَ أَجْزَمَا ۞
فَلَسْتُ بِمُبْتَاعِ ٱلْحَيَوٰةِ بِذِلَّةٍ
وَلَا مُرْتَقٍ مِنْ خَشْيَةِ ٱلْمَوْتِ سُلَّمَا ۞

NOTÆ.

rissimi, propter pacta quæ nos illosque conjunxerunt, firma; & sacratissima jura antiqua, & cognationes, & necessitudines. At illi præfractiores contumacia, & iniquiores; quippe qui abjecerint observationem horum jurium, & primi fœderum fuerint immemores, & multam commiserint injustitiam, & perversissimas ingressi sint vias. Traditur Chalipham *Jezydum filium Moawiæ hunc versum usurpasse, & iterasse, quum caput Husani filii Ali inter manus ejus deponeretur.* Verbum عق *fidit, rupit;* inde *abrupit vincula necessitudinum: rebellis, contumax fuit.* Ejus *compar. & superlat.* اعق *Lexicis* addendum.

Vs. 10. In MSS. plerisque احزم *firmius, constanti pectore dignius:* ab حزم *firmo fuit pectore;* proprie *substrictus*

fuit.

10 Nempe poſtquam vidi amorem nil proficere;

Aggreſſus rem ſum, quæ foret diſſecantior.

11 Non enim is ſum, vitam qui vilitate emerit,

Neque qui ſcalam metu mortis eſcenderit.

NOTÆ.

fuit. A جزم *ſecuit*, *diſſecuit* גזם, اجزم ſonat *ſecantius.* Hoc cum *firmitate* eadem *pectoris* adfert *litem ſectam*, per *capita diſſecta.* Id acuminis captatum, ſeries arguit.

Vſ. 11. Pulchræ phraſes. Prior per ſe lucet. Poſterior lucis indiga. *Mortis metu ſcalam eſcendere* ſenſu *literali* adfert, *in arborem erepere*, vel *aliud latibulum*, in quod *quaſi per ſcalam evadatur.* Senſus *ſublimior*, & *allegoricus*, in *ſcala* offert *gradus cognationum*, & *neceſſitudinum.* Hanc *ſcalam mortis metu aſcendunt*, vel, *qui gratiam implorant ob ſanguinis conjunctionem*; vel, *qui fingunt ſe parcere velle neceſſariis, quum ſibimet parcant*; *& pugnam metu mortis detrectent.* Commentatores mei hic pumice aridiores.

قال

بشامة بن حزن

وَلَقَدْ غَضِبْتُ لِخِنْدِفٍ وَلِقَبْسِهَا
لَمَّا وَنَى عَنْ نَصْرِنَا خُذَّالُهَا ۞

دَافَعْتُ عَنْ أَعْرَاضِهَا فَمَنَعْتُهَا
وَلَدَيَّ فِي أَمْثَالِهَا أَمْثَالُهَا ۞

انِّي أَمْرُؤٌ أَسِمُ ٱلْقَصَايِدَ لِلْعَدِي
انَّ ٱلْقَصَايِدَ شَرُّهَا أَغْفَالُهَا ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. *Chindiph* & *Kais* ſunt duæ tribus *Modaritarum* ونى *torpere inciſo nervo.* خذل *flaccescere.* Inde خاذل ſpeciatim, *qui amicum deſtituit ope.* Ejus *plur. fr.* خُذَّالٌ *flaccescentes.*

Vſ. 3. *Allegoria* abſtruſior, quam ita exponit *Tauriz.* اسم اي اجعل بها شبا قشهر به وتعرف كما تعرف الناقة بسمتها

Nota inſignio carmina, *eſt, imprimo aliquid in ea quibus nobilitentur, & internoſcantur, ſicut camelus dignoſcitur nota ſibi im-*

DIXIT
BESJAMA IBN HEZNI.

1 Sane vero ſuccenſeo *Chindipho*, ejusque *Kaiſo;*
Quum ab auxilio torpuere ejus flaccidi.

2 Defenſavi famas eorum, easque tuitus ſum,
Penesque me in ſimilibus ſimilia.

3 Ego quidem vir ſum, qui carmina notis in hoſtes inſignio;
Sane carminum peſſima, ea quæ notis careant.

NOTÆ.

impreſſa. Sentis ſimul quid *Carmina* velint, *quæ notis careant.* أغفال *plur. fr.* a غفل, apud *Golium*, *deſertum via & ſignis carens; veſtigiis habitationis deſtituta* terra; *experientia & rerum uſu carens* vir; *notæ* jumentum. *Omnis bonæ ſortis expers* vir. *Incogniti auctoris* carmen. *Anonymus* Poëta. Omnia uno filo pendent, ſeque evolvunt. Non male quidem *carmen Anonymi* eatenus dici poteſt *nota carere*, quatenus auctorem veſtigare non datur. Sed aliud hic intenditur. *Nota diſtincta carminis* adverſus *hoſtes* deſtricti, eſt, ut ſit *vehemens, acre, ſale ſatyrico conſperſum*, atque *notas inurens quaſi.* Hoc innuebat is, de quo *Merzouk.*

سمعت

قَوْمِي بَنُو ٱلْحَرْبِ ٱلْعَوَانِ بِجَمْعِهِمْ
وَٱلْمَشْرَفِيَّهِ وَٱلْقَنَا أَشْغَالُهَا ۞

NOTÆ.

سمعت من يقول في البيت انه مقلوب والمراد اسم العدي بقصايدي والاول اكشف واصح *audivi aliquem qui diceret hunc verſiculum eſſe inverſum; atque ita reddendum; notare ſoleo hoſtes meis carminibus. Sed prius apertius eſt & verius.* Scilicet ipſe ſimpliciter *notam* ceperat de *nomine auctoris* adjecto. Id multo dilutius. *Inverſionem* iſtam, quam *Enallagen* vocant Critici, etiam parum moror. Multo gravius enunciatur, *notis ſatyricis inſignio carmina mea; & peſſima carminum quæ notis careant*; quam ſi dixeris *hoſtes meos inſignio notis per carmina mea.* Idem de omni *Enallage* judicium ferendum.

Vſ. 4. Iterum *filii belli*, pro *bellis aſſueti*, atque *inde velut nati.* العوان epitheton *belli* vehementioris, quod crebro occurſat. In *Golio* habes, *iteratum*, *redintegratum* prælium; ſed unde, non additur. En *originem* ex *Tebleb.* ad *Harir. Conſ.* 9. الحرب العوان اي التي قوتل فيها مرة بعد اخرى وهي اشد مما قبلها لتجربة اهلها القتال وشدة حميتهم واعدادهم المكايدة اللايقة مما علموه من شان عدوهم والعوان الثيب سواء كانت ذات زوج او لم تكن وفي

4 Gens mea, Filii ſunt belli contumacis, quum in aciem collecti ſunt;

Et nobiles gladii, & haſtæ iis flammantiſſimæ.

NOTÆ.

وفي الصحاح العوان النصف في سنها من كل شي والعوان من الحرب التي قوتل فيها مرة بعد اخري كانها جعلوا الاولي بكرا

Bellum, præliumve, hoc epitheto auctum eſt, quod iterum iterumque depugnatur; quodque priori acrius; quia jam experientia pollent pugnatores, & vehementius accenduntur; quin opportunius belli artes inſtruere poſſunt; comperta conditione hoſtium. Proprie autem vocabulum hocce deſignat fœminam cum viro ſæpius congreſſam, ſive maritum adhuc habeat, ſive eodem careat. Apud Gjeuharium exponitur, quæ mediæ eſt ætatis, qualis ea cumque. Bello adhibitum, ſignat inſtauratum vicibus aliis poſt alias; tanquam ſi prius bellum haberent pro virgine. Eſt *Dithyrambicum* genus *metaphoræ.* Tale illud in *Hamaſa.*

ولسنا من بني جداء بكر
ولاكننا بنو جد النقال ۞

Neque ex filiis ſumus mammis carentis & virginis;
Sed nos filii ſumus belli validiſſime colliſi.

Ubi *Tauriz.* جعل الجداء البكر كناية عن الحرب الضعيفة يقول لسنا ابنا الحرب البسيرة الاذي والشر ولكننا

مَا زَالَ مَعْرُوفًا لِمُرَّةَ فِي ٱلْوَغَى
عَنَّ ٱلْقَنَا وَعَلَيْهِمْ إِنْهَالُهَا ۞

مِنْ عَهْدِ عَادٍ كَانَ مَعْرُوفًا لَنَا
أَسْرُ ٱلْمُلُوكِ وَقَتْلُهَا وَقِتَالُهَا ۞

NOTÆ.

ولكننا بنو حرب عوان *Mammis carentem adhuc virginem figuram conſtituit belli remiſſioris: ſenſus eſt; non ſumus filii belli parum noxæ aut mali inferentis: ſumus ſane filii belli crebrius colliſi.* Cernis anſam phraſeos duriuſcula quidem, ſed quam frequens uſus emollivit; atque commendavit.

Ibid. Minus limpida *Syntaxis* verbi اشعالها *infin.* IV. a شعل *accendit.* Eam ita reſolvit *Tauriz.* اي السيوف والقنا لها اشعال يعني سيوف قومه *Id vult, in enſibus & haſtis flammam quaſi accenſam eſſe, nempe ſuæ gentis illis.*

اشعالها

5 Non ceſſat *Morritis* in prælio innoteſcere
Hauſtus plenior haſtarum; poſtquam primam ſitim rigarunt.

6 Ab ævo *Adi* familiariſſimum nobis extitit
Reges vincire, cædeque ac ſtrage afficere.

NOTÆ.

اشعالها pro اشعال لها; ut *Pſ.* cxv: 7. ידיהם *manus eorum*, pro ידים להם *manus illis* &c. Abruptior iſta ſtructura magnam habet dignitatem.

Vſ. 5. Depinguntur clades hoſtibus ſæpius inflictæ. Recinunt inter ſe נהל נ—ל *primo hauſtu bibere*, & עלל ע—ל *altera vice hauſit, ſeque explevit.* Verba alibi jam pro uſu hocce *metaphorico*, qui in *hauriendo ſanguine* frequentatur, illuſtrata. وعلبهم انهالها proprie ſonat, *& ſuper eos primam ſitim earum rigaſſe.* Hoc ipſis oneris a nobis incumbit. Hoc repetitis cladibus a nobis experiuntur.

قال

المتلمس واسمه جرير

بن عبد العزي

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْمَرْءَ رَهْنُ مَنِيَّةٍ
صَرِيعًا لِعَافِي ٱلطَّيْرِ أَنْ سَوْفَ يَرْمَسُ ۞

فَلَا تَقْبَلَنْ ضَيْمًا مَخَافَةَ مِيتَةٍ
وَمُوتَنْ بِهَا حُرًّا وَجِلْدُكَ أَمْلَسُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Egregie *Tauriz.* يقول الانسان مرتهن الاجل فاما ان يموت حتف انفه فيدفن واما ان يقتل في معركة ويترك لعوافي الطير والسباع *Hoc dicit. Homo pignore obligatus eſt fatali termino, ſive anima per naſum rapta leni morte fungatur, ſive occumbat in acie, abjectus pabulantibus volucrium atque ferarum.* Vocabulum عافية eſt *part. fœm. præſ.* in I. atque a *Golio* declaratur *quicquid victum quærit*, ut homo, fera, avis. Deſcendit a *ſignif.* 6. verbi عفي *acceſſit beneficii quid captans; petensque*: quaſi *pabulatus eſt* ſcilicet. Inde *part.* عاف *qui quærit captatque beneficium*, velut *pabulator*; & عافية *pabulatrix turba*; præſertim

fera-

DIXIT MUTELAMMIS CUI NOMEN GJERYR IBN ABD-ELUZZÆ.

1 Ecquid cernis virum oppigneratum esse fato;

Ut vel stratus jaceat prædæ pabulanti volucrium, vel ut humetur.

2 Ne ergo injuriam metu mortis recipias,

Quin moritor tunc liber, & cutim nitidus.

NOTÆ.

ferarum ac *volucrum cadaveribus imminentium*. sic *Schoreich Ibn Kerwasch* in *Hamasa*

لتركته لعواف من ضباع وانسر ۞

Sane reliqui eum pabulantibus hyænarum & vulturum.

Vs. 2. Notandus *imperat.* موتن *moritor*, cum *Nun paragogico*, ad majorem emphasin. وجلدك املس ad verbum, *& cutis tua nitida*, i. e. *ut nullam tibi maculam patiare adspergi.* Ita in *Jobo* habemus *nitidior fuso speculo.* Protrita *allegoria*, in proverbium quoque missa, quod fert عثبثة تقرم جلدا املس *tinea rodit corium glabrum.* Ita Cl. *Gol.* in *Adag. num.* XXVIII.

فَمِنْ طَالِبِ ٱلْأَوْتَارِ مَا حَزَّ أَنْفَهُ
قَصِيرٌ وَخَاضَ ٱلْمَوْتَ بِٱلسَّيْفِ بَبْهَسُ ۞

نَعَامَةُ لَمَّا صَرَّعَ ٱلْقَوْمُ رَهْطَهُ
تَبَبَّنَ فِي أَثْوَابِهِ كَيْفَ يَلْبَسُ ۞

NOTÆ.

quum *homo vilis ac improbus lacerare ſtudet famam viri probi.*

Vſ. 3. Hiſtoriam *Katzyri*, ſive, ut alii enunciant, *Kotzeiri*, qui ad talionem exequendam *naſum ſibimet præcidiſſe* traditur, atque *Reginam Meſopotamiæ* circumveniſſe, expoſitam reperies in *Monumentis vetuſtis Arabiæ*, a me editis. ما hic eſſe زايدة redundans, monet *Tauriz.* qui *Baihaſi* notitiam ita ſtringit. ببهس هو الذي يلقب نعامة وهو رجل من بني فزارة فقتل له سبعة اخوة فتحامق فجعل يلبس القميص مكان السراويل والسراويل مكان القميص فاذا سيل عن ذلك قال

البس لكل حالة لبوسها ۞
اما نعيمها واما بوسها ۞

فتوصل بما صورة من حاله الي ان طلب

3 Ex vindictæ ſtudio eſt, quod naſum ſibimet præciderit
Katzyrus, quodque gurgites mortis intrarit gladio *Baihaſus*.

4 *Naama* cognomine, cujus quum ſtraviſſent familiam,
Oſtendit ſuis veſtibus quid doli veſtiret.

NOTÆ.

طلب بدماء اخوته واخذ ثارة وحديثه معروف

Baihaſus, qui & Naama cognominatus, erat ex Phezaridarum gente. Ei occiſi ſeptem fratres. Ergo ſtolidum ſimulavit, induens induſium loco femoralium, & femoralia loco induſii. Rogatus cur ita faceret, dixit,

Induo cuique ſtatui conveniens indumentum;
Sive is ſit lætior, ſive & triſtiſſimus.

Per hancce ſimulationem autem eo pervenit, ut cædem fratrum executus talionem ceperit. Hiſtoria ejus celebris.

Vſ. 4. Vox רֹהַט *collective* ſignat *familiam e ſolis viris, a* 2. *ad* 10. Innuuntur 7. ejus fratres. Aliquando etiam ſingula capita ſignat; ut apud *Harir.* תִּשְׁעָה רֹהַט *novem perſonæ.* Poſtremum يلبس venuſto hic luſu locatum; notat quippe *veſtire*; ut לבש; notat & *ſimulare*, ac *dolos tegere.*

Vſ. 6.

وَمَا ٱلْبَأْسُ إِلَّا حَمْلُ نَفْسٍ عَلَى ٱلسُّرَى
وَمَا ٱلْعَجْزُ إِلَّا نَوْمَةٌ وَتَشَمُّسُ ۞

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْجَوْنَ أَصْبَحَ رَاسِبًا
تُطِيفُ بِهِ ٱلْأَيَّامُ مَا يَتَأَيَّسُ ۞

عَصَى تُبَّعًا أَيَّامَ أُهْلِكَ ٱلْقُرَى
يُطَانُ عَلَيْهِ بِٱلصَّفِيحِ وَيُكْلَسُ ۞

هَلُمَّ إِلَيْهَا قَدْ أُنِيرَتْ نُرُوعُهَا
وَعَادَتْ إِلَيْهَا ٱلْمُذْجَنُونُ تُكَدَّسُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 6. De Arce hac *Tauriz.* الجون حصن اليمامة ويقال انه من مصانع طسم وجدير يقول لا توعدنا فان حصننا حصين لا يوصل اليه ولا يستباح حماه *Gjaunum appellata Arx Jemamæ, quæ dicitur ex antiquiſſimis ſtructuris Tesmitarum & Gjadiritarum. Senſus eſt: ne minas nobis intentes, nam Arx noſtra munitiſſima eſt: attingi plane nequit; neque ſacrum ejus ſeptum*, pomœrium, *violari.*

Vſ. 7. Tangitur vetus hiſtoria; de qua *Tauriz.* يقول ان تبعا لما غزا القرى والمدن لم يصل الى

5 Nempe fortitudo non conſiſtit niſi in ſuſcipiendis arduis facinoribus:

Ut mera ignavia eſt, ſomno & ſole foveri.

6 An non cernis *Giaunum* arcem evaſiſſe fundatiſſimam,
Quantumvis eam dies *bellorum* cinxerint, neutiquam infractam.

7 Contumax illa eduravit *Tobbaum*, quum exitio darentur urbes;
Cæmento magnis ejus lapidibus firmatis & calce.

8 Huc ad illam! namque ſegetes ejus excrevere,

Atque identidem ſuper eas rotæ volvuntur aquariæ.

NOTÆ.

السي بيمامة للحصن وذكره بالعصبان

Dicit Tobbaum quum expeditionem ſuſcepiſſet in urbes & provincias, non veniſſe in Jemamam, ob hanc ipſam Arcem, ejusque inexpugnabilem qua celebratur, munitionem. تبع *Tobbai* vocitati antiqui Reges *Arabiæ Felicis*, e ſtirpe *Joctanidarum*; de quibus alibi diſſerui; & pluribus adhuc diſſertandum reſtat. Conſulatur interim *Pocok.* in *Specim. Hiſt. Arab.* ubi ſeries eorum contexta. Quisnam hicce, disquiretur in *Hiſtoria Regni Joctanidarum.*

Vſ. 8. Senſum præruptiorem ſic ligat, & ſarcit, *Tauriz.* البهاء اي السي اليمامة يخاطب النعمان وهذا

وَذَاكَ أَوَانَ ٱلْعِرْضِ جَنَّ ذُبَابُهُ
زُنَابِيرُهُ وَٱلْأَزْرَقُ ٱلْمُتَلَمِّسُ ۞

NOTÆ.

وهذا تهكم يقول اقصدها
فانها اخصب ما تكون مزدرعها
مثمار ودواليبها تدور وتكدس اي
تركب بعضها بعضا في الدوران
ويستعمل في سير الدواب وغيرها
والمنجنون الدولاب *Illud*, ad eam, *refertur ad Jemamam. Alloquitur Nomanum; eſtque hic ſarcasmus. Dicit nempe, contende ad eam, namque nunc exuberat quantum pote: ſata ejus nitent, & rotæ ejus aquariæ volvuntur; ac conglomerantur, id eſt, aliæ ſuper alias congeſtæ circumvolvuntur; atque rigatio peragitur adhibitis jumentis, aliisque adminiculis: Manganum hic rotam aquariam ſignat.* In *Appendice Golii* ſcribitur منجانين cum *plur. fr.* منجانين ex *Græco* μάγγανον, qua *machinamentum* notat, voce invecta. *Nomanus* hicce, filius *Almondari*, inter Reges *Hirenſes* comparet apud *Pocok. Spec. Hiſt. Arab.* p. 72. 74. unde apparet ſimul, eum regnaſſe *Muhammede* adhuc juvene, & necdum Prophetam agere aggreſſo. Vide & *Prologum* Doctiſſ. *Reiskii* ante *Moallekam Taraphæ*, p. XLIV. & ſeq. ubi de *Poëta*

noſtro

9 Atque nunc in conſita valle perfurit ejus muſca,

Bombantes apes, & cæruleus pabulator.

NOTÆ.

noſtro quoque multa curioſa promuntur. Illuc remitto. Voculam البها malui ad *ſegetes* referre.

Vſ. 9. *Tauriz.* العرض واد من اودية اليمامة وجن دبابه اي كثر ونشط ويروي حي دبابه اي عاش بالخصب وقوله الازرق المتلمس اشارة الي جنس اخر والمتلمس الطالب ويقال ان هذا الشاعر سمي متلمسا من هذا البيت واسمه جرير ابن عبد العزي

Vallis inſignior Jemamæ dicta Alird. Perfurit muſca ejus, valet, conferta eſt & laſcivit. Editur quoque, vivit muſca ejus, nempe lætabunda ad tantam ubertatem. Quum addit, cæruleus pabulator innuitur genus paulo diverſius. Mutelammis proprie eſt flagitator. Dicitur Poëtam huncce Mutelammiſum cognominatum ex hoc ipſo verſu; quippe cujus nomen Gjeryr Ibn Abd-Eluzza. العزي *Eluzza* inter *idola Meccana* colebatur; quaſi *potentiſſimam* dicas *Deam.* Pro *ſervo-Uzzæ* etiam *Abdol-Meſych, ſervum-Meſſiæ* reperio; unde *Chriſto* eum nomen dediſſe ſuſpicari eſt.

قال

عبد الملك الحارثي

انّي لأَرْبَابِ ٱلْقُبُورِ لَغَابِطٌ
بِسُكْنَى سَعِيدٍ بَيْنَ أَهْلِ ٱلْمَقَابِرِ

وَانّي لَمَفْجُوعٌ بِهِ اِذْ تَكَاثَرَتْ
عُدَاتِي وَلَمْ أَهْتِفْ سِوَاهُ بِنَاصِرِ

فَكُنْتُ كَمَغْلُوبٍ عَلَى نَصْلِ سَبْيَةٍ
وَقَدْ حَزَّ بِهِ نَصْلَ حَرَّانَ ثَائِرِ

NOTÆ.

Hoc, & alia quædam ſpecimina, ex *Capite* II. *Hamaſæ* excerpſi, quod inſcribitur باب المراثي *Caput Epicediorum:* de quo vide *Præfationem.*

Vſ. 1. Signata phraſis ارباب القبور *Domini*, ſive *poſſeſſores ſepulcrorum*, pro *ſepultis.* Sic ارباب الالباب *Domini*, ſive *poſſeſſores cordium*, in *Hiſt. Tamerl.* p. 73. quin ارباب الحجال *Dominæ periſcelidum*; pro *mulieribus iisdem ornari ſolitis.* Admittitur nempe ad eosdem uſus *periphraſium*, quas præbent vocabula صاحب & ذو item *Dominus*, *poſſeſſor:* quasque *Hebræi* cum ſuo בעל permiſere. سكني *habitatio*, *incolatus*;

DIXIT

ABDOLMELICHUS HARITHÆUS.

1 Equidem fortunis ſepultorum invideo,
Quod habitet *Saydus* inter incolas ſepulcrorum.

2 Et quidem eo orbatus tum, quum, adauctis hoſtibus,
Non eſt quem implorem, præter eum, opitulatorem.

3 Sic factus ſum ut is cui gladii cuſpis extorta,
Quum conſcindat ipſum cuſpis ultionem ſitientis, vindicis.

NOTÆ.

tus; illuſtri figura, ut verbum ipſum سكن الثري *habitare pulverem*, quod & in Sacris protritum, ubi שכני עפר *habitatores pulveris*, ſunt *ſepulti:* משכן مسكن *habitaculum* pro *ſepulcro* alibi quoque produxi. Subtexitur in eandem figurationem اهل المقابر *populus* ſive *familia cœmeteriorum.*

Vſ. 3. Verbum مغلوب eſt *ſuperatus*, *vim paſſus;* a غلب *prævaluit;* ſenſus eſt: كنت كمن غلب علي عدته اشد ما كان حاجة اليها *extiti tanquam is cui arma erepta tum, quum maxi-*

أَنَبْنَاهُ زُوَّارًا فَأَمْجَدَنَا قِرًى
مِنَ ٱلْبَنِّ وَٱلدَّاءِ ٱلدَّخِيلِ ٱلْمُخَامِرِ ۞
وَأَبْنَا بِزَرْعٍ قَدْ نَمَا بِصُدُورِنَا
مِنَ ٱلْوَجْدِ يُسْقَى بِٱلدُّمُوعِ ٱلْبَوَادِرِ ۞

NOTÆ.

me ea opus haberet, חזז *secuit; scidit, incidit crenatim:* inde חזיז *fulgetrum.* حَرَّانُ *sitibundus*; ab חרר حرّ *candescere;* quasi *candescens siccitate* & *siti.* Innuitur simul *ignita ultionis cupiditas.* Eo adspectu طعنة حري *confossio ignita* in *Diw. Hud.* est *ignito impetu inflicta.* Insignite *Harir. Conf.* 18. البة حري *jusjurandum candescens*, hoc est, *ignito impetu & fervore conceptum: omnibusque diris stipatum.*

Vs. 4. Referuntur hæc a *Merzoukio* & *Tauriz.* ad *visitationem* jam *mortui*, & *sepulti*; ut ejus monumentum honorarent. Mihi commodius visum, quod expressi, *vs.* 6. illuc trahente. امجدنا dilute nimis exponitur a *Tauriz.* اكثر قرانا من الحزن والداء المتمكن من القلب يقال امجدت الدابة اذا اكثرت علفها *Multiplicavit cibum nobis doloris, & ægritudinis cor penitissime occupantis. Dictum* אמגדת *jumentum, quum multiplicas ei pabulum.* Recte quidem illud postremum pro *glossemate*; non pro genuina virtute, quæ est, *turgere feci jumentum*; nempe *pabulo viridi largiter subministrato.* Illustra-

4 Acceſſeramus viſitaturi *moribundum;* exſaturavitque nos
Cibo doloris, & ægritudinis penitiſſime fermentantis.

5 Diſceſſimusque turgeſcente in pectoribus ſemine
Deſiderii, quod lacrymis rigaretur præproperis.

NOTÆ.

ſtratum jam ſupra *pag.* 478. 479. Inde nunc admirabiliter *turgeſcere nos fecit cibo doloris* &c. قري eſt *cibus, quo occurritur hoſpiti*, vel, *quo hoſpites excipiuntur.* Solebat nempe *lautiſſime excipere amicos*, & *hoſpitaliſſime invitare*, ita ut *delicatis* identidem *cibis miniſtratis eos faceret turgeſcere*; qui nunc *lecto* ejus *aſſidentes*, *cibo doloris*, commutatis vicibus, dicuntur *turſiſſe.* Luſus ex ancipiti, ex eo quod *turgere* dicatur & *venter cibo*, & *cor dolore.* Aliquid *Proverbiale* redolet *cibus doloris*, & *ægrimoniæ:* ut in Sacris *dare alicui* להם לחץ ומים לחץ *panem afflictionem*, & *potum oppreſſionem.* بث eſt *triſtitia mentem quaſi diſpergens*; a بث *ſparſit*, *diſſipavit.* مخامر *part.* III. a خمر חמר *fermentavit maſſam* intus abdito fermento. Inde خامر *turbavit* mentem *crapula*; *dolore* capitis affecit; atque alia, a *fermentando* ducta. Graviſſimam *metaphoram* format *ægritudo fermentans*, quaſi quæ *interiore ſuo æſtu totam mentem corripiat* atque *conturbet.* Geminum germanum *Thren.* 1: 20. מעי המרמרו *viſcera mea vehementius fermentuerunt.*

Vſ. 5. Perquam venuſta *allegoria*; quam ita explanat *Tau-*

وَلَمَّا حَضَرْنَا لِاقْتِسَامِ تُرَاثِهِ
أَصَبْنَا عَظِيمَاتِ اللُّهَيِّ وَالْمَآثِرِ ۞

NOTÆ.

Tauriz. يقول ان حزنهم يزيد على مر
لايام فهو كالزرع النامي وان سقياه
الدموع *Vult dicere ipſorum dolorem increſcere volventibus diebus; eumque eſſe inſtar ſeminis ſuccreſcentis; cujus rigatio ſint lacrimæ*

Vſ. 6. Magnanimiter de magnanimo, qui omnem ſuam opulentiam in munificentiſſima dona erogarat; & *nihil patrimonii* reliquerat *heredibus herctum citum venientibus, præter laudes* inde ad ipſum, quin & ipſos, redundantem. Non ſatis dextre hic *Tauriz.* اللهي افضل
العطاء وجزلها والواحدة لهبة ولهوة
ومنه اللهوة التي تلقي في الرحا
Vox Loha notat munificentiſſimas donationes & copioſiſſimas, a ſingul. Lohja & Lohwa. Inde id vocabuli notat, quod molæ injicitur. Inverte ordinem: nam لهبة eſt *quantum molitor manibus ſuis injicit in orificium molæ,* قبضة *pugilli pleni illuc ingeſti.* Inde معطاء اللهي *donator pugillorum;* id eſt *largiens ſimul quantum binis manibus junctis capere poteſt nummorum.* Hinc pendet duplex ille uſus apud *Golium* proſtans, *munus præſtantius;* itemque *mille denarii aurei* vel *argentei.* Cernis quanta dignitas reſideat in عظيمات اللهي *maximi pugillorum,* pro *congiariis abundantiſſime*

6 Quum autem adfuimus herciſcundæ hereditati,
Patrimonium diviſimus munificentiſſimas largitiones, laudesque præſignes.

NOTÆ.

me profuſis. Diverſa multum facie in *Moallek. Amrou Ibn Kelthoum.*

مَتَى تُنْقَلُ إِلَى قَوْمٍ رَحَانَا
كَانُوا فِي ٱلِّقَاءِ طَحِينَا
يَكُونُ ثُفَالُهَا شَرْقِيَّ نَجْدٍ
وَلَهْوَتُهَا قُضَاعَةَ أَجْمَعِينَا

Quum tranſportatur ad gentem mola noſtra,
Ejus in colliſu fiunt farina.
Inferior ejus molaris ad Orientem usque Negdæ *tenditur;*
In eamque ingeruntur commolendi Kodaïtæ *omnes.*

Cumulatiſſima *allegoria*, qua gravis belli moles ſub imagine *molæ* omnia late involventis & conterentis expingitur. Qui ſævo ejus impetu conſumuntur, vocantur لهى *multitudo in molam ingeſta.* Finiamus in مآثر *virtutes inſignitæ & eminentes*, quod eſt *plur. fr.* a مأثرة ab اثر *prædicavit, commemoravit* ut *infinitum*, & *omni laude dignum*; idem quod اثرة apud *Golium*, quod per مكرمة *laude & celebratione dignum quid* exponitur. Ita *Tauriz.* ما

وَأَسْمَعَنَا بِٱلصَّمْتِ رَجْعَ جَوَابِهِ
فَأَبْلِغْ بِهِ مِنْ نَاطِقٍ لَمْ يُحَاوِرِ ۞

NOTÆ.

مَا يُوثَرُ مِنَ الْمَحَامِدِ *quod tanquam insignitum memoratur inter laudabilia.* In *Hist. Tamerl. pag.* 63. كَرَامَاتُهُ مَشْهُورَةٌ وَمَآثِرُهُ مَذْكُورَةٌ *munifica ejus facta nobilitata sunt, & laudes insignitæ ejus concelebrantur.* Sic sæpe apud Auctores. Reddatur *Lexicis* nostris.

Vs. 7. Pulchra *phantasia* Poëtica, qua defunctus hicce repræsentatur dum *silet clamans*, & *heredibus* suis imitationem laudum earundem *alta voce commendans.* Huc tendit illud, *audire fecit nos in silentio profundissimo sua responsa* identidem *redeuntia*, & *auribus nostris insonantia.* In nobilem huncce sensum citatur a *Tauriz.* hoc alterius Poëtæ, in *Epicedio*

وَكَانَتْ فِي حَيَاتِكَ لِي عِظَاتٌ
وَأَنْتَ ٱلْيَوْمَ أَوْعَظُ مِنْكَ حَيًّا ۞

Exstitere mihi in vita tua adhortationes!
At idem tu nunc adhortantior præ temet vivo.

Item & hocce

مَا

7 Atque audire nos fecit per ſilentium reddita reſponſa
Et o potentem oratorem, qui nullam edit vocem!

NOTÆ.

مَا الَّذِي عَاقَ أَنْ تَرُدَّ جَوَابًا
أَيُّهَا الْمِقْوَلُ الْأَدِيبُ الْأَرِيبُ ۞
ذُو عِظَاتٍ وَمَا وَعَظْتَ بِشَيْءٍ
مِثْلَ وَعْظِ السُّكُوتِ إِذْ لَا تُجِيبُ ۞

Quid eſt, quod impediat, quo minus reddas reſponſum,
Lingua præpollens, humaniſſimus, exercitatiſſimus?
Potens adhortationibus! nec tamen inhortatus quicquam es
Simile hortatui ſilentis, quum nil reſpondes.

Poſtremo huic reſonat in verſiculo noſtro فابلغ *imperat.* in IV. unde ad verbum exiſtit: *itaque contentus eſto hocce oratore diſerto nil omnino reſpondente.* Id eſt, *vel diſertiſſimum & potentiſſimum decernas illum oratorem, qui ſine commercio ſermonis ſermocinatur*, & *mortuus* quoque *præconem virtutis agit*, atque *acerrimos nobis ſtimulos ad eam ſectandam admovet.* Uſum huncce verbi حاور *reſpondit ſermonis commercio* habes in illo

أَسْأَلُ الْأَرْضَ وَإِنْ لَمْ تُجِبْكَ حِوَارًا أَجَابَتْكَ اعْتِبَارًا ۞

Interroga terram, quæ ſi non reſpondeat tibi ſermonis commercio, at reſpondebit exemplis.

قال

العجير السلولي

تَرَكْنَا أَبَا ٱلْأَضْيَافِ فِي لَيْلَةِ ٱلصَّبَا
بِمَرْوَ وَمِرْدَي كُلِّ خَصْمٍ يُجَادِلُهْ

تَرَكْنَا فَتَى قَدْ أَيْفَعَ ٱلْجُوعُ أَنَّهُ
إِذَا مَا ثَوَى فِي أَرْجُلِ ٱلْقَوْمِ قَاتِلُهْ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Solemne ابو الاضياف *pater hoſpitum, quod in eos omni copia rerum bonarum exuberare ſoleret.* Sic in *Jobo, pater fui egeno* &c. ليلة الصبا *nox venti orientalis;* qui de *nocte* potiſſimum *ſævit.* Apud Poëtas *noctes ventoſæ* captari ſolent, quibus *adventores* & *hoſpites* liberalitate divitum *refoveri* neceſſe habeant a laſſitudine itineris. *Merwa* nomen proprium loci, vel montis, ubi humatus hicce *munificentiſſimus hoſpitum pater.* Eidem ab *invicto robore* additus titulus مردي מרדה *ſaxum quo duriſſima quæque frangantur; contuſorium. Lapis molaris ſuperior:* qui *fœmin.* quoque مردة apud *Golium*; itemque *ſaxum bellicum quod e machina petraria jacitur ad muros quatiendos.* Sive hoc, ſive prius, ſequare, habes *robur bellicum omnia* vel *commolens*, vel *diffringens.* Thema

eſt

DIXIT
OGIAIRUS ASSELOULIUS.

1 Reliquimus, ad *Merwa*, patrem hoſpitum in nocte ventoſiſſima;
Et lapidem molarem omnis adverſarii colluctari cum eo auſi.

2 Reliquimus virum, quem experta ſenſit fames
Eſſe eum, quum infeſta genti incumberet, famis jugulatorem.

NOTÆ.

eſt רדה ردي; *eliſit*, *perrupit*, *calcavit vehementiore niſu*. Inde *gravioris dominationis* vis ſuccrevit. يجادله *qui colluctatur ei*; proprie *intorquetur*, *innodatur nexu luctatorio*. Sic *Job.* VII. *Quid homo fragilis* כי תגדלנו *quod colluctaris ei? quod intorqueas te ei nodo colluctantis.* Redeatur ad *Opuſculum de Defect.* ubi *adoleſcere* quod & جدل *Arabibus* ab *intorquendo nervorum robore* fluxiſſe demonſtratum; nec non *creſcere*, *in magnitudinem molemque corroborari.*

Vſ 2. Figura audacior, & ferme *Dithyrambica*, qua *fames* induitur *perſona*; atque illa *jugulatrix* egentium per *munificentiam* divitis inducitur *jugulata*. Audiatur *Tauriz.* يقول انه يطعم الناس اذا جاعوا فكانه تقتل الجوع ونحوه قول الاخر ۞

فُتِّي قُدَّ قَدَّ ٱلسَّبْفِ لَا مُتَضَايِلٌ
وَلَا رَهِلٌ لَبَّاتِهِ وَأَبَاجِلُهْ ۞

اِذَا جَدَّ عِنْدَ ٱلْجِدِّ أَرْضَاكَ جِدُّهُ
وَذُو بَاطِلٍ اِنْ شِئْتَ أَلْهَاكَ بَاطِلُهْ ۞

NOTÆ.

لَا يُبْعِدَ ٱللَّهُ رَبَّ ٱلرَّمَادِ وَٱلْمِلْحِ مَا
وَلَدَتْ وَالِدَهْ ۞

هُمُ ٱلْمُطْعِمُونَ بِسَدِيفِ ٱلسَّنَامِ
وَٱلْغَاتِلُو ٱلْبَلَةَ ٱلْبَارِدَهْ ۞

يعني بايقاد النار وذبح الجزر *Hoc dicit; eum paviſſe homines, quum fame expirarent; quo pacto famem veluti jugulabat. Hoc colore uſus & alius Poëta*

Non perdat Deus Dominos hoſpitalis cineris & ſalis, quoaa generabit genitrix
Illi fruendum dabant adipem mollem gibbi camelini, jugulatores noctis frigidæ.

Videlicet luculentum accendendo ignem, & jugulatis camelis matationi deſtinatis ad hoſpites excipiendos.

Vſ. 3. Verbum قد eſt *ſecare per longum*, itemque, *concidere apte & forma elegantiore.* In *paſſivo*, ut hic, *aptiore forma factum circumciſumque fuit* corpus. *Lucretius* ſic *circum-*

3. Virum circumcæſura tenuem ut enſis, nec tamen flaccidum

Neque laxum pectora, ac tendines femorum.

4. Quum ſerius eſſet ad ſeria, placebat tibi ſerium ejus:
Jocoque poliens, ſi velles, delectabat te ejus jocatio.

NOTÆ.

cumcæſuram corporis figuravit. *Enſi politiſſimo* comparari ſolet *corpus apte circumcæſum*, *gracile*, & tamen *firmum*, *robuſtum*; *promtum* ad omnia. Ideo ſubjectum, *neutiquam* tamen *infirmum*, *debile*, *macritudine flaccidum*. منضايل eſt *part.* VI. a ضال *med. hamz.* צאל *macro & tenui corpore fuit*; *flaccuit præ macie*. Quid ergo ſibi vult, quod in *Golio* منضايل exponatur *vehemens & durus*, سخت, ex *Gjeuhar*. Vix oculis credens, inſpexi fontem, ibique repperi adductum hunc ipſum verſiculum noſtri Poëtæ; unde quomodo *vehementis* notionem exſculpſerit vel ipſe, vel *gloſſatores* quos excerpſit, nullus exputo. Videtur لا منضايل *non flaccidus* a *gloſſographo* aliquo declaratum per سخت *vehemens*. Id oculus parum fidelis ad ſolum منضايل retulit, negatione prætervisa. Ne dubites, nam *Tauriz.* منضايل hic exponit متخاشع *humilians ſeſe*; atque in *Hamaſa* ſpecies VI. تضال aliquoties occurrit pro *flacceſcere*: ut in illo

يُسُرُّ مَظْلُومًا وَيُرْضِيكَ ظَالِمًا
وَكُلُّ ٱلَّذِي حَمَّلْتَهُ فَهُوَ حَامِلُهْ ۞

إِذَا نَزَلَ ٱلْأَضْيَافُ كَانَ عَذُوًّا
عَلَى ٱلْحَيِّ حَتَّى تَسْتَقِلَّ مَرَاجِلُهْ ۞

NOTÆ.

ان الخايف المتضايل ۞

Sane qui meticuloſus eſt, flacceſcit.

Ubi *Tauriz.* ſubjecit phraſin تضال خوفا *flaccuit metu.* Iterum;

تضالتم منا كما ضم شحصه
امام البيوت الخاري المتقاصر ۞

Conflaccuiſtis metu noſtri, prout ſeſe contrahit
Ante domos alvum deponens, breviorem ſe faciens.

In *Camuſo* cum VI. etiam VIII. ſpecies laudatur, indeque نحيف pro دقيق *extenuato* & مضطئل *macilento.* De اباجل *plur. fr.* ابجل annotavit *Tauriz.* هو عرق غليظ بالفخذ والساق *eſſe nervum vel tendinem craſſum in femore ac crure;* atque inde *equum celerrimum* deſcribi واهي الاباجل *ſolutum tendines.* Per ſpeciem *oxymori* videlicet, quaſi dicas *cui tendines retenſi ad vigorem currendi.*

Vſ. 5.

5 Vim paſſum hilarabat *Vindex*, placebatque tibi, ſi intuleras:
Ac quicquid imponeres illi, ejusdem ille ſuſtinentiſſimus.

6 Quum hoſpites diverſatum veniſſent, gravis erat
Toti familiæ, usque dum poſita eſſent ahena.

NOTÆ.

Vſ. 5. Concinne *Tauriz.* يقول ان اهتضمت انتقم لك وان كنت اهتضمت غيرك لا يقعد عن نصرتك وفي الخبر انصر اخاك ظالما او مظلوما *Id dicit. Si injuriam paſſus erat, vindictam tibi ſumebat; ſin injuriam intuleras alteri, non reſidebat quo minus te adjutaret: ad protritum illud; adjuta fratrem tuum ſive vim inferat, ſive eam patiatur.* Hoc *Latinis* eſſet *vel ad aras usque.* Sapientius *Pericles* apud *Gell.* 1 : 3. rogatus ab amico ut pro re ejus falſum dejeraret: Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν. *Amicos adjutem neceſſe eſt, ſed usque ad aras.* Ita tamen *ut aræ non violentur pejerando.*

Vſ. 6. Finit, ut inceperat, in ſummo hoſpitalitatis ſtudio. *Tauriz.* العذوّر السيئ الخلق كانه يحتاج الي ان يعتذر لما يفعل ومعني البيت انه يسي خلقه علي خدمه واصحابه لانه يريد ان يعجل القري للاضياف *Vocabulum Adſauwero, excuſator, notat moroſum, vehementem, promtum; tanquam cui neceſſe ſit excuſationem petere, ob ea quæ committit. Senſus ver-*

 ſicu-

ficuli eſt, eum vehementiorem eſſe in famulos, & familiam, eo quod cibos tunc quantocyus velit approperari hoſpitibus. Apud *Golium* ſub عذر *excuſavit* habes عذور *malum indole*, ad ea quæ poſui reſtringendum ſecundum *originem.* Forma ex *ſpecie* XIII. deſcendit; ubi oritur vis *frequenter ſeſe excuſandi.* Poſterior phraſis anceps. *Tauriz.* ad *abena foco*

قال

الحسين الاسدي

أَلِمَّا عَلَى مَعْنٍ وَقُولَا لِقَبْرِهِ
سَقَتْكَ ٱلْغَوَادِي مُرْبَعًا ثُمَّ مُرْبَعَا

NOTÆ.

Vſ. 1. Tenerum Carmen. Figuræ illuſtres. Lilia plenis manibus ſparſa, atque in *Maani* tumulum aggeſta. Alloquitur Poëta duos ſodales. الما eſt *dual. imperat.* IV. a لم *propius acceſſit.* غوادي *nubes matutinæ* eſt *plur. fr.* a غادية *nubes*, aut *pluvia matutina:* in *part. præſ.* a غدا *mane venit*, quaſi *matutina nubes.* Obſervat autem *Merzouk.* انما خص الغوادي لان المراد حصوله له غداة كل يوم وقوله مربعا يجوز ان يكون ظرفا ويجوز ان يكون

apponenda traxit. Me mea trahit ſuſpicio ad *ollas hoſpitales in totum evacuatas a peregrinis, ac ſublatas.* Proprie, *donec levatæ eſſent ollæ.* Nempe nemini ſuorum permittebat quicquam deguſtare, quamdiu hoſpites accumberent; ſed eos *miniſteriis, laſſitudine,* & *fame conficiebat.* Character *hoſpitalitatis*, ſæpe a Poëtis tactus.

DIXIT HUSAINUS ASADÆUS.

1 Viſitatum accedite ad *Maanum*, diciteque ejus tumulo,
Rigent te nubes matutinæ pluvia ſuper pluviam!

NOTÆ.

يكون المربع والربيع المطر نفسه
قال الخليل وقد يسمي الوسمي
مربعا والمعني سقتك الغوادي
مطرا بعد مطر وادامت لك النضارة
والطراوة *Diſtincte enotavit nubes matutinas, indicans ſe ad tumulum amici viſere ſingulis matutinis.* مربعا *vel capi poteſt, ut adverbium, quaſi vernatim, more verno; vel cum part. pahyl denotabit ipſam pluviam. Auctor eſt Chalylus, pluviam vernam appellari* مربع. *Senſus eſt, irrigent te plu-*

viæ matutinæ aliæ ſuper alias, atque ſemper virentem, ſemper recentem tibi addant nitorem. Celebratiſſimæ apud veteres formulæ. *Juven.* VII: 207.

Di majorum umbris tenuem & ſine pondere terram!
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver!

Gemellum & hoc *Perſ. Sat.* I.

—— —— *an non e manibus illis*
An non e tumulo, fortunataque favilla
Naſcentur violæ?

Hæc addi velim iis, quæ ad *Job.* XXI: 33. in medium dedi, ubi in aſſimili argumento inductæ *molles glebæ, quæ honorifice tumulato dulceſcant.* Ex *Diw. Hud.* adjungam

فسقي الغوادي بطن مكة كلها
ورستق به كل النهار تجود ۞
تروي الكرام بها وتروي صاحبي
واخي جدير بالكرام سعيد ۞

At rigent nubes matutinæ vallem Meccæ univerſam!
Continuentque eam toto die largiter perfundere!
Saturent, quotquot ibi nobiles, meumque ſaturent ſodalem,
Namque frater meus nobilium digniſſimus, fortunatiſſimus.

Eſt comprecatio fauſta *Kaiſi Ibn Aizara* in fratrem *Meccæ* defunctum, cujus propterea univerſum territorium voto ſuo includit. En aliud adhuc novis coloribus illuminatum ab *Abi Tſachr Hudeilita*; qui poſtquam *nubem pluvia gravidam, & ſolutis tandem nodis utrium cœleſtium effuſam*, quin *& effiſſam*, multis deſcripſiſſet, hoc concipit votum

وقلت

وَقُلْتُ عَسَى أَنْ يُنْبِدَ الْيَوْمَ وَدْقُهُ
سَفَاءً بِمُسْتَنِّ الرِّيَاحِ الْحَوَاصِبِ
لِيَرْوِيَ صَدْيَ دَاوُدَ وَالسَّحْدُ دُونَهُ
وَلَيْسَ صَدَى تَحْتَ الْعِدَاءِ بِشَارِبِ
وَلَكِنْ يُغِرُّ الْعَيْنَ وَالنَّفْسَ أَنْ تَرَى
بِعُقْدَتِهِ فَضْلَاتِ زُرْقٍ دَوَاعِبِ
وَتَهْدِيَ رَوَايَا سَيْبِهِ وَسِجَالِهِ
لِدَاوُدَ وَالرَّحْمَنُ جَمُّ الْمَوَاهِبِ

Dixique, utinam appaſtum redderet hodie continua ejus pluvia
Pulverem tumuli, quem incurſant venti glareæ ſparſores.
Ad irrigandos manes Davidis, *incluſos ſepulcro;*
Quantumvis manes, cippis preſſi, bibere vix poſſint.
At vero oculum ſpiritumque refrigerat, quod cernere ſit
In ejus viridarium redundantes aquas cæruleas ludendo ſeſe contrudere;
Quodque dirigat canales munifici ſui fluxus, ac ſitularum ſuarum,
Ad Davidem; *nempe miſericors ille donorum exuberantiſſimus eſt.*

Magnifice profecto. Paucula ad illuſtrationem. سفاء *terra raſilis:* ſpeciatim *pulvis ſepulcri.* Hoc ſi ventis radatur,

tur, & arefcat, infauſtum ; ſi crebro benignis madefcat pluviis, fauſtiſſimum cenſetur. Vox صدي proprie *rubigo* צדה, *metonymiis* gravibus fœta, eſt *echo*, quaſi *vox rubiginoſa* & *rauca*: ut idem *Abu Tzachr* alibi صدي من اخر الليل صاخد *Echo extrema nocte raucum ſonans in diſerto.* Apud *Nahaſ. Scholiaſt.* in *Moallek* exponitur الصوت الذي تسمعه من ناحية الجبال *Vox quam audis a montibus reſultantem.* Item بدن الميت اى حشوة راسه *cadaver mortui, aut interiora capitis ejus*: وذلك ان العرب في الجاهلية كانت تقول ان رجل اذا قتل ولم يدرك بثاره خرج من راسه طاير يشبه البوم فيصيح اسقوني اسقوني فاذا اخذ بثاره سكن

nempe Arabes pagani dicebant, quum quis occiſus eſſet, nec vindicta de eo eſſet ſumta, exire de capite ejus avem ſimilem buboni, clamitantem; potandum date, potandum date mihi. Quum autem vindicatus eſſet ſanguis, ſilere. Eſt nugamentum, ortum ex formula, qua *ſanguis occiſi clamare*, atque *ultionem poſtulare*, dicebatur. Vox illa infauſta infauſtiſſimo *buboni* aſſimilata, qui & ipſe صدي dictus ob *raucedinem.* Conferſis *Pocok Spec.* p. 135. Etiam هامة pro *capite mortui*, & *bubone*, uſurpatum eadem de cauſa. Per *Muhammedem* commentum abolevit, quum pronunciaſſet لا طيرة ولا هامة *nec auſpicium dari, nec bubonem e capite mortui oriundum.* Vide eundem *Pocok.* p. 322. Per *manes* ſæpe apud *Poëtas* reddendum vocabulum hoc. Concipiunt videlicet *raucam* quandam, & *ſtridulam vocem*, *ad omne ſepulcrum habitare*, quam *manes* defunctorum nonnunquam emittant.

Il-

Illam *vocem* reſidere autumant in domicilio cerebri, ubi *vitalem* quendam *ſanguinem concreſcere* & remanere volunt. Inde illud Poëtæ veteris in *Hamaſ.*

وَلَوْ أَنَّ لَيْلَى ٱلْأَخْيَلِيَّةَ سَلَّمَتْ
عَلَيَّ وَدُونِي تُرْبَةٌ وَصَفَائِحُ
لَسَلَّمْتُ تَسْلِيمَ ٱلْبَشَاشَةِ وَزَقَّا
إِلَيْهَا صَدًى مِنْ جَانِبِ ٱلْقَبْرِ صَائِحُ

Quod ſi Laila Achjalitis *ſalutem impertierit*
Mihi, vel interſepiente tumulo, & lapidibus monumenti;
Sane ſalutem reddiderim lætæ frontis, & reſultaverit
Ad eam rauca vox e latere ſepulcri effiſſa.

Itemque tenerrimum hocce *Abi Tzachr Hudeilitæ:*

وَلَوْ تَلْتَقِي أَصْدَاؤُنَا بَعْدَ مَوْتِنَا
وَمِنْ دُونِ رَمْسَيْنَا مِنَ ٱلْأَرْضِ مَنْكِبُ
لَظَلَّ صَدَى صَوْتِي وَلَوْ كُنْتُ رِمَّةً
لِصَوْتِ صَدَى لَيْلَى يَهَشُّ وَيَطْرَبُ

Quod ſi occurrant ſibi raucæ noſtræ voces poſt mortem noſtram,
Interſepiente ſepulcra noſtra tumulo terræ aggeſto;
Continuet ſane echo vocis meæ, quantumvis pulvis fuero,
Ad vocalem echo Lailæ *lætabunda exultare.*

Sic

فَيَا قَبْرُ مَعْنٍ أَنْتَ أَوَّلُ حُفْرَةٍ
مِنَ الْأَرْضِ خُطَّتْ لِلسَّمَاحَةِ مَضْجَعَا

NOTÆ.

Sic ſatis, credo, lucet صدي *echo*, ac ſpeciatim *ſepulcralis*, quæ *manibus* aut *umbris* attributa. In verſu ſubnexo عقد eſt *palmetum*, *omnisque locus arboribus conſitus*, aut *pabulo abundans*. Ita vocat *cœmeterium* hujus viri, vel quod in *horto amœno* eſſet conditus; vel quod *ſepulcrum* ejus fingat eſſe tanquam *viridarium*, quod *perenni honore floreſcat*. Id celſius. Hoc certe intentum arbitror in abſtruſiſſimo illo contextu *Job.* XXI: 32. *Et ipſe ad ſepulcra cum pompa deducitur*; ועל גדיש ישקד *& ſuper tumulo vigilat*. Sublimi cothurno dictum, pro, *viget*, *viret*, *floret perenni honore*. Invitabat hanc *metaphoram* vocabulum גדיש proprie *acervus ſpicarum*, *demeſſarum*, *& congeſtarum*. Eidem ſubſervit שקד *vigilare*, frequentatum in *amygdalina arbore*, quod *maturius floreſcat*. Concipitur ergo *acervus* ille, ſive *tumulus*, veluti *revireſcens poſt* fata: atque *ſepultus ille* dives *ſuper monumento* ſuo *vigilans*; id eſt, *memoria* ac *laude publica vigens*; & *ſpicis* ſuis *demeſſis*, id eſt, *felicitate* & *gloria*, quam *in terris* poſſederat, *infra terram* quoque *coronatus*. Decernat dubitationem, ſi quæ ſorte reſtet, *origo* שקד ſita in *vigore*; unde, ut *Latini* ſuum *vigilare*, ita *Hebræi*, & *Arabes* ſub شقذ & شقد *pervigilem promtitudinem* adſcivere. Hoc alibi demonſtrabitur. Nunc deſino in pulcherrimo nexu, qui hinc eniteſcit, inter *vſ.* 32. & 33. & oculis manibusque jam contrectare licet, quanta cum venuſtate contiſuetur, *dulceſcunt ei glebæ molles vallis*: quod eſt, *molliter oſſa cubant*, atque *tanquam in viridario irriguo* ac *perpetim floren-*

2 At heus! ſepulcrum *Maani*; prima tu foſſula
Terræ, ducta liberalitati cubile.

NOTÆ.

rente requieſcunt. Longiorem excurſum gravitas dignitasque materiæ excuſabit. Par quoque non erat, ut hæc, quæ poſtmodum ſuccrevere, *Jobo*, ex parte tantum hinc elucidato, longius deberentur.

Vſ. 2. Imaginem modo declaratam egregie ſuſtinet vocabulum مضجع *recubitorium*, *cubile*; a ضجع *procubuit* in lecto; ſpeciatim, *inclinatus in latus.* خطت *ducta eſt ad lineam*, *lineata eſt*; in 3. *paſſ. præt.* I. a خط *lineavit.* Ad ſenſum ita *Merzouk.* يحتمل وجهين احدهما ان يكون مثل قول الاخر ۞

كان لم يمت حي سواكى ولم تقم
علي احد الا عليك النوايح ۞

ويكون الكلام تفظيعا للحال حتي كانه لم ير قبرا قبله دفن فيه كريم والاخر ان يكون المعني انت اول حفرة استحدثت لتواري فيه السماحة والسخاء والمروة فيصير مضجعا لها والمعني ان السماحة ماتت بموت معن ودفنت بدفنه

Duos recipit aſpectus: prior eſt, ut ſit ſimile huic alterius Poëtæ:

وَيَا قَبْرَ مَعْنٍ كَيْفَ وَارَيْتَ جُودَهُ
وَقَدْ كَانَ مِنْهُ الْبَرُّ وَالْبَحْرُ مُتْرَعَا ۞
بِلَى قَدْ وَسِعْتَ الْجُودَ وَالْجُودُ مَيِّتٌ
وَلَوْ كَانَ حَيًّا ضِقْتَ حَتَّى تَصَدَّعَا ۞

NOTÆ.

Ac ſi mortuus non eſſet vivens præter te ullus,
Neque ſuper alium quam te planxiſſent lamentatrices.

Eritque oratio gravem caſum deſcribentis; eousque, ut dicat ſe nullum ante vidiſſe ſepulcrum in quo conditus fuerit liberalis. Alter, ut ſenſus ſit, hanc primam eſſe foſſam, quæ parata ſit nova ad condendum in ea liberalitatem & munificentiam, & præſtantiam virtutis, ut ipſis eſſet pro recubitorio; hac mente; liberalitatem eſſe mortuam Maäno mortuo, & ſepultam ipſo ſepulto. Prior explicatio vél aliquid dicit, vel nihil. Si aliquid, idem emergat ſenſus neceſſe eſt cum poſteriore; niſi quod prior in *concreto*, poſterior in *abſtracto* exeat. Prior, *tu prima foſſa ducta liberali;* id eſt, *qui unus in terris liberalis appellari meruerit.* Huc fertur verſiculus a *Merzouk.* adductus, *mortuum eſſe, qui unus vocari dignus vivens, lamentatione publica plangendus.* Sed iſte jam *adſpectus* ultro redit ad *alterum*, quique *unus in terris liberalis, ipſa* profecto *liberalitas* merito appelletur. Hoc Poëta diſerte innuit, & fruſtra commentator in re diſerta argutatur.

Vſ. 3. Hanc ſplendidiorem figuram captatam, verſiculus hicce demonſtrat. Miratur Poëta *exiguam foſſam* cepiſſe,

ac

3 Et o! ſepulcrum *Maani* qui tandem condidiſti liberalitatem!
Quum terra ſimul & mare ab ea fuerit repletum.

4 Sane cepiſti liberalitatem, ſed vero mortuam;
Quæ ſi viva foret, ut arctum nimis tu diſſilires.

NOTÆ.

ac *condidiſſe liberalitatem, quæ replendo orbi univerſo ſuffecerat; quamque adeo terræ ac maria, qua late patent, vix ceperant.* Compellatio ad ipſum ſepulcrum directa, affectum fervidiſſimum ſpirat, atque effectum parit jucundiſſimum. Diſcrimen percipias, collato hocce alterius Poëtæ.

عجبا لاربع اذرع في خمسة
في جوفها جبل اشم كبير

Mirum profecto! de quatuor cubitis ad quinque;
Quorum in cavo ambitu mons eminens & præcelſus.

Compelletur *ipſum* illud *ſepulcrum, quatuor latum, quinque cubitos longum*; rogeturque in 2. *perſ.* qui fieri potuit, ut *montem præminentiſſimum*, id eſt, *virum ad ſummum culmen gloriæ evectum, clauſeris?* & ſenties cum pondus, tum decus, accreſcere. Ejusdem coloris eſt, cujus illud *Martialis.*

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens;
Quem mea non totum Bibliotheca capit.

Vſ. 4. Eadém granditate iteratur, *ſane vero cepiſti libe-*

فَتَّى عِيشَ فِي مَعْرُوفِهِ بَعْدَ مَوْتِهِ
كَمَا كَانَ بَعْدَ ٱلسَّيْلِ مَجْرَاهُ مَرْتَعَا

وَلَمَّا مَضَى مَعْنٌ مَضَى ٱلْجُودُ فَٱنْقَضَى
وَأَصْبَحَ عِرْنِينُ ٱلْمَكَارِمِ أَجْدَعَا

NOTÆ.

talitatem; ſed mortuam. Ergo *Maänus* inducitur ut *liberalitas ipſa.* Eodem fertur & illud; *quod ſi vivus foret*, atque *ita* cum eo *liberalitas in ſepulcro reviviſceret*, ضقت *arctareris*; & quidem *eo usque ut cum fragore diſſilires.* تَصَدَّعَا, pro تَتَصَدَّعَ 2. *fut. fatat.* in V. a صدع *fidit*, & quidem *cum crepitu, diſſultuque partium.*

Vſ. 5. Alii colores non minus illuſtres. *Vivitur* ejus *muneribus* & *donationibus*, etiam *poſt mortem ejus*, quia dum *viveret* tanta iſta *liberalitas*, tantum erogarat, tantum piis uſibus dicarat, ut quam plurimi inde copioſe ali ac ſuſtineri poſſent. Comparatur ea propter *fluviis*, qui *campos late inundarint*, ad eosdem *invecto lætamine fœcundandos*, quod *Euphrates*, *Nilusque* factitare ſolent; qui ſi *receſſerint in alveum*, *læta* tamen *prata*, *læta ſata* poſt ſe relinquant. مرتع eſt *pratum late patens, herboſum, læte vernans:* a رتع *libere paſtum inceſſit* pecus, *voluptatus eſt*, & *recreavit ſe exſpatiando.* Frequentatur ſtylo ſublimiore in *fortunis lautioribus*, in *ſedibus amœnioribus*, in *conviviis opiparis*, aliisque, quæ *tali prato* aſſimilari poſſunt. *Hariri Conſ. 36.*

فَلَمْ

5 Fuit nempe vir cujus muneratione etiam poſt
mortem ejus vivitur:
Sicut poſt aquæ fluxum locus per quem fluxit
vernans fit pratum.

6 At mortuo jam *Maano*, liberalitas mortua eſt,
& expiravit;
Atque eminens decus munificentiarum præciſum
eſt.

NOTÆ.

فَلَمْ يَفُتْنِي بِهَا مَنْظَرٌ وَلَا مَسْمَعٌ
وَلَا خَلَا مِنِّي مَلْعَبٌ وَلَا مَرْتَعٌ

Neque elapſum mihi eſt ea in urbe ſpectaculum ullum, auditoriumve; neque a me vacavit vel ludicrum, vel recreatorium. Iterum *Conſ.* 22. اشْرَكُونِي فِي الْمَرْتَعِ وَالْمَرْبَعِ *Aſſociarunt me ad vernam exſpatiationem, & recubationem:* i. e. *ſuarum fortunarum me participem reddiderunt.*

Vſ. 6. Appoſitiſſima clauſula. انْقَضَى *finitus fuit*, de *morte*; ut קֵץ *finis*, a קָצָה *ſecuit*. Eadem *proprietas* قَصَا. Hinc omnes uſus utriusque *thematis* torrenti fluxu exundarunt. Ad poſterius colon habeatur عِرْنِينٌ *eminens decus*, & اجْدَعُ *præciſum*, pulcherrime ſibi reſpondere: nam prius proprie ſignat *prominentiam naſi*; vel ut alii volunt, *naſi radicem & ſuperiorem illam partem propè ſuperciliorum commiſſuram, quæ ſedes eſt odoratus*; poſterius اجْدَعُ ſpeciatim notat *mutilatum naſo*, aliisve membris

ut *Pſ.* LXXV: 11. *Cornua improborum* אגדע *truncabo*, *mutilabo.* Illud عرنين etiam per *ſynecdochen* ipſum *naſum* conſignat; indeque porro quicquid *prominet*, *eminet*, *excellit.* In *Moallek. Amriolkeis* عرانين الوبل ſunt *prominentiores partes nubis pluviam effuſæ.* Item *montis*; ut in *Hiſtor. Tim.* p. 17. *Circum eam montes* كل منهم عرنينة قد شمخ *quilibet eorum erat naſus prominentiſſimus.* Vide etiam p. 223. 304. عرانين القوم *naſi prominentes populi* ſunt *principes* & *proceres.* عرانين العالي *naſi celſitudinum* ſunt, *qui celſitudine virtutis omnis præminent.* Ita & hic عرنين

قال

الفلاح

سَقَى جَدَثًا وَارِي أَرِيبَ بْنَ عَسْعَسٍ
مِنَ ٱلْعَيْنِ غَيْثٌ يَسْبِقُ ٱلرَّعْدَ وَابِلُهْ

NOTÆ.

Vſ. 1. Comprecatio ſolemnis, qua monumenta venerantur eorum, qui ſumma cum gloria occubuere, novis iterum luminibus exornata. גדש جدث in *Lexicis* قبر *ſe-*

المكارم *nasus prominens munificentiarum:* id est, *præcelsum decus liberalitatis.* Habet phrasis proverbiale aliquid. *Hispahanens.* in *Hist. Salad.* جدعت بفتح حصونها عرانينها *Truncati fuere, expugnatis ejus arcibus, nasi ejus prominentes;* i. e. *dignitas, & gloria, qua superbiebat ista Regio.* Apud eundem invenio اسد العرين الشم العرانين *Leones sylvæ, celsissimis nasis præditi,* i. e. *principes gloria præminentes.* Hi ut *cornibus,* si *tauris* assimilentur, ita *naso isto celso* dicuntur *truncari,* quando *potentia & dignitate sua spoliantur.* Sic formula in pleno die relucet.

DIXIT ALKOLACHUS.

1 Irriget tumulum, qui condit *Arybum Asasidem.*

E nube scaturiente imber, cujus impetus tonitru prævertat.

NOTÆ.

sepulcrum, tumulus: proprie est idem quod גדיש *acervus;* qui & جدس ac جدش; pro varietate *Dialecti.* Eleganter autem *acervus frugum demessarum* applicitus *tumulo,* se-

مُلِثَّتْ اذَا أَلْقَي بِأَرْضٍ بَعَاعَهُ
تَغَمَّدَ سَهْلُ ٱلْأَرْضِ مِنْهُ مَسَايِلُهْ ۞

فَمَا مِنْ فَتًى كُنَّا مِنَ ٱلنَّاسِ وَاحِدًا
بِهِ نَبْتَغِي مِنْهُمْ عَمِيدًا نُبَادِلُهْ ۞

لِيَوْمِ حِفَاظٍ أَوْ لِدَفْعِ كَرِيهَةٍ
اذَا عَيَّ بِٱلْحَمْلِ ٱلْمُعَضِّلِ حَامِلُهْ ۞

NOTÆ.

secundum *imagines* ad *Jobum* illustratas, *cap.* v: 26. & xxi: 32. quæ ut huc lucem diffundunt, ita vicissim & hinc receptant: ac præsertim *glebæ* illæ *molles* quæ *defuncto diviti* & *honoratissimo*, etiam post mortem, *dulcescunt*, *Job.* xxi: 33. Affectum singularem spirat, *imber cujus effusior impetus prævertat tonitru*: quod est, *qui non opus habeat per tonitrua in fluxum concitari, sed ultro se benignus effundat quam largissime.* Signate etiam عبن, עין, hic significans سحاب يدوم مطرها ايامًا *Nubem cujus pluvia aliquot dies æquabili tenore continuetur*: q. d. *scaturiginem.*

Vs. 2. A لث *rorari*, *rore largo conspergi*, in IV. exoritur, *dies aliquot continuo duravit* pluvia, *largo & continuo rore sinum terræ humectans.* Idem iterum affectus: idemque effectus, ad *mollissimas* tendens *glebas.* Venusta phrasis

القي

2 Humectans ille glebam, quum ſuas projicit ſarcinas,

Condente molli terreno copioſos ejus fluxus.

3 Non eſt virorum e mortalibus vel unus.

Quem ex iis velimus columen, pro eo commutatum;

4 Ad diem ſtrenuæ defenſionis, & propulſandi belli;

Quum torquetur intorto ſub onere ejus portator.

NOTÆ.

القي بعاعه *projecit ſarcinas ſuas, ſuam ſupellectilem.* Quid anſam dederit, percipias ex *Moalleka Amriolkeiſi*, ubi *nubem effuſius pluentem* depingens, hac ſimilitudine utitur

والقي بعاعه نزول اليماني العباب المحمل

Projecitque ſarcinas ſuas, ritu Jemanenſis *mercatoris, deponentis mercium ſaccos onuſtiſſimos.*

Jucunde تغمد *condidit*, tanquam *in vaginam*, omnem illam vim aquarum cœleſtium *laxo* & *molli gremio obſorbens.*

Vſ. 3. Non indecora transpoſitio vocum, ſic digerendarum فما من الناس فتي واحدا كنا نبتغي به منهم نبادله عبدا *Non eſt e mortalibus vir, vel unus, quem cum eo commutatum voluiſſemus, columen* ut eſſet.

وَذِي تُدْرَاءٍ مَا ٱللَّبْثُ فِي أَصْلِ غَابِهِ
بِأَشْجَعَ مِنْهُ عِنْدَ قِرْنٍ يُنَازِلُهْ ۞

قَبَضْتَ عَلَيْهِ ٱلْكَفَّ حَتَّي تُعِيدَهُ
وَحَتَّي يَفِي لِلْحَقِّ أَخْضَعُ كَاهِلُهْ ۞

فَتًي كَانَ يَسْتَحْبِي وَيَعْلَمُ أَنَّهُ
سَيَلْحَقُ بِٱلْمَوْتَي وَيُذْكَرُ نَائِلُهْ ۞

NOTÆ.

Vſ. 5. A درأ *ult. Hamz. pepulit, repulit; impulit res obvias* torrens; naſcitur تدراء *potentia & vis obvia quæque impellens*, vel & *repellens*. Hinc ذو تدراء *tali potentia præditus pugnator*. Is comparatur ليث لبث *Leoni*, in اصل *imo meditullio ſylvæ ſuæ denſioris*. Sub باشجع *in audaciore* habes *præpoſ.* uſum illum ſignatiorem qui infert *interiorem naturam conditionemque:* ut *eſſe in audaci* valeat, *eſſe multo audaciſſimum.*

Vſ. 6. Conſtructio plenior, & elegans, enotanda; קבץ אלכף עליה *adſtrinxit volam ſuper ipſum:* hoc eſt *validiſſima manu arripuit*, vel *comprehenſum tenuit*. Hoc etiam *abſolute* قبض قبض. Signatiſſime mox يفي الحق a وفي *cumulavit, cumulate ſolvit debitum.* Item *liberavit fidem, ſervavit pactum:* quaſi *cumulavit:* & *intranſit:* virtute

in-

5 Sæpe vehementi pugnatori, quo nec Leo in centro ſuæ ſylvæ
Audacior in adverſarium, quicum colliditur;

6 Ita injeciſti manum, ut obſequentem redderes,
Atque jura perſolveret, ſummiſſus interſcapilium.

7 Vir! qui vere viventem præſtitit; quippe qui noverat,
Se addendum defunctis; officiorum vigente memoria.

NOTÆ.

integer, *copioſus*, *completus fuit omnibus numeris*, aut *dotibus*; יפה. Quanta granditate enunciatum ſit *ſummiſſus interſcapilium*, diſcas ex formulis ذو كاهل *Dominus interſcapilii*, *pollens interſcapilio*; i. e. *ira æſtuans & ſæviens.* Item منبع الكاهل *inacceſſus interſcapilium*; pro *formidabili*, *feroci*, *indomito.* Contra كاهل ذليل *interſcapilium humile* adfert *ſubmiſſionem obſequentiſſimam.*

V. 7. Subſcribere nequeo *Merzoukio* verbum استحيي exponenti, *verecundus fuit*, *nihil in ſe admittens turpe.* Series exigit, *vivum ſe præſtitit*, nempe *exercitio omnis virtutis*, & *officii.* Is demum *vivit* ſcilicet, *qui cum laude vivit: poſt mortem* quoque *victurus.* Huc finis aperte vocat, eſtque *Epicedio* congruentiſſimum.

قال

مسك بن الدارمي

وَفِتْيَانِ صِدْقٍ لَسْتُ مُطْلِعَ بَعْضَهُمْ
عَلَى سِرِّ بَعْضٍ غَيْرَ أَنِّي جَمَاعُهَا ۞

لِكُلِّ امْرِئٍ شِعْبٌ مِنَ الْقَلْبِ فَارِغٌ
وَمَوْضِعُ نَجْوَى لَا يُرَامُ اطِّلَاعُهَا ۞

NOTÆ.

Ex باب الادب *Capite humanioris literaturæ* paucula quoque delibabo; ut & guſtulus hoc e genere habeatur. Eſt *Liber tertius Hamaſæ*; de quo redi ad *præfationem*.

Vſ. 1. Clavim dabunt hæcce *Tauriz.* يقول رب فتيان يصدقون في الود استنامو الي واستودعوني اسرارهم فكنت انا نظامها لا يفوتني من خفيات صدورهم شي ثم افردت كلا منهم بالوفاء والكتمان ما اودعني من سره والجماع اسم لما يجمع به الشي كنظام والها يرجع الي الفتيان ويجوز ان يرجع الي ما دل عليه الكلام من ذكر الاسرار ۞

Hoc

DIXIT MESKYNUS DARIMÆUS.

1 Viri mihi ſodales ſincere juncti, quorum alteri
non impertio
Arcanum alterius; me ſolo ejusdem participe.

2 Eorum cuique ſuus mihi in corde vacat ſinus:
Locusque ſecreti, cujus inacceſſa introſpectio.

NOTÆ.

Hoc dicit. Multi ſodales ſinceram amicitiam mecum colentes, in me reclinant curas ſopituri, atque arcana ſua apud me deponunt; quibus ego ſum quaſi filum margaritas nectens; quum nihil eorum quæ in pectoribus illorum abſcondita, me fugiat. Eorum ſingulis interim ſingularem præſto fidem in celando, quod mihi commendavit, arcano. Vox جماع *notat id quo aliquid conſeritur; ut funiculus baccarum. Aff.* ها *redit ad ſodales. Poteſt quoque referri ad id quod oratio ipſa innuit; & ſecreta quæ commemorat.* Id vult; *aff.* ها *ſing. fœm.* non poſſe conſtrui cum سر *maſc.* niſi reſolvatur in *formam pluralem*, ſive potius *collectivam* اسرار, ut *arcana* exiſtant, cum quibus ها more ſolenni connectatur.

Vſ. 2. Venuſte *filem ſilentii impenetrabilis* expingit, cuique amicorum attribuens شعب *ſinum* in corde ſuo, &

يَظُنُّونَ شَتَّتِي فِي فِي ٱلْبِلَادِ وَسِرُّهُمْ
إِلَى صَخْرَةٍ أَعْيَا ٱلرِّجَالَ ٱنْصِدَاعُهَا ۞

NOTÆ.

quidem *plane vacuum*; uni ſoli dicatum. Id vocabuli proprie ſignat *fiſſuram* in *monte*, *petra* &c. Hanc transfert ad *cordis ſui abditos ſinus*, ac *receſſus*; quia illud *rupi*

قال

معن بن اوس

أَلَعَمْرُكَ مَا أَدْرِي وَإِنِّي لَأَوْجَلُ
عَلَى أَيِّنَا تَغْدُو ٱلْمَنِيَّةُ أَوَّلُ ۞

وَإِنِّي أَخُوكَ ٱلدَّائِمُ ٱلْعَهْدِ لَمْ أَخُنْ
إِنْ أَبْزَاكَ خَصْمٌ أَوْ نَبَاكَ مَنْزِلُ ۞

NOTÆ.

Occaſio verſiculorum hæcce: *Auſus* uxorem duxerat ſororem cujusdam, quicum filiis ejus magnus uſus. Hanc repudiavit pater; aliamque domum deduxit. Quod ægre ferens amicus ille, האלה الي *jurejurando ſemet adſtrinxit*,

3 Illi quidem regionibus diſſiti; at eorum arcanum
Uni commendatum petræ eſt, quod qui findere tentant, fruſtra ſunt.

NOTÆ.

inacceſſæ erat comparaturus, quæ اعيا *ad laſſitudinem redigeret* quicumque eam *diffindere* ac *penetrare* conarentur.

DIXIT
MAANUS FILIUS AUSI.

1 Ita vivas! ut neſcius ſum, tantummodo metuo,
Quem ſuper noſtrum mors incurſura ſit prius.

2 Ego quidem frater tuus, vetus fœderis, quod neutiquam prodidi;
Ubi protuberans tibi pectus oppoſuit adverſarius, aut dorſo convexa fuit manſio.

NOTÆ.

xit, nunquam ſe cum illis in gratiam rediturum. In hunc tela hæc non inimica, forti tamen brachio intorta, diriguntur.

Vſ. 2. Ad ابزاك notat *Tauriz.* يجوز ان يكون بمعني

أُحَارِبُ مَنْ حَارَبْتَ مِنْ ذِي عَدَاوَةٍ
وَأَحْبِسُ مَالِي إِنْ غَرِمْتَ فَأَعْقِلُ ۞

وَإِنْ سَوَّتَنِي يَوْمًا صَفَحْتُ إِلَى غَدٍ
لِبُعْقِدَ يَوْمًا مِنْكَ أَخَرُ مُقْبِلُ ۞

كَأَنَّكَ تَشْفِي مِنْكَ دَاءً مَسَأَتِي
وَسُخْطِي وَمَا فِي رَيْثَتِي مَا تُعَجِّلُ ۞

NOTÆ.

بمعني ابزاك اي ظلمك ويجوز
بمعني حملك علي ان تصبر ابزي
والبزي خروج الصدر ودخول الظهر

Poteſt, ut ſit idem IV *ſpecie, quod in* I. *injuriam tibi intulit: poteſt etiam ut ſit, impulit te ut fieres* אבוז *protuberans pectore: nam* בוז *eſt protuberatio pectoris cum ſinuatione dorſi.* Poſterius minus quadrat. Prius unice verum; ſed non videtur penetraſſe in *originem* iſtius notionis *ſecundariæ*, qua بزا valet ظلم *injuria affecit*, vel ut *Golius* habet, *extulit ſeſe ſuperbius* ſuper aliquem, *eumque ſubegit:* alias enim monuiſſet ab iſto *protuberante pectore cum dorſo ſinuato* ſuccreviſſe *injuriam, qua inſolentius alicui inſultatur.* Idem vult IV. ubi ابزي فلان بفلان *hic in illum* אבוז, a *Gjeuh.* exponitur غلبه وقهره *prævaluit ei, eumque vi ſubegit.* Ita *Phakaſita* in *Anthol.* noſtra

اذا

3 Oppugnabam, quicumque te oppugnaret ex inimicis:
Atque oppignerabam opes meas, ſi obæratus fores, redimebamque te.

4 Et ſi me quandoque læderes, donabam tibi craſtinum
Ut talem a te diem penſaret alter, acceptior.

5 Sed fuit ac ſi morbum tibi mederetur, quod læderer
Offendererque; nec tamen in lentitudine mea eſt, cur tu properes.

NOTÆ.

اذا الخصم ابزي مايل الراس انكبي ۞

Quum adverſarius protuberanti pectore inſultat, caput reflectens, recurvus.

Hinc pendent בזא, & בזה, de quibus alibi: ejusdem venuſtatis eſt نبا *incommoda fuit* manſio, proprie *convexa dorſum;* unde נבו *mons* a *convexitate dictus:* & alia alibi explanata.

Vſ. 5. Enotanda *affixio* in مساءتي *maleficium meum*, pro مساءتك الي *maleficium in me tuum:* itemque سخطي *ira mea*, pro *ira in me tua.* Sic præit *Tauriz.* ومعناه انك تستمر في اساءيك كان بك داءا ذاك شفاه *Senſus eſt, profecto perſeverabas in offendendo me, haud ſecus ac ſi in te morbus*

وَانّي عَلَي أَشْبَاءٍ مِنْكَ تُرِيبُنِي
قَدِيمًا لَدُو صَفْحٍ عَلَي ذَاكَ مُجْمِلُ

سَتَقْطَعُ فِي ٱلدُّنْيَا اذَا مَا قَطَعْتَنِي
يَمِينَكَ فَٱنْظُرْ أَيَّ كَفٍّ تَبَدَّلُ

وَفِي ٱلنَّاسِ إِنْ رَثَّتْ حِبَالُكَ وَصْلُ
وَفِي ٱلْأَرْضِ مِنْ دَارِ ٱلْقِلَي مُتَحَوَّلُ

اذَا أَنْتَ لَمْ تَنْصِفْ أَخَاكَ وَجَدْتَهُ
عَلَي طَرْفِ ٱلْهِجْرَانِ إِنْ كَانَ يَعْقِلُ

NOTÆ.

esset, cujus hæc foret medicina. Obſervandus quoque rarior uſus vocis ريثة *mora, lentitudo*; pro *patientia* pulchre, *non eſt quod properes in injuriis mihi inferendis, quia ego lentus, lenis, patiens.*

Vſ. 7. Commode *Tauriz.* يقول اني لك بمنزلة اليمين واذا قطعتني يمينك *Id dicit: ego tibi loco dextræ exiſto; quum itaque me amputas, dextram tibi tuam amputas.* Eodem fertur, *vide quam manum ſubſtituas*, i. e. *quem tibi amicum tam fidum firmumque comparare valeas.*

Vſ. 8. Perſona *ſecunda* jam non ad eundem refertur; quem *vſ. præc.* intendebat; ſed *gnomen* efficit generalem; in qua

tuus

6 Ego quidem in multis, quibus me ſollicitum habuiſti,
A longo tibi condonator eorum extiti beneficentiſſimus.

7 Tu vero præſcindes in orbe, ſi me abſcideris,
Dextram tibimet; & vide, quam manum ſubſtituturus ſis.

8 Sane inter homines, ſi laceretur vinculum tuum, eſt qui adſtringat id,
Atque in terra a domo inimicitiæ receptus eſt.

9 Tu vero ſi æquum te haud præſtes fratri, reperias eum
Super ora extrema diſcidii, ſi quidem ſapiens ſit.

NOTÆ.

tuus redit ad *quemcumque*. רש אלחבול رث الحبـول *laceratio vinculorum*, eſt *abruptio amicitiæ*. مـتـحـول eſt مـصـدر *infinitivus* V. ad antiquam legem, quæ omnibus *infinitivis* addebat *præformativam Mem.* Infert *converſionem*, & *locum quo te convertere queas*, i. e. *recipere*. Senſus hicce; *ſi tibi aliquis vincula amicitiæ tuæ abruperit, eſt tibi inter homines qui ea ſibi jungere diſcupiat, habesque quo te a domo hoſtili convertas.* Hoc modo in *ſemet* vult reflecti. *Tauriz* ſtrictius *ſecundam* retinens, *vincula tua lacerata* exponit, *vincula quæ te mihi illigabant* &c. Ferri poteſt; ſed *gnome* mihi viſa amplior, digniorque.

Vſ. 9. Eadem ambiguitas ad انـت *tu*; quod ſi reſtrin-

وَيَرْكَبُ حَدَّ ٱلسَّيْفِ مِنْ أَنْ تَضَيْمَهُ
أَذَا لَمْ يَكُنْ مِنْ شَفْرَةِ ٱلسَّيْفِ مَزْحَلُ ۞
وَكُنْتُ إِذَا مَا صَاحِبٌ رَامَ ظِنَّتِي
وَبَدَّلَ سُوءً بِٱلَّذِي كُنْتُ أَفْعَلُ ۞

NOTÆ.

gas ad *ſecundam*, non eandem habebit amplitudinem, ac dignitatem; quam ſi *gnomen* eſſe ſtatuas, quæ in *tertiam* reſolvatur; *quisquis non æqua tribuit jura fratri* i. e. *amico ſinceriſſimo*, *reperiet eum*, *ſi quidem is ſapuerit*, *parum ſollicitum de tali amico retinendo.* Pulchre, عَلَى طَرَفِ الهِجْرَانِ *ſuper extremitate diſcidii.* Eſt *infin.* هَجْرٌ *abſcidit*, *reſecuit*; item *reliquit*, *deſeruit* amicos. Hæc *numero* 1. & 2. apud *Golium* proſtant: *num.* 3. habes *futilia loqui*, *delirare:* q. d. *abſciſſa ratione vagari*; *penes ſe non eſſe.* 4. *abſtinere*, quaſi *reſcindere.* 5. *eximium eſſe*, *præcellere*; nempe a *turba abſciſſum.* Item 6. *ob excellentiam laudavit*; quaſi *præſecuit.* In II. *in meridie ferbuit* dies: ut *fervens meridies* vocitatur هَجِيرٌ *abſciſſum* veluti *tempus*; quo nemo *prodire*, *amicosve adire ſuſtinet.* Hæc ad concordiam notionum.

Vſ. 10. Grandis figura يَرْكَبُ حَدَّ السَّيْفِ *inequitat aciem gladii*; pro *ſtricto gladio invehitur* in adverſarium. Exempla ſuperius congeſta. شَفْرٌ *Scalprum*; *culter*; *acies gladii*; *latus cuſpidis:* omnia a *raden-*

10 Et invehet ſe acie gladii, quo minus ei infeſtus ſis,

Si non fuerit a mucrone gladii locus receſſui.

11 Ego quidem ſi ſodalis me ſollicitare diſcupit,

Malumque rependit, pro eo quod impenderim;

NOTÆ.

dendo, raſimque ſecando. Hæc *origo* in *Golio* non comparet. Eam recluſit *Tauriz.* alio in loco ad noſtram *Antholog.* الشفر في الاصل القطع وسمي الحرف من كل شي شفر لانه كالمقطوع منه *Verbum* שפר *in primaria notione ſignat præciſionem; indeque omnis rei extrema ora vocatur* שפר; *quoniam eſt quaſi præciſum quid.* Accuratius adhuc dixiſſet *præraſum.* Eodem tendit משפר in *Camuſo* الشفرة القطعة من الارض والرمل *portio reſecta terræ, arenæ* &c. quaſi *præraſa.* Etiam *Hebræis* אשפר *portio præcerpta.* Item שפר *decere*, quaſi *nitere*; & *nitere* a *præraſum eſſe. Job.* XXVI: 13. ברוחו שמים שפרה *per ſpiritum ſuum cœlos diſſerenat*; proprie *præradit*; ad *raſilem ſerenat nitorem.* Eadem quoque origo ſororii ספר سفر; de qua alias.

قَلَبْتُ لَهُ ظَهْرَ ٱلْمِجَنِّ فَلَمْ أَدُمْ
عَلَى ذَاكَ إِلَّا رَيْثَ مَا أَتَحَوَّلُ ۞

إِذَا ٱنْصَرَفَتْ نَفْسِي عَنِ ٱلشَّيْءِ لَمْ تَكَدْ
إِلَيْهِ بِوَجْهِ آخِرَ ٱلدَّهْرِ تُقْبِلُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 12. Illuſtris figura, in *Proverbium* miſſa. *Tauriz.*
قلبت له ظهر المجن اي تغيرت له
ونزلت عن مودته والاصل في ان المقاتل
يكون ظهر مجنه الي اعدايه وبطنه
الي اوليايه قال ابو العلاء هذا مثل
يقال قلب لنا ظهر المجن اذا تحول
عن الصداقة الي العداوة واصل ذلك
ان يكون معه مجن ثم استعمل ولا
مجن هناك ۞

كيف تراني قالبا مجني
قد قتل الله زيادا عني

Obverti ei dorſum clypei, eſt, alienatus fui ab eo, atque re-

ges-

12 Obverto ei dorſum clypei, neque tolero
Injuriam longius quam ut vertam me.

13 Quod ſi averterit ſe anima mea ab aliquo, haud commiſerit
Ut illuc, ullo pacto, vel ad extremum vitæ, convertat ſe.

NOTÆ.

ceſſi ab ejus amicitia. Origo phraſeos in pugnatore qui dorſum clypei ſui hoſtibus obvertit, interiorem partem amicis. Abulola auctor eſt, Proverbialem eſſe formulam; dicique; obvertit nobis dorſum clypei, quum amicitia in inimicitiam eſt converſa: primitus quidem, ubi clypeus aderat; poſtmodum uſurpatam etiamſi nullus ibi clypeus. Dixit Pherezdakus

Ut vides me obvertere meum clypeum;
Ita male perditum abigat a me Zyadum Deus.

Pereleganter *Abulphar. Hiſt. Dyn.* p. 395.

الدهر قلب له ظهر المجن

Fortuna dorſum ei clypei obvertit.

Ver-

قال

المتوكل الليثي

اذا ما الخليل أحدث لي صرمًا
ومل الصفاء أن قطعا

لا احتسي ماءه على رنق
ولا يرانى لبينه حزعا

أهجره ثم ينقضي غبر
الهجران عنا ولم أقل قذعا

احذر وصال اللبيب انّ له
عضها اذا حبل وصله انقطعا

NOTÆ.

Verſiculi ſat luminis ex præcedentibus recipiunt;

in

DIXIT MUTEWACCILUS LAITHÆUS.

1 Quum amicus nec opinum a me facit diſcidium;
Faſtiditque ſincerum amorem, abrumpitve:

2 Non obſorbeo aquam ejus quæ turbida facta eſt,
Neque propter diſcidium ejus impatientem me videat.

3 Reſcindo eum, ſimulque abſcinduntur reliquiæ
Simultatis a nobis; neque occento convicium.

4 Cave amicitiam jungas cum ſordido, namque is
Mendaciis utitur, quum vinculum amicitiæ ruptum eſt.

in eundem ſcopum enim hæc tela directa.

قال

العباس بن مرداس

تَرَي ٱلرَّجُلَ ٱلنَّحِيفَ فَتَزْدَرِيهِ
وَفِي أَثْوَابِهِ ٱلْأَسَدُ ٱلْمُزِيرُ ۞

وَيُعْجِبُكَ ٱلطِّرِيرُ فَتَبْتَلِيهِ
فَيُخْلِفُ ظَنَّكَ ٱلرَّجُلُ ٱلطِّرِيرُ ۞

فَمَا عِظَمُ ٱلرِّجَالِ لَهُمْ بِفَخْرٍ
وَلَكِنْ فَخْرُهُمْ كَرَمٌ وَخِبْرُ ۞

بَغَاثُ ٱلطَّيْرِ أَكْثَرُهَا فِرَاخًا
وَأُمُّ ٱلصَّقْرِ مِقْلَاتٌ نَزُورُ ۞

NOTÆ.

Vſ. 2. Vocabulum طرير apud *Golium* eſt *liberalis forma*, & *egregio adſpectu* juvenis. A *Tauriz.* exponitur الشاب الناعم *juvenis molliter elegans*, videtur ſpeciatim deſignari *cincinnatus*; a طر *pullulavit* herba, myſtax, cincinnus. Inde طرة *propendulus in fronte capil-*

DIXIT ABBASUS IBN MERDASI.

1 Vides virum gracilem, aſpernarisque eum;
Quum in veſte ejus fortis incedat Leo.

2 Placetque tibi cincinnatus, eumque experiris;
At fallit opinionem tuam vir cincinnatus.

3 Magnitudo corporis neutiquam viris gloriæ eſt;
At gloria eorum indoles nobilis, & virtus.

4 Milui viliores pullis abundantiores ſunt,
At mater accipitris unipara, haud prolifera.

NOTÆ.

pillus. Pulcre *Harir. Conſ.* 10. قد فتنه الغلام بمحاسن غرته وطر عقله بتصغيف طرته *Faſcinaverat cum juvenis multo candidulæ frontis decore, eique mentem ſurripuerat ſtructura cincinnorum ſuorum.* Mirifice طر عقله, nam طر *pullulavit* her-

ضِعَافُ ٱلطَّيْرِ أَطْوَلُهَا جُسُومًا
وَلَمْ تَطِلِ ٱلْبَزَاةُ وَلَا ٱلصُّقُورُ ۞

لَقَدْ عَظُمَ ٱلْبَعِيرُ بِغَيْرِ لُبٍّ
فَلَمْ يَسْتَغْنِ بِٱلْعِظَمِ ٱلْبَعِيرُ ۞

يُصَرِّفُهُ ٱلصَّبِيُّ بِكُلِّ وَجْهٍ
وَيَحْبِسُهُ عَلَى ٱلْخَسْفِ ٱلْجَرِيرُ ۞

وَتَضْرِبُهُ ٱلْوَلِيدَةُ بِٱلْهَرَاوِي فَلَا
غِبَرٌ لَدَيْهِ وَلَا نَكِيرُ ۞

NOTÆ.

ba, eſt *ſecundarius* uſus, a *findendo*; quoniam *herba erumpens findit terram.* Jam vero *findere crumenam*, طر, dicitur *ſector Zonarius*; quem طراري appellitant. Facete, *ſurripere mentem*, طر العقل more *ſectoris Zonarii*: & quidem per طرة *cincinnum* ab hac ipſa *Radice* pullulantem.

Vſ. 7. Ad vocem خسف *inedia* notavit *Tauriz.* اي حبس الدابة بلا علف *notat religationem jumenti ſine pabulo.* Apud *Golium* habes, بات

5 Debiliores volucrium longiores corpore ſunt,

Longi vero non ſunt falcones & accipitres.

6 Magnum eſt jumentum onerarium, corde vacuum.

Nec juvat quicquam magnitudo ſua jumentum.

7 Verſarit illud puerulus omnem in partem

Religaritque idem ſuper inedia funis.

8 Quin verberarit illud fuſtibus puellula

Absque ut vel indignetur, vel recuſet.

NOTÆ.

بات الخسف *manſit famelicus:* proprie, *pernoctavit inediam:* & ساءه خسفا *depreſſit ſubegitque eum:* q. d. *impoſuit ei inediam* & quidem *religato* velut *ad vacuum præſepe.* Pulchre *Poëta* in *Hamaſ.*

انا معشر انف لا نطعم الخسف
ان السم مشروب ۞

Gens ſumus naſo faſtiditore prædita, *non guſtamus inediam, venenum magis bibitur.*

فَإِنْ أَكُ فِي شِرَارِكُمْ قَلِيلًا
فَإِنِّي فِي خِيَارِكُمْ كَثِيرٌ ۞

NOTÆ.

Ibi ita *Tauriz.* iterum اصل الخسف ان تبيت الدابة على غير عاف وهو حمل الانسان على ما يكرهه ثم استعمل في معنى الذل ويقال سمنته الخسف اذا حملته على الهوان *Vocabulum hoc uſurpatur*

قل

سالم بن وابصة

وَنَبْرَبٍ مِنْ مَوَالِيَّ السُّوءِ ذِي حَسَدٍ
يَقْنَاتُ لَحْمِي وَلَا يَشْفِيهِ مِنْ قَرَمِ ۞

NOTÆ.

Vſ. 1. Exquiſitius vocabulum نبرب, quod *Tauriz.* declarat النميمة والعداوة *calumniam & ini-*

9 Quod ſi inter pejores veſtros parvus ſum
Aſt inter meliores veſtrum magni ſum pretii.

NOTÆ.

proprie, quum jumentum ſine pabulo pernoctare cogitur; unde translate eſt, injungere alicui quod abhorret: inde tranſiit ad omne vilipendium: diciturque impoſui ei inediam, pro, ad ſtatum contemtiorem adduxi eum. Vides quo colore enunciatum ſit, *non guſtamus inediam*; quod eſt, *pati non poſſumus contemtionem, & jugum ſubactionis violentæ:* quo item, *venenum magis bibitur*; pro, *quidvis potius, atque adeo ipſam mortem, poſſumus perpeti.*

DIXIT
SALIMUS IBN WABITSÆ.

1 Sæpe calumniatori e cognatis pejoris notæ, invidia affecto,
Carnem meam carpenti, quæ tamen aviditati ejus non mederetur;

NOTÆ.

inimicitiam. Subdit bonæ frugis obſervationem اراد ذا نسرب والمصدر ما يجري مجراه اذا وصف

وصف به اما ان يكون علي حذف المضاف واما ان يجعل الموصوف نفس الحدث لكثرة وقوعه منه

Per calumniam intelligit ipsum calumniatorem; nempe infinitivi, quæque ad ejus rationem eunt, substantiva abstracta, quum inde epitheton sumitur, vel veniunt in Ellipsi, abjecto subjecto, vel qualitas descripta convertitur in ipsum subjectum; eo quod sæpius in illud cadat. Hoc vult, *calumniam* vel capi posse pro *viro calumniæ*; vel figura *abstracti* pro *concreto*, *calumniam*, esse *calumniatorem*. Ita *scelus*, pro *scelesto*, & mille talia. Nil solemnius in *Proverbiis Salomonis*. Verbum نرب reliquit quoque derivatum مَنْرَبَةٌ pro *sycophantia*. In *specie pejhel* פַּיְעֵל فَيْعَلَ percrebuit inde نَيْرَبَ, quod exponitur خلط الكلام نم سعي *confudit sermonem, calumniatus est, delatorem egit.* Sunt virtutes *secundariæ*, a *quatiendo* ductæ; habet enim cognationem cum ورب *intus quati*; & راب item *concuti in rixam*. Reliqua apud *Golium* nostrum hinc ultro clarescent.

Ibid. Figuratio gravis يقتات لحمي *cibum sumit sibi carnem meam*; id est, *me carpit, vellicat, lacerat*; indeque *velut pascitur*. Hac usus & *Jobus cap.* XIX: 22. *Quare de carne mea non saturamini?* Adductum ibi ex *Nawabig*.

تقول انا صايم وانت في لحم اخيك سايم ۞

Dicis equidem jejunans sum; quum tamen carne fratris tui pascaris.

Nec

Nec non hocce ex *Hamaſa* quoque:

Non levis ad obtrectationem; nec amici carnes comedens.

Succinit ſubjunctum قرم *appetentia carnis*, & quidem *vehementior*, *inſatiabilis*: a *Themate* قرم *appetitu flagravit* carnis. Eſt notio *ſecundaria*, quam ex *origine* profundius ſita eruiſſe operæ pretium fuerit. En *gloſſas Kamuſi* copioſas quidem illas, ſed nullo ordine effuſas.

القرم محركة شهوة اللحم وكثر حتي
قيل في الشوق الي الحب وبالفتح
الفحل او ما لم يسمه حبل كالاقرم
ج قرمام والسيد واقرم جعله قرما
وقرمه قسره وفلانا سبه والطعام اكلة
والبعير تقرم قرما وقرومة ومقرما
وقرمانا تناول الحشيش وذلك في اول
اكله وهو اكل ضعيف كتقرم وفلانا
حبسه والبعير قطع من انفه جلدة لا
تبين وجمعها عليه او قطع جلدة من
فوق خطمه ليقع علي موضع الخطام
ليبدل وانما يكون ذلك للسمة وتلك
السمة تسمي بذلك ايضا وذلك الموضع
قرمة بالضمة وقرام بالكسر والقرمة
بالفتح والقرامة تلك الجلدة
المقطوعة وناقة قرماء بها قرم والقرمة
علامة علي سهام الميسر كالقرم

Vox קרם *cum duplici phata notat appetitum vehementem carnis; eoque multo uſu pervenit ut libido amandi ſic etiam*

appellata ſit. Cum uno phata ſignificat admiſſarium ; nempe quam diu non ſubigit eum funis ; qui & אקרם. *In plur.* קרום. *Etiam Dominus ſive princeps, dictus* קרם. *In* IV. אקרם *eſt, fecit principem, admiſſariumve. Item in* I. קרמה *conſtrinxit eum vi ; nec non calumniatus eſt eum. Cum cibo junctum, eſt, comedit eum. In camelo quoque adhibetur cum infin. quatuor* קרם, קרום, מקרם, & קרמן *quum carpit pabulum ; nempe quum incipit edere, qui modus edendi debilior. Idem in* V. תקרם. *Uſurpatur quoque* קרם *in prima pro claudere & vincire aliquem, ut &* קרם *camelum, ſecuit de naſo ejus pelliculam quæ non ſeparetur, eamque naſo iterum adjunxit ; vel & inſecuit pelliculam ſupra naſum ut recidat in locum capiſtri, ad directionem. Hoc autem fit ut inſerviat pro nota ; cui notæ idem nomen inditum. Locus iſte appellatur* קרמה *Korma ; per Damma ; ut* קרום, & קרמה *Karma, &* קרומה *ipſa illa pellicula inciſa ; itemque camelus* קרמא, *cui naſus ita inciſus. Denique* קרמה *Kerma, eſt nota inciſa ſagittis ludi aleatorii ; ut &* קרם *Kerm.* Habes *Sceleton*, ſine nervis, ſine carne, unde pulchram Linguæ faciem haud ſane recognoſcas. *Gjeubar.* alio ordine uſus, nihil tamen ſatis ordinati, digeſtique, præbebit. اَلْمُقْرِمُ اَلْبَعِيرُ

اَلْمُكْرِمُ لَا يَعْمَلُ عَلَيْهِ وَلَا يُذَلَّلُ

وَلَكِنْ يَكُونُ مُوَدَّعًا لِلْفِحْلَةِ وَقَدْ

أَقْرَمْتُهُ فَهُوَ مَقْرُومٌ وَكَذَلِكَ اَلْقَرْمُ

وَمِنْهُ

وَمِنْهُ قِيلَ لِلسَّيِّدِ قَرِمٌ وَمُقْرَمٌ
تَشْبِيهًا بِذَلِكَ وَٱلْقُرْمَةُ وَٱلْقُرَامَةُ
بِٱلضَّمِّ أَنْ تُقْطَعَ جُلَيْدَةٌ مِنْ أَنْفِ
ٱلْبَعِيرِ لَا تَبِينُ عَلَى أَنْفِهِ لِلسِّمَةِ
تَقُولُ مِنْهُ قَرَمْتُ ٱلْبَعِيرَ فَهُوَ
مَقْرُومٌ وَيُقَالُ أَيْضًا قَرَمَ ٱلصَّبِيُّ
وَٱلْبَهْمُ قَرْمًا وَقُرُومًا وَهُوَ أَكْلٌ
ضَعِيفٌ فِي أَوَّلِ مَا تَاكُلُ وَٱلْقُرَامَةُ
أَيْضًا مَا ٱلْتَصَقَ مِنَ ٱلْخُبْزِ
بِٱلتَّنُّورِ وَمَا فِي حَسَبِ فُلَانٍ قُرَامَةٌ
أَيْ عَيْبٌ وَٱلْقَرَمُ بِٱلتَّحْرِيكِ شِدَّةُ
شَهْوَةِ ٱللَّحْمِ وَقَدْ قَرِمْتُ إِلَى ٱللَّحْمِ
بِٱلْكَسْرِ إِذَا ٱشْتَهَيْتَهُ حَتَّى لَا
تَصْبِرَ عَنْهُ وَٱلْقِرَامُ سِتْرٌ فِيهِ رَقْمٌ
وَنَقْشٌ وَكَذَلِكَ ٱلْمُقْرَمُ وَٱلْمِقْرَمَةُ
وَٱسْتَقْرَمَ

